BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXV
G
1
NAPOLI

XXV
G
1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

APPARATVS PRACTICVS,

ſiue

IDEA METHODICA ET PLENA TOTIVS PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ;

nempè,

ETHICÆ,
OECONOMICÆ, &
POLITICÆ.

In qua oſtenditur ratio ſtudii Practici dextrè conformandi, & Locos Communes colligendi, atque adeò tum Politicos, tum Hiſtoricos cum certo fructu legendi.

Acceſſerunt DISPVTATIONES POLITICÆ *ſpeciales & extraordinariæ duæ; quarum*

I. De Principatu & Monarchia Persarum.
II. De Sexaginta Rebuspublicis Priscis.

Auctore

BARTHOLOMÆO KECKERMANNO, PHILOSOPHIÆ IN GYMNASIO DANTISCANO Profeſſore.



HANOVIÆ
Apud Guilielmum Antonium,
MDCIX.

Cum gratia & priuilegio S. Cæſareæ Maieſt. ad decennium.

Digitized by Google

LECTOR BENEVOLE;

TITVLO *hoc* Apparatus Practici, *nihil mihi quæſitum aliud, quam vt indicem meum aliquod in Philoſophiam Practicam, partim deſiderium; partim ſtudium & conatum. Inter deſideria ſane mea & vota prima eſt, vt* Ethica, Oeconomica, & Politica, *plenius & planius adornetur, quam huc vſque factum. Mira omninò res eſt, Practicas Diſciplinas, & inprimis* Politicam, *Alexandri Magni temporibus potiſſimum excultam; ſub Romanorum primis Imperatoribus reſtauratam; inde velut mortuam iterum iacuiſſe per tot ſecula. Quid enim inde vſque ab Aurelii Imperatoris temporibus Politicum magnopere apud Scriptores reperias, niſi quod* Iuſtiniani *auſpiciis Iuri Romano inſertum eſt, & admixtum? Platonis & Ariſtotelis Interpretes ac Commentatores vix attigerunt illa; multò minus Scholaſtici Scriptores aut Arabes; præter vnum* Auerroëm. *Sed & hoc ipſum quam minutum eſt, quod in Politicæ Ariſtotelicæ Paraphraſi nobis Auerroës reliquit? Linguæ deinceps & Diſciplinæ aliæ cum Euangelii Doctrinâ illuxerunt mundo?* Ethica *autem, inprimis verò* Oeconomica & Politica *penè dicam in obſcuro manſerunt. Annis ab hinc viginti circiter cœptum eſt aliquid ſcribi in Politicis. Antehac vix nomen eius auditum in Scholis. Oeconomicorũ idem fatum. Quantum ea res remorata ſit culturam humani generis, quantum Scholarum, Eccleſiarum & Rerumpublicarum felicitatem, verbis haud vnquam ſatis expreſſerim. Id autem verè teſtari poſſim, ſæpe me cogitare de hac re, & cogitare ita, vt ſerium quoddam & ſincerum propoſitum conceperim, animo meo harum Diſciplinarum Methodicè & plenè tradendarum. Cuius mei conſtantis animi, en tibi, Lector beneuole, documentum hoc, imò en ipſam* Ideam, Formam *ac* Methodum vniuerſæ Practicæ Philoſophiæ. *Non dicam, quo & quanto labore adornatã: Nec de vſu prolixè dicam. Vides ipſe, Lector, & intelligis, quantum hinc adminiculi, partim ad res omnes* Ethicas, Oeconomicas, Politicas, *intelligendas, quantum ad memoriam, ad* Locos Communes *dextrè concinnandos, ad Hiſtorias cum certo vſu legẽdas. De materia Politicæ, partis principis Philoſophiæ Practicæ, ita magnus quidam Politicus ſub nomine* WAREMVNDI AB ERENBERG: Natura quaſi ducente, *inquit*, Politicam *Lib. Ve-reſmelick de Regni ſubſidiis, cap. 15. pag. 176.* veritatem amaui, & quantumuis aliis immerſus negotiis, reipſa potius quam calamo excolui. Scriptis etiam quantum potui, poſt Pflugium & paucos alios in Germaniâ exornaui, propagaui; quod tanquam arroganter dictum ne excipiatur, rogo. *Poſt addit velut quoddã felix præſagium:* Videbam enim Rempublicam Politicâ carere non poſſe; & turbatâ iuris Romani ſcientiâ illam ſuperiorẽ fore conſentiente ſæpius inſtitutis mutuis ſermonibus Nobiliſſ. & Præſtantiſſ. Politico Andrea Pauli, anteceſſore noſtro; quamuis plures in aulis primas tenentes viderim & nouerim hæc ignorantes. *Vtinam fiat, etiam ſaluâ & florente Juriſprudentiâ: Vtinam verò etiam manum admoueant multi* W*aremundi, id eſt, viri in Republicâ verſati. Hi materiam præbeant. Formam diuina ars Logica dederit. Eo certè fine, ea etiã ſpe* Apparatus *hic* Practicus *nobis conformatus eſt. Faxit Deus, vt eo fructu cui deſtinauimus. Ita voueo animitus; & tu, ſat ſcio, mecum, Lector, qui hæc ſtudia æſtimas. Dantiſci ex Gymnaſio Reipub. Anno MDCVIII. XXVII. Januarii.*

BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS.

Digitized by Google

MANVDVCTIO
AD STVDIVM PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ, ATQVE ADEO INPRIMIS AD STVDIVM
Politicum & *Hiſtoricum*.

CAPVT PRIMVM.
In quo generalia præcognita.

STVDIVM Philoſophiæ Practicæ, atque adeo Politicum, duabus cauſis conſtat, nempe Naturâ & Curâ.

Natura apta ad hoc ſtudium, deprehenditur ex amore & impetu ad res practicas & politicas: hic enim amor & impetus eſt effectus certiſſimus naturalis aptitudinis ad ſtudia practica & politica.

Cura duabus partibus abſoluitur, nempe diſcendo & agendo.

Diſciplina, quæ eſt pars prior Curæ practicæ, & Politicæ, duplex eſt; vel enim pertinet ad id, vt quis abſolute tantum fiat politicus ſiue, pertinet ad eſſe politicum ſimpliciter; vel pertinet ad id, vt quis ſit excellenter & cum magna voluptate politicus.

Ad id vt quis ſimpliciter ſit politicus, requiritur diſciplina vel inſtrumentalis, vel principalis.

Inſtrumentalis diſciplina vel pertinet ad verba, vt Grammatica; vel ad rerum cognitionem, vt Logica; vel & ad verba, & rerum non tam cognitionem, quam actionem, vt Rhet. ſeu eloquentia; quæ non eſt inſtrumentum præceptorum Politicorum, ſed praxeos.

Principalis diſciplina eſt triplex, *Ethica*, *Oeconomica* & *Politica*.

Hæ ſunt diſciplinæ, quę faciunt vt quis ſimpliciter ſit Politicus, ad id vero vt quis ſit excellenter & cũ voluptate Politicus, requiritur diſciplina partim theoretica, partim practica.

Theoretica diſciplina eſt, 1. Phyſica; 2. Arithmetica; 3. Μεγεθικὰ, i.e. ſcientia menſurandarum latitudinum, longitudinum & profunditatum, & 4 denique, Geographia.

Practica diſciplina pertinens ad id, vt quis ſit excellenter Politicus, eſt vel primaria, vel ſecundaria.

Primaria, eſt *Iuriſprudentia*, quæ Politicæ ſubordinatur, & multas materias Politicas ſpecialius ac plenius tractat, quas Politica tantum in genere tractabat & in communi.

Nos, miſſis diſciplinis inſtrumentalibus, miſſis etiam iis quæ ad id pertinent, vt quis ſit excellenter & cum voluptate politicus; breuiter ſolummodo conſiderabimus eas diſciplinas, quæ ſunt principales, id eſt, quæ proxime & principaliter efficiunt, vt quis abſolute & ſimpliciter fiat politicus; quas quidem diſciplinas tres paulo ante nominauimus, & quæ vno nomine *Philoſophia Practica* dici poſſunt.

Philoſophiæ practicæ duo ſunt omnino membra, ex quibus ea integratur & conſtat, nempe præcepta & exempla; hæc duo enim qui acquiſiuit in Philoſophia practica, is recte Philoſophiam practicam didicit; qui autem alterutrum omittit, nempe vt vel tantum præcepta diſcat; vel, quod hodie multi infeliciſſime faciunt, tantum exempla ſiue hiſtorias ſine præceptis, is neutiquã Philoſophiam practicam integre, recte & ad vſum ſufficienter percepit.

Porro vtrumq; Philoſophię practicę membrum, nempe præcepta & exempla, ſiue hiſtoriæ, duobus mediis comparatur: 1. obſeruatione: 2, obſeruatorum conſeruatione.

Obſeruatio hauritur vel in libris, vel extra libros, in vitæ humanæ actionibus; quæ poſterior obſeruatio iterũ vel domi fit, vel peregre.

Conſeruatio obſeruatorum eſt vel primaria, nempe ipſarũ rerum; vel ſecundaria, nempe verborum & phraſium, per quas ſtudioſus Politicę cum efficacia & gratia poſſit de rebus ſcribere & loqui.

Porro vtraque tam rerum quam verborum conſeruatio, eſt vel in mente, vel in ſubſidio librorum. Prior iſta, quæ in mente & memoria

fit, etſi

ſit, etſi ſit principalior, & præſtantior, tamen cum impoſſibilis ſit, & talis quæ facilè poſſit vel morbo, vel alio aliquo caſu extingui, ideo altera illa ſubſidiaria aſſumenda eſt, nempe annotatio & conſeruatio in libris; quæ quidem vocant in ſcholis vſitate *Locorum Communium collectio*. De quâ etſi in explicatione Gymnaſii Logici prolixe eſt actum, tamen viſum eſt neceſſarium hoc in loco ſuggerere certas quaſdam regulas; pertinentes tam ad L. C. in genere, quam in ſpecie, ad hoc noſtrum inſtitutum colligendorum locorum Practicorum.

CAPVT II.

De Locis Communibus regulæ quædam tam generales quam ſpeciales, pertinentes ad Volumina Locorum Communium Practicorum.

COlligere Locos communes, eſt vnus ex præcipuis effectis artis Logicæ, atque adeo è fructibus doctrinæ Logicæ de methodo, ita vt impoſſibile ſit locos communes dextre colligere eum, qui non ſit Logicus: ſiquidem hoc eſt inter præcipua Logicæ artis exercitia, quod mirifice conducit 1, ad rem quamlibet explicandam; 2, ad tractandas controuerſias & probandas concluſiones in vtramque partem; 3, ad ſolide iudicandum de rebus atque adeo ad conſilia dextre danda, & denique ad memoriam firmandam.

Quicquid omnino eſt in toto mũdo, quicquid etiam fit in mundo aut vnquam factum eſt, id omnino ad aliquam diſciplinam referri poteſt: &, ſi de eo dextre iudicare velis, referri etiam debet.

Sicut autem omnis res poteſt referri ad aliquam diſciplinam, ita etiã omne vocabulum, & omnis phraſis poteſt reduci ad aliquam diſciplinam: nam verba ſunt ſigna rerum, & in omnibus ita ſequuntur res ſuas, quarum ſunt ſigna, ſicut vmbra ſequitur ſuum corpus.

Cum omne id, quod ad aliquam diſciplinam pertinet & referri poteſt, duo iſta requiſita habeat; nempe, 1, vt ſit methodicum; 2, vt ſit plenum; ideo locos communes rerum & verborum iſtis duobus requiſitis etiam præditos eſſe oportebit: 1, vt ſint methodici, ſecundum methodum, nempe diſciplinæ; 2, vt ſint pleni.

Methodici erunt loci communes; ſi 1, per diſciplinas diſtinguantur, & tot L. C. genera conſtituantur diuerſa ac ſeparata, quot ſunt genera diuerſa diſciplinarum: 2, ſi quodlibet genus L. C. diſponatur ſecundum eundem ipſum ordinem, ſecundum quem diſpoſita eſt diſciplina, ad quam iſti L. C. pertinent.

Pleni erunt L. C. & integri, non vero mutili ac imperfecti; ſi non tantum generaliſſimos quoſque titulos iſtius diſciplinæ in volumine tuo diſponas, ſed incipiendo à generaliſſimis; progrediaris ad ſpecialiſſima, ſic vt omnia genera; & omnes ſpecies rerum iſtâ diſciplinâ contentarum, in tuis L. C. conſignes.

Id quod notandum eſt contra Eraſmum & alios, qui exiſtimant ſufficere, ſi quis tantum habeat generaliſſimos titulos; ſiquidem, inquiunt, ſpecialia facile poſſunt referri ad generalia, cum tamen methodus diſciplinæ poſtulet, non vt ſpecialia diſſimulentur, ſed vt à generalibus ad ſpecialia manifeſte & gradatim deſcendatur; quod niſi fiat, erit confuſio mera.

Vna eademque res diuerſis ſuis reſpectibus ad varias diſciplinas pertinet; idcirco cum aliquid audis vel legis de aliqua re, ſtatim cogitabis, quo reſpectu iſta res ad hanc, quo vero ad alteram diſciplinam pertineat, & ſecũdum iſtos diuerſos reſpectus notabis in diuerſis voluminibus.

E.g. legis aliquid de mercatura, ergo conſidera quatenus ibi de mercatura agatur, vtrũ Oeconomice, quatenus eſt modus acquirendi, an vero Politice, quatenus eſt peculiaris ordo ſubditorum, aut inſtrumentum quo Reſp. tanquam neruo pecuniâ iuuantur, amplificantur, ornantur. Priori reſpectu quod de mercatura legis, refer ad volumen Oeconomicum; quod poſteriori, ad Politicum. Sic, ſi aliquid legas vel audias de homine, ſcias hominem ad multas diſciplinas poſſe referri, itaque cogitabis de diuerſis reſpectibus, quibus homo ad diuerſas diſciplinas referri debet. E.g. legis aliquid de corpore humano & eius figura, id referes ad *volumen Phyſicum*: legis aliquid de hominis inclinatione ad vitia, illud referes ad *volumen Ethicum*; vbi agitur de cauſis virtutum & vitiorum: legis aliquid de hominis nutritione, quod nempe homo ſit alendus lacte materno, non vero meretricum, referes illud ad *Oeconomicum volumen*: vbi agitur *de educatione liberorum*: legis aliquid de eo quod omnes homines propendeant ad ſocietatem ciuilem, quod ſint appetentes imperii, &c. illud referes ad *volumen Politicum*.

Nec tamen vna eademque res ad varias diſciplinas, atq; adeo ad diuerſa volumina L. C. referri poteſt, ſed etiam ad diuerſos in vno eodemque volumine titulos: nam ſæpe diuerſi reſpectus ad vnam quidem diſciplinam pertinent, ſed non ad vnam eandemque diſciplinæ partem.

E.g. ſi aliquid legas de Comitiis, poteris hoc ad varios titulos referre in volumine politico: nam comitia interdum celebrantur conſilii capiendi cauſa, & ſic ad titulum de *conſilio*, ſiue *conſultatione* collectiua pertinent comitia, vt in Politicis locis apparebit. Interdum comitia celebrantur ſtatutorum & conſtitutionum regni condendarum cauſa, & ſic comitia pertinent ad titulum de legibus. Interdum comitia aguntur iudicio-

rum cauſa, & ſic ea pertinent ad titulum de *iudiciis*.

Ambigua antequam diſtinguantur, ad nullam diſciplinam pertinent, atque adeo ad locos communes referri non poſſunt: itaque is qui volet dextre aliquid ad locos communes referre, ambiguitatem vocabuli eius quod legit vel audit, caute debet diſtinguere.

E.g. legis vel audis aliquid de Fortuna, non potes referre ad titulum niſi prius magnam illam ambiguitatē diſtinguas, quæ eſt in vocabulo *fortune*. Quod ſi iſtas ambiguitates diſtingues, facile videbis ad quam diſciplinam id referri poſſit.

Sicut ad diſciplinas, ita ad L. C. directe tantum referentur quæ vera & bona ſunt; Nam Ens & Bonum conuertuntur, mala vero & ficta indirecte ad diſciplinas & L. C. pertinent, quatenus nempe comparantur cum ſuo contrario, nempe cum bono; itaque omne malum & fictum reducitur ad titulum *veri & boni*.

E.g. legis aliquid de *Purgatorio*, quod eſt fictum & directe ad nullam diſciplinam pertinet, itaque cogitandum eſt quid purgatorio opponatur, nempe vita æterna piorum, & abſoluta damnatio impiorum. Ergo ad titulos hos reducitur purgatorium. Item, legis aliquid de conſiliario garrulo, qui ſecreta ſui principis effutiuit, eſt vitium & eſt malum quid, ergo reducitur ad virtutis titulum, nempe de conſiliario bono & taciturno.

Concreta reducenda ſunt ad ſua abſtracta, & deriuata ad ſua primitiua.

E. g. legis aliquid de auaro, refer ad tit. *de auaritia*: legis aliquid de faſcinatione, & dementatione, refers ad titulum *dementia*, ſiue, imprudentiæ.

Maximum hoc adminiculum eſt ad locos communes recte formandos, & ad annotationem dextram rerum, ſub locis communibus, ſi nimirum compoſita reuocentur ad ſimplicia, & ea quæ ſub forma propoſitionum aut ſententiarum ab autoribus proponuntur, vt quidem pleraque ab auctoribus ſic proponuntur, ſtatim reſoluas ad explicationem thematis ſimplicis, & cogites vtrum cauſa vel effectus, vel proprietas rei in iſta ſententia indicetur.

E.g. legis hanc ſententiam, *conſilium eſt res ſacra*; nihil te turbabit quod hoc in forma propoſitionis efferatur, ſed ſtatim cogitabis, explicari thema ſimplex, nempe *Conſilium*, & explicari; 1, ex proprio, quod nempe conſilium habeat in ſe hanc peculiarem proprietatem, *quod veluti res ſancta tractari velit*; 2, quod explicetur ex effectis; quod nempe *conſilio res magnæ & ſacroſancta gerantur & efficiantur*.

Omnis actio humana poterit reduci ad aliquem habitum, ſiue ad aliquam potentiam; itaque cum aliquid audis vel legis de actione, cogitandum erit de habitu ad quem iſta actio pertineat.

E.g legis aliquid de ſententia, iniquè pronunciata à iudice; pronunciatio iniquæ ſententiæ iudicis eſt actio, illa reducitur ad aliquem habitum, nempe ad iniuſtitiam diſtributiuam.

Et hæc quidem generales ſunt regulæ, quæ addendæ ſunt iſtis, quæ in Gymnaſii Logici explicatione de locorum communium collectione traduntur: Iam porro in ſpecie aliquid monendum eſt de præſenti noſtro inſtituto locorum communium practicorum.

Sunt tres diſciplinæ practicæ, *Ethica, Oecon.* & *Politica*, ergo tria diuerſa volumina paranda erunt. Parabuntur autem ex charta ſubtili & nitida, & compingentur commodè, vt facile portari poſſint, etiam cum opus eſt in via & peregrinatione.

Ex numero titulorum apparebit vtrum pro qualibet diſciplina practica vnum, vel duo, vel tria volumina ſint paranda, ſed vltra tria pro vna diſciplina non parabuntur.

Quodlibet volumen diſtinguetur in certas claſſes locorum, ita vt iſti paginæ, in qua claſſis noua incipit, agglutinetur quædam membrana, ſeu pellicula, ſic vt in quolibet volumine tot extra appareant pelliculæ, quot in iſto volumine erunt claſſes; hoc enim conducet ad facile reperiendum titulum.

Vt ergo volumen in claſſes, ita claſſis diſtinguetur in titulos; tituli autem diſtinguentur in titulos rerum & verborum.

Pro titulo rei relinquantur plures paginæ vacuæ, eæque priores; titulo verborum vna vel altera ad ſummum dabitur.

Titulus rei habebit etiam ſuos ſubtitulos, & vt titulus maioribus literis ſcribetur, ita ſubtituli minoribus characteribus, diſtinctionis melioris cauſa, notabuntur.

In iſtis paginis, quæ locis verborum relinquuntur, hic ordo ſeruetur, vt primo latus integrū vel dimidiatum folii attribuatur vocabulo ſimplici, vt ibi poſſit notari origo & alia obſeruatione digna, ad ſimplicem iſtam vocē pertinētia, inprimis ſynonyma Hebræa, ſi quis eius linguæ guſtum habeat, aut potius Græca, cum Græci multas res multo aptius denominent quam Latini. Sed & annotari poteſt progreſſu temporis, quomodo hodiernæ gentes; e.g. Itala, Galla, Germana, Polona, iſtam rem Eth. Oecon. aut Politicam appellent.

Reliquum ſpacii tribuatur phraſibus; ſed hoc diſcrimine, vt pagina fracta in duas partes, vna pars ſiue latus, nempe dextrum, contineat phraſes Aſiaticas, additis ſemper autorū Aſiaticorum nominibus; in quibus nempe iſtam phraſin legeris, vt eſt Cicero pene totus, exceptis epiſtolis ad Atticum, & illi omnes tum veteres, tum recentes, qui Ciceronis ſtilum ſectantur.

Digitized by Google

In altero, ſcilicet ſiniſtro latere, ſub titulis Laconiſmi vel Laconicæ & ſenatoriæ phraſeos, notentur iſtæ phraſes, quæ occurrunt in iis autoribus, quorum genus dicendi eſt ſtrictius & abruptum, & in quibus plus intelligendum eſt quam dicitur; vt ſunt inter veteres, Plautus in multis, Liuius in multis, Seneca pene totus, Tacitus item totus, Symmachi epiſtolæ totæ, Saluſtius totus, Curtius ex aliqua parte. Inter recentes *Politianus*, *Lipſius*, & qui hos imitantur.

Sæpe phraſis eſt quidem elegantiſſima in autore, ſed res phraſi ſignificata, digna nō eſt quæ notetur, & tum ſolummodo verba autoris ſcribuntur ſub titulo phraſium: Interdum vero & phraſis eſt elegans, & res phraſi ſignificata memorabilis, & tum accidit, vt iſta phraſis bis ſcribatur; in locis communibus nempe, ratione rerum ſub titulo, *rerum*; ratione vero elegantiæ in loquendo, ſub titulo, *phraſeos*.

Si phraſis pertinet ad rem quæ eſt Qualitas, vel Subſtantia, quod facile ex ſubiecto phraſeos iudicari poterit, tum ſubtituli certi iſtius phraſeos conſtitui poſſunt, vt phraſes ſint: *acquirendi rem iſtam, poſſidendi rem iſtam, amittendi rem rem iſtam, vtendi re iſta.*

E.g. in Oeconomia ad tit. de domo, phraſes ſunt colligendæ, ideo ſubtituli ſunt: *Acquirendi domum, poſſidendi domum, vtendi domo, amittendi eam.*

Sin vero phraſis pertineat ad actionem, vt quidem pleræque pertinent, tum tituli formandi per hæc tria; nempe per *incipere, continuare & deſinere*.

Vt de bello phraſes, quia belligerare, eſt actio, ideo ſubtituli phraſium tot erunt; *Incipiendi bellum, continuandi bellum, deſiſtendi a bello.*

Verba ipſa autorum in locos communes, ſub titulos rerum non ſemper ſunt referenda, ſed ſaltem ſub his conditionibus; 1, ſi ſint neruoſa valde & efficacia, ita vt res ipſa melius exprimi non poſſit, quam ſub his verbis: Sæpiſſime enim legimus in autoribus recētibus, quæ nos ipſi melioribus verbis poſſumus exprimere, quam autor expreſſit, & tum neceſſe nō eſt verba autoris ſcribere, ſed noſtris notare rem poſſumus; id quod præſertim faciendum in notatione eorū, quæ vidimus vel audiuimus; ſiquidem hoc præſupponitur, tria notanda eſſe in locis communibus, *lecta, viſa, audita*; in quibus *viſa*, noſtris verbis neceſſario notanda veniunt; *audita*, rariſſime alienis verbis propter fluxam memoriam annotari poſſunt, noſtris plerunque annotanda veniunt. Secunda conditio eſt, ſi autor iſte, ex quo aliquid notare volumus, ſit valde rarus; ita, vt eum in noſtra Bibliotheca vel non habeamus, vel nunquam habere poſſimus: tum enim vt certo conſtet, nos ipſum autorē legiſſe, verba eius vnà cum rebus fuerint deſcribenda. Quô pertinet etiā iſta conditio, ſi autor ſit nimis carus, vt eum emere non poſſimus, prout quidem facultates paucorum tantæ ſunt, vt poſſint omnes libros habere, ſaltem eos, qui in vna diſciplina ſcripſerunt. 3, Si in autore velut in ſterquilinio aliqua gemma occurrat, atque adeo, ſi iſte autor parum alioquin boni habeat, & tamen vnicam in eo gemmam reperiſti, poteris eius verba notare, quia tales autores aut non emuntur à nobis, aut empti abiiciuntur, & interim nullus autor eſt tam futilis & malus, in quo nō interdum aliquid memorabile occurrat. Denique, ſi notemus autoris locum ſuper quæſtione & re valde dubia, ita vt præuideamus fore, vt aliquando hoc teſtimonium in grauiſſima controuerſia & deliberatione producamus: tum enim maioris autoritatis cauſa ipſa, verba ſi nempe breuia ſint, notari debent. Extra hos caſus ſufficit librum & paginam citaſſe; &, ſi pagina ſit diſtincta, in paragraphos, etiam ii citentur, vt nempe tanto celerius poſſis poſtea requirere. Idcirco plurimi autores, quos ipſi habemus in noſtra bibliotheca, citabūtur in locis noſtris communibus, per ſolum, *vide pag.* Idcirco aſſueſcant ſe ſtudioſi Politicæ ad certam, eamq; nitidam editionem autorum, nec facilè autores ſuos politicos aliis donent aut permutent.

Sicut autem res nonniſi memorabiles & ſingulares notandæ ſunt; ita quoque verba & phraſes nonniſi inſigniores & maxime efficaces in hæc volumina transſcribantur; phraſes communis elegantiæ plane omittantur; nam illæ ſemper occurrent in auditu & lectione quotidiana, etiamſi non notentur.

Et hæc quidem de titulis verborum: de titulis rerum notetur adhuc vna regula; nempe, *Res omnes quæcunque in Locis communibus notari poſſunt, eſſe vel vniuerſales, vel ſingulares*; i. e. hiſtorica exempla. Vbi quidem duplex notandi modus ſeruari poteſt; nempe, vt ſub titulo vniuerſali notentur res ſingulares, ſiue exempla hiſtorica, ita vt exēpla permiſceantur eum iis quæ notantur rerum vniuerſalitatibus, ſiue cum præceptis diſciplinarum.

E.g. Si legam exemplum conſiliarii fidelis, poſſum illud exemplum immiſcere iis, quæ notaui de conſiliario fideli; vel etiam hic proceſſus ſeruari poteſt, vt vniuerſalia notentur in peculiaribus paginis. Id eſt, vt rei ipſi ſpacium aliquot paginarum relinquatur; deinde ſequantur paginæ vacuæ pro exemplis hiſtoricis iſtius rei.

E.g. reliquiſti paginas vacuas in volumine 2°, pro

titulo conſiliarii, relinquas paginas vacuas decem, pro exemplis hiſtoricis.

Res vniuerſales etiam dupliciter poſſunt diſponi in locis communibus, nempe methodo thematis ſimplicis, & methodo thematis coniuncti. Methodum thematis ſimplicis, vt notum eſt, vocamus, cum thema ſimplex explicatur per ſuum genus, cauſas, effecta propria, cognata, oppoſita: methodum autem coniunctam, per quam controuerſiæ tractantur argumentis pro & contra collectis. Iam ergo in locis communibus vel ſeparari poſſunt controuerſiæ à themate ſimplici, ita vt aliquot paginas attribuam explicationi thematis ſimplicis, poſtea diuerſas etiam paginas relinquam controuerſiis quæ circa illud thema moueri poſſunt. Quod ſi autem quis peculiaribus paginis iſta nolit diſtinguere, poteſt facile controuerſias reuocare ad thema ſimplex, & in ipſius ſimplicis thematis annotatione ſimul immiſcere diſputationes, ſiue controuerſias quæ mouentur vel de cauſis iſtius thematis, vel de propriis.

E. g. ſub titulo de *conſiliario* duplex obſeruari poteſt, ratio; prior, vt thema hoc ſimplex & eius explicationẽ certis paginis ſeparem à controuerſiis, quæ apud Politicos occurrunt de conſiliariis, vel etiam poſſum iſtas controuerſias ſimul immiſcere explicationi conſiliarii; e. g. eſt controuerſia, *An peregrini conſiliarii ſint aſciſcendi.* Hæc controuerſia immiſceri poteſt proprietatibus, ſiue requiſitis conſiliarii, inter quæ eſt, *vt ſit indigena*: quod requiſitum cum ſit controuerſum, addi ibi ſtatim poſſunt argumenta in vtramque partem; tantum hoc requiritur, vt quando controuerſiæ immiſcẽtur explicationi, aliqua peculiari nota inſigniantur vel ad marginem aſſcripta, vel alio aliquo indicio.

Ipſa etiam explicatio thematis ſimplicis, duplici via inſtitui poteſt; nempe, vel latiori vel compendioſiori: via latior proderit illis, qui nondũ ſunt in Logicis exercitati, vt nempe inſtrumenta Logica, per quæ thema ſimplex explicatur, ordine notentur in diuerſis paginis, e. g. ſi titulus ſit *de principatu*; 1, poni debet ſubtitulus Logicus, *Principatus, cauſa efficiẽtes, ſiue fundamenta*; deinde titulus alius, *Principatus proprietates & effecta*; & denique, *Principatus cognata & oppoſita*. Sic in Ethico volumine Prudentia diſponi poteſt; vt 1, ſubtitulus Logicus ſit Prudentiæ genus; alter, Prudentiæ partes; tertius, cauſæ efficientes Prudentiæ; 4, eius propria & effecta; deinceps cognata, pugnantia. Talis diſpoſitio diſcernens rei explicandæ inſtrumenta, non parum prodeſſet ad iudicium confirmandum, & ad facile reperiendum; cũ aliqua cauſa vel effectus rei quærendus eſſet. Sed cum multum ſpatii in voluminibus iſta ſubtitulorum Logicorum diſpoſitio occupatura videatur, ideo illi qui in Logicis iam profecerunt, compendioſiorẽ viam eligere poſſunt, & ſub titulo thematis promiſcue ſcribere cauſas, effecta, cognata, &c. & ad marginem ſaltem annotare, cum neceſſe eſt, quod iſte locus autoris agat de cauſa, de effecto, vel de proprio.

Illud ante omnia notetur, præcipuum momentũ in locis communibus occupare explicationem thematis ſimplicis; itaque hanc ſpectandam inprimis vbique eſſe; & quia hodie multis etiam Politicis ſcriptoribus iſta mala conſuetudo ineſt, vt omnia tractent per quæſtiones & controuerſias, ideo illæ ad ſimplicia reducantur, nec tam ſtudeatur controuerſiis, quam explicationi in locis communibus notandæ.

Qui habet animo infixam methodum diſciplinæ, & qui ſemel atque iterum perlegerit titulos noſtros, quos in ſingulis diſciplinis methodice conformauimus, facili negotio breui tempore aſſuefiet, vt cito in ſuo volumine poſſit reperire quemlibet. Interim tamen duo adminicula ad iſtam expeditam titulorũ repertionem adhiberi poſſunt, quorum prius vt tabula diſciplinæ methodica ſingulis voluminibus præmittatur: alterum eſt, vt ſub finẽ index alphabetarius addatur, notatis in indice paginis, quibus tituli ſunt inſcripti.

Poſt indicem alphabetarium ſuaſerim alium addi, non titulorum, ſed autorum tam veterum quam recentium, qui vel de tota iſta diſciplina ſcripſerunt, & adhuc hodie ſcribũt, vel de aliqua ſaltem ſpeciali materia ad iſtam diſciplinam pertinente. Iſta notatio vehemẽter proderit ad prudentiam Politicam variorum autorum lectione alendam atque ornandam.

E. g. vides vel in bibliopolio, vel apud amicum nouum aliquem autorem politicum, aut audis, ſtatim eum nota ibidem ſub litera incipiali; & adde locum vbi ſit excuſus, & annum in quo ſit excuſus, ſimulque materiam.

Et hæ ſunt regulæ atque admonitiones; quas viſum eſt ſuggerere ante titulorũ diſpoſitionem, quæ nunc ſequitur.

DISPOSITIO TITVLORVM ETHICORVM.

CLASSIS I.

Philoſophia Practica. Philoſophus Practicus. Philoſophorum ſectæ.

Ethica.

Ethica. *Status hominis abſolutus, ſiue Ethicus.* *Ethica generalis.*

Bonum morale abſolute ſpectatum. Bonũ morale principale. Bonum morale principale, primum & vniuerſale, ſiue perfecta virtutis actio, ſiue vita honeſta, ſiue felicitas primario dicta. Turpitudo vitæ, ſeu malum morale primario dictum, atque adeo miſeria atque infelicitas humana primario dicta, ſiue inhoneſtas, & vita hominis diſſoluta. Turpitudo vitæ & miſeria magna, ſiue in maiori gradu ſpectata, ſiue barbaries dicta. Barbarus. Homo deſperatus, ſiue extreme turpis & infelix. Apparens felicitas, quæ eſt in malis, qui videntur ſæpe felices, cum ſint miſeri.

Bonum morale principale ad circumſtantias locorum, temporum & perſonarum determinatum, ſiue Decorum, Decens, Decentia. Indecorum, indecens, indecentia.

Bonum principale à primo ortum.

Voluptas interna, ſeu lætitia interna, ſeu tranquillitas animi, ſeu bona conſcientia. Interna triſtitia, cruciatus conſcientiæ. Cruciatus conſcientiæ in vita. Cruciatus conſcientiæ circa mortem, ſiue in genere.

Bonum honoris. ſiue honor internus, quo vita honeſta per ſe digna eſt.

Merita honorum. Merentes honorem, ſiue honorandi. Ignominia, ſiue dedecus. Ignominia, ſiue dedecore notati.

Bonum minus principale, ſiue fortuna bona, ſeu proſperitas.

Fortunati & in proſperitate viuentes. Miſeria humanæ vitæ, ſiue infortunia & calamitates. Miſeri & calamitoſi.

Bonum morale minus principale internum, & quidem internum primum.

Bonum minus principale internum primum reſpectu corporis.

Sanitas. Robur & vires. Vita longæua, ſeu viuacitas. Infirmitas, ſiue mala diſpoſitio corporis, atq; adeo imbecillitas virium. Morbi & ægritudo. Mors.

Pulcritudo corporis.

Pulcri. Deformitas. Deformes. Mediocris forma. Forma fucata. Spectabilitas corporis, ſiue ſtatura eximia. Statura mediocris. Statura exigua. Statura plane abiecta, qualis eſt puſionum.

Voluptas corporis.

Vacuitas doloris. Recreatio ſuauis, quâ reſtaurantur vires corporis. Modi recreandi, ſiue varia recreationum genera, tam domi, quam ruri: quô pertinet Exſpatiatio.

Libertas vitæ.

Homo liber, ſiue ſui iuris & nemini obligatus. Seruitus. Seruitus ex natura. Seruitus ex inſtituto, ſeu pacto.

Bonum minus principale externum, quod & commodum dicitur, item Bonum vtile.

Honor externus. Honor externus abſolutè conſideratus, ſiue bona fama, bona exiſtimatio. Honor externus cum gradu eminentiori conſideratus. Honor externus gradus eminentioris, reſpectu ſolius & vnius hominis. Laus. Encomium. Claritas nominis. Gloria. Autoritas

Dedecus.

Ingloriosum & obſcurum eſſe. Contemptũ & abiectum eſſe. Mala fama laborare & meritus vituperiis affici.

Honor conſideratus reſpectu multorum in vna familia ſiue Nobilitas.

Nobilis. Inſignia nobilitatis. Ignobilitas. Ignobilis & plebeius.

Libertas externa, ſiue libertas à captiuitate.

Captiuitas. Captiuus, ſeu captiui.

Diuitiæ & opes, ſiue adminicula rerũ gerẽdarum.

Opes, ſeu diuitiæ, atque adeo rerum affluentia. Diuitiæ magnæ. Diuitiæ mediocres. Paupertas. Potentia ex opibus orta. Impotentia, reſpectu opum.

Immunitas, ſiue ſecuritas à periculis externis.

Pericula externa, ſiue varii caſus humani. Pericula à natura, ſiue à rebus naturalibus. Periculum ab igni. Periculum ab aqua. Naufragium, Inundatio. Periculum à ventis. Periculum à pluuiis. Periculum à terræmotu. Periculum à beſtiis. Periculum ab hominibus.

Bonum ſpectatum cum relatione.

Bonum publicum. Bonum priuatum. Malum publicum. Malum priuatum. Bonum ſpectatum cum ea relatione, quæ eſt præmium. Malum cum ea relatione, quæ eſt Pœna.

Obiectum Ethicæ, ſiue virtutum & vitiorum.

Naturæ corruptio, etiam reſpectu ſancti.

Obiectum internum primum.

Intellectus practicus, ſeu recta ratio.

Ingenium moratum; ſiue bona mens, ſeu bonus animus. Ingenium malum, ſiue malitioſum, mala mens, ſiue malus animus. Ingenium liberale. Ingenium ſeruile. Iudicium de rebus practicis. Cogitatio practica. Cogitatio tranquilla. Cogitatio turbata. Cogitatio diurna. Cogitatio nocturna. Imaginatio falſa. Imaginatio fantaſtica, & mira. Inſania & dementia. Inſania naturalis. Inſania ex morbo. Inſania ex philtro.

Voluntas.

Approbatio boni. Auerſatio mali. Propo-

ſitum voluntatis. Conſtantia voluntatis. Varietas voluntatis. Inconſtantia & mutabilitas voluntatis humanæ. Libertas voluntatis, ſeu Liberum arbitrium. Seruum arbitrium. Poteſtas & imperium voluntatis in appetitum & ſenſum. Infirmitas & impotentia voluntatis. Obedientia inferiorum, vitium nempe appetitus & ſenſus, ac conformitas cum voluntate. Elicita gubernatio voluntatis. Imperata gubernatio voluntatis. Repugnantia voluntatis cum recta ratione. Repugnantia inferiorum vitium cum voluntate. Lucta voluntatis atque adeo rectę rationis cum inferioribus viribus, nempe cum appetitu & ſenſu.

Cupiditas humana, ſiue Cupido.

Cupiditas aliméti. Cupiditas Veneris. Voluptas ex fruitione cupitorum. Dolor ex cupiditate non expleta.

Affectus.

Affectuoſus, ſiue affectibus valde obnoxius. Ab affectibus immunis. Voluptas ex affectu. Dolor ex affectu.

Affectus primus. Amor. Odium.

Lætitia, gaudium; exhilaratio.

Lætitia afficere. Triſtitia. Mæror. Anxietas. Stupor. Triſtitia afficere.

Affectus ortus à primo.

Deſiderium, Votum.

Optare. Petere. Obtinere. Explere deſiderium. Votis, ſeu deſiderio ſatisfacere. Non deſiderare. Non curare. Non optare.

Spes.

Fiducia. Spem facere. Spes vana & irrita.

Metus & cum gradu Terror.

Metum incutere. Vanus metus. Metum deponere.

Ira.

Ira confirmata, ſeu odium.

Admiratio, Stupor.

Admirationem parere. Admirationem deponere.

Affectus vehemens, ſeu πάθος.

Naturæ vehementes.

Affectus lenis, ſeu ἦθος.

Naturæ lenes.

Locomotiua. Locomotiua totalis. Locomotiua partialis, ſiue partium corporis; vt,

Mouere manum, mouere linguã. Seipſum loco mouere. Alium loco mouere. Immotum eſſe, ſiue loco moueri non poſſe, ſiue truncum eſſe.

Senſus.

Senſibus vti ad virtutem. Senſus cohibere à vanitate & vitio. Senſibus vti ad virtutis ſtudium. Senſus amittere, vel ſenſibus priuari.

Obiectum internum ortum à primo.

Actio, praxis, mores.

Actionem aggredi, ſiue incipere. Præparare ſe ad actionem. Conatus agendi. Opportunitas & occaſio agendi. Autor actionis. Adminiſter actionis conſentiens tantum. Adminiſter actionis adiuuans etiam. Euentus actionem ſequens. Euentus bonus, ſeu ſucceſſus actionis. Euentus malus. Omiſſio actionis. Mora in agendo. Dilatio, vel ſuſpenſio actionis. Ceſſatio ab actione & quies poſt eam. Interſpiratio. Remiſſio actionis. Intenſio actionis.

Actio tarda.

Actio feſtinata.

Actio breuis.

Actio diuturna & longa.

Actio facilis.

Actio difficilis.

Actio neceſſaria.

Actio parerga, ſiue ſuperflua & redundans.

Actio interna quæ fit ſolâ cogitatione & propoſito.

Actio externa, quæ fit cogitationis & propoſiti executione.

Actio externa ſimplex, quæ fit dicto tantum.

Actio externa ſimplex, quæ fit geſtu tantum.

Actio externa ſimplex, quæ fit ipſo facto ſiue Factum.

Actio externa compoſita, vel ex dicto & geſtu tantum; vel ex dicto & facto; vel ex geſtu, & facto, vel denique ex omnibus trib. ſimul, dicto, geſtu, facto.

Actio manifeſtior, quâ expreſſa voluntas agentis declaratur.

Actio occultior in qua voluntas tantum ex ſignis colligitur.

Signa voluntatem occultam arguentia talia, quæ cum actione ipſa concurrunt; vt, ſi quis facientem non impediat vel facientem impellat ad agendum.

Signa voluntatem occultam ſequentia, vt, ſi quis actionem approbet vel imitetur.

Actio cum propoſito pleno.

Actio cum propoſito extemporario & momentaneo, ſine conſultatione; quando nempe ea non eſt opus.

Actio cum præcedenti conſilio ſeu deliberatione.

Actio propoſiti non plene. Actio inconſulta; vbi nempe agitur ſine pleno, & recto conſilio.

Actio non pleni propoſiti ex neceſſitate, cum aliquid agitur propter euitandum maius malum, quæ actio impropriè Ethicis *inuita* dicitur.

Actio non plena affectuoſa, cum quid agitur ex vehementiori affectu. Actio affectuoſa ex actione præcipiti, ſiue è repente orto vt ex terrore, ira; Actio affectuoſa orta per indulgé-

tiam aucto, & inueterato, vt cum quid agitur ex odio inueterato.

Actio ſine propoſito, quæ vel ſit à nolente vel à volente.

Actio ſine propoſito, præter voluntatem agentis, quæ nempe cauſam aliquam habet in ipſo agente, & quæ ſit ex ignorantia.

Actio ex ignorantia iuris generalis, quæ tantum excuſat in infantibus, item in furioſis. Actio ex ignorantia iuris ſpecialis, excuſat tantum in iis qui habent cauſam probabilem ad neſciendum.

Actio ex ignorantia facti, eaque 1. proprie dicta, ſiue non accerſita.

Actio ex facti ignorantia totali, cum quis factum plane neſcit, nec quoad eſſe, nec quoad circumſtantias eſſendi. Ignorantia facti totalis proprii, quæ eſt vel in plane infantibus, vel in plane furioſis. Ignorantia facti alieni, cum quis nempe ignorat quid alius egerit circa illam rem. Ignorantia facti particularis, quę etiam dicitur *actio ex errore*, cum quis factum quidem ſcit, ſed de qualitate & circumſtantiis facti non recte iudicat.

Ignorantia facti improprie dicta, ſiue ignorantia accerſita ebrietate, aut aliis modis.

Actio contra voluntatem, ſiue coacta per vim externam, cui quis reſiſtere non valet.

Vt cum quis vi truditur à fortiore ad alterum trudendum; Cum vi alicui vinum infunditur vt inebrietur.

Actio bona abſolutè dicta

Actio bona propter circumſtantias certas dicta, quæ & actio decens, decora, elegans, dicitur.

Actio mala abſolutè.

Actio mala propter circumſtantias, ſiue indecora.

Actio adiaphora, quæ nec bona, nec mala eſt.

Actio publica.

Actio priuata.

Obiectum Ethicæ externum, nempe id quod poſitum eſt extra agentem.

Obiectum externum primum.

Res. Res animatæ. Res inanimatæ, circa quas agitur. Res mobilis. Res mobilis generalis, vt quando quid agitur circa pecuniam & opes. Res mobilis ſpecialis, vt ſunt reliqua inſtrumenta externa, quæ in ſpecialibus virtutibus traduntur. Res immobilis, circa quam aliquid agitur.

Perſona circa quam agitur.

Perſona circa quam agitur ſecundario dicta, nẽpe perſona noſtra propria, cũ in nos ipſos Ethice agimus.

Perſona circa quam agitur, proprie dicta, ſiue perſona diuerſa à nobis ipſis, ſiue proximus noſter, cui ſc. propter naturæ ſimilitudinem obligamur.

Perſona ſeorſim ſpectata.

Perſona viua.

Perſona ſexus maſculini.

Perſona ſexus muliebris.

Perſona generali vinculo communis naturæ tantum nobis coniuncta.

Perſona ſpeciali vinculo coniuncta.

Perſona interno vinculo coniuncta.

Perſona interno vinculo propinquitatis coniũcta.

Perſona coniuncta propinquitate primario dicta, nempe cognatione.

Perſona coniuncta propinquitate proprie dicta, ſed non legitima.

Huc ergo pertinet titulus cognatorum illegitimorum; vt inter filium & patrem naturalem, ſiue nothum, inter fratres, ſiue ſorores nothas, ſiue ſpurias.

Perſona nobis coniuncta propinquitate legitimâ totali.

Totalem propinquitatem voco, cum perſonæ reſpectu vtriuſque parentes ſunt propinquæ, vt germani fratres & ſorores, quæ habent vnum patrem, & vnam eandemque matrem.

Linea cognationis totalis.

In cognatione enim conſideratur vel linea, vel gradus.

Linea ſolitariè conſiderata.

Linea recta.

Linea recta propinqui indeterminatè conſiderati, vel paterni vel materni.

Linea recta propinqui tam paterni, quam materni ſuperiores.

Propinqui ſuperiores propiores, vt ſunt, pater, mater, auus, auia: nam hi omnes in Ethicis ſub vnum titulum poſſunt referri.

Propinqui ſuperiores remotiores, nempe proauus, proauia, abauus, abauia, atauus, atauia, tritauia, tritauus. His ſuperiores ſimpliciter dicuntur maiores, vel etiam tritaui pater, tritaui auus, tritaui proauus, & ſic deinceps. Ergo hic poteſt ſubtitulus conſtitui; *Maiores nempe qui ſunt ſupra tritauum.*

Linea recta propinqui inferiores, qui communi nomine, liberi *dicuntur.*

Liberi propiores, vt filius filia, nepos neptis.

Liberi remotiores, vt ſunt pronepos proneptis, abnepos abneptis, atnepos atneptis, trinepos trineptis. His inferiores ſimpliciter dicũtur *minores*, vel trinepotis filius, trinepotis nepos, trinepotis pronepos. Itaque ſubtitulus hic conſtitui poteſt, *Minores*, ſiue, *Nepotes nepotum.*

Propinqui in linea collaterali.

Linea collateralis propinqui æquales, fratres, ſorores.

Propinqui collaterales inæquales.

Propinqui collaterales inæquales ſuperiores.

Propinqui collaterales ſuperiores paterni.

Propinqui collaterales ſuperiores paternũ propiores.

Patruus, Amita paterna, ſiue patris ſoror. Patruus magnus, ſiue aui frater. Amita magna, ſiue aui ſoror.

Propinqui collaterales ſuperiores remotiores.

Patruus maior, ſiue propatruus, nempe proaui frater. Amita maior, ſiue proamita. Patruus maximus, ſiue abpatruus. Amita maxima ſiue abamita.

Propinqui collaterales ſuperiores materni, ſiue ex parte matris.

Propinqui collaterales ſuperiores propiores.

Amiculus, i.e. matris frater. Matertera, i.e. ſoror matris. Auunculus magnus, ſiue frater auiæ. Materrera magna, ſiue ſoror auiæ.

Propinqui collaterales ſuperiores materni remotiores.

Auunculus maior, ſiue proauunculus. Matertera maior, ſiue promatertera. Auunculus maximus, ſiue Abamiculus. Materrera maxima, ſiue abmatertera.

Propinqui collaterales inferiores.

Propinqui inferiorec collaterales propiores.

Filius ex fratre vel ſorore. Nepos ex fratre vel ſorore.

Propinqui inferiores collaterales remotiores.

Vt, pronepos fratris mei, vel ſororis meæ. Abnepos fratris mei, vel ſororis meæ.

Hactenus linea cognationis ſolitarie ſpectata; linea cognationis ſpectata comparate, ſic nempe, vt linea recta ad collateralem comparetur.

Comparario linearum æqualium. Comparatio linearum inæqualium.

Tantum etiam de linea, ſequuntur gradus.

Gradus in linea recta. Gradus in linea collaterali. Gradus vicini. Gradus remotiores. Graduum computatio.

Hactenus de cognatione proprie dicta totali: ſequitur cognatio partialis.

Cognatio partialis in linea recta.

Cognatio partialis in linea recta ſuperior, vt vitricus, vitrici pater, vitrici auus, &c. Nouerca, nouercæ auus, auia, &c.

Partialis cognatio lineæ rectæ inferioris. Priuignus. Priuigna. Nepos ex priuigno, vel priuigna, & ſic deinceps.

Partialis cognatio lineæ collateralis æqualis. Frater vterinus, ſoror vterina.

Partialis cognatio lineæ collateralis ſuperioris, tam paternæ, quam maternæ.

Partialis cognatio lineæ collateralis inferioris:

Tantum de cognatione proprie dicta: cognatio improprie dicta eſt affinitas. Affinis. Affinitatis gradus. Affinitas propior. Affinitas remotior.

Tantum de perſona vinculo cognationis coniuncta: ſequitur perſona coniuncta vinculo inſtituti, vel pacti.

Perſona coniuncta vinculo pacti generalis.

Perſona ſuperior honore, ſtatu, conditione.

Perſona par, ſiue æqualis.

Perſona inferior.

Perſona nota nobis. Perſona ignota nobis.

Perſona publica.

Perſona priuata.

Perſona coniuncta vinculo ſpeciali.

Perſona ſocia, ſiue ſocius.

Perſona familiaris. Perſona minus familiaris.

Perſona amica. Perſona inimica. Hoſtis.

Sequitur perſona externo vinculo nobis coniũcta.

Perſona coniuncta nobis loco.

Perſona coniuncta nobis loco naturali; ſympatriota.

Perſona nobis coniuncta loco non naturali, ſiue aduentitio.

Perſona domeſtica cum qua viuimus, nempe in vna domo. Contubernalis. Peregrina perſona.

Perſona coniuncta nobis tempore.

Perſona æqualis nobis ætate. Perſona ſenior nobis. Perſona nobis iunior. Perſona coætanea, ſiue quæ eodem tempore nobiſcum viuit. Perſona quæ ante nos vixit. Perſona quæ poſt nos viuet.

Sic de perſona viua: Perſona mortua. Mortuorum cadauera.

Sic de perſona ſeparatim ſpectata: perſona collectim conſiderata.

Patria tota. Maiores qui ante nos vixerunt, etiamſi nos ſanguine non attigerint. Illi omnes qui poſt nos viuent, etiamſi non ex nobis naſcantur. Promiſcuum vulgus. Homines, ſiue perſonæ ſelectiores.

Hucuſque de obiecto illo externo, quod PERSONA *dicitur: ſequitur ſubiectum externum,*

LOCVS.

Locus publicus, Locus publicus communis. Locus publicus ſolennis, priuilegiatus, ſacroſanctus. Locus priuatus. Locus domeſticus, ſiue Domi. Locus peregrinus, ſiue peregre. Locus peregrinus propior. Locus peregrinus remotior, Locus commodus. Locus incommodus.

Sic de loco; reſtat Tempus.

Tempus præſens. Tempus præteritum, ſiue olim, ſiue vetuſta tempora. Vetuſtas, tempus valde remotum, ſiue antiquiſſima ſecula.

Vetuſtum

Digitized by Google

Vetuſtum tempus propius ſiue tempus maiorum noſtrorum. Tempus futurum. Tempus in propinquo futurum. Tempus longe adhuc abſens. Tempora extrema. Tempus ſacrum, ſiue feſtum. Tempus liberum. Tempus neceſſarium. Tempus opportunum. Tempus importunum

Sic de Obiecto externo primo: ſequitur Obiectum externum ortum à primo, id eſt, *ſtatus rerum, qui includit perſonas, tempora & loca; item, ſeculum: nam idem hæc ſæpe ſignificant Latinis.*

Status bonus. Status malus. Status antiquus. Status nouus. Status domeſticus, ſiue internus. Status externus, ſiue peregrinus.

Hucusque prima claſſis locorum Ethicorum.

CLASSIS II. LOCORVM ETHICORVM,

Continens titulos Ethicæ, de virtute & vitio in genere.

HACTENVS *de fine & obiecto Ethicæ; ſequuntur media ad finem ducentia; Virtus moralis.*

Virtus moralis primario dicta, quæ & Bonitas, Probitas, Honeſtas.

Vir bonus, Probus, Honeſtus.

Partes virtutis.

Propoſitum bonum.

Propoſiti boni executio.

Virtutis formale, nempe mediocritas, ſiue medium Geometricum inter extrema.

Virtutis cauſa efficienter producentes.

Indoles virtuoſa.

Temperamentum corporis virtuoſum.

Conſcientia hominis monens de virtutis actione.

Educatio & diſciplina ad virtutem ducens.

Præcepta virtutum eorumque inſtitutio.

Aſſuefactio ad virtutem, ſiue conſuetudo bona. Conſuetudo publica. Conſuetudo priuata.

Obſeruatio & experientia virtuoſa.

Conatus declinandi extrema, ſiue fuga extremorum.

Exercitia virtutum.

Exempla bona. Exempla priuata. Exempla publica. Exemplorum imitatio. Præclarorum virorum admiratio & æmulatio. Conuerſatio cum bonis, & declinatio conuerſationis malorum. Vitatio occaſionis peccandi.

Fuit cauſa virtutis efficiens producens: ſequitur efficiens dirigens, nempe LEX, *quæ eſt norma virtutis.*

Lex proprie dicta, in qua ſpectanda tum diſtinctio, tum functio.

Lex Dei & naturæ.

Notitiæ naturales omnium hominum mentibus inſculptæ, de diſcrimine honeſti & turpis. Hominis cogitationes ſeſe mutuo accuſantes, & incuſantes, ortæ ex notitiis naturalibus, ſiue lege naturæ, quæ *notitiæ* dicuntur *ſυντήρησις*, item obſeruatio interna conſcientiæ.

Lex, ſiue ius gentium.

Lex ſiue ius præſcriptum in regulis Ethicis, Oeconomicis, & Politicis.

Legis functio primaria.

Legis ſanctio, ſiue poſitio, Legumlatores.

Legis executio.

Legis functio ſecundario directa.

Confirmatio legis.

Interpretatio legis.

Legis functio indirecta.

Legum mutatio.

Legum abrogatio & derogatio.

Lex improprie dicta.

Mandata & iuſſa ſiue præſcripta, ſiue ordinationes bonæ, & ad virtutem conducentes.

Permiſſiones, cum aliquid fieri permittitur quod ad virtutem faciat.

Admonitiones ad virtutem. Parêre admonitionibus.

Inuitationes & illecebræ ad virtutem, quæ tacite vel aperte nobis præbentur.

Sic fuit virtus in habitu conſiderata: ſequitur virtus in actu conſiderata, ſiue effecta virtutis.

Actio virtuoſa, ſiue officium virtutis.

Actio virtuoſa primario dicta.

Actionis virtuoſæ partes. Alacriter incipere. Sedulo continuare. Decenter & finire.

Actio libera, & ſine lucta.

Actio virtutis cum lucta.

Actio aperta.

Actio occulta.

Actio directa.

Actio virtutis reflexa, cum nempe vel ex malo bonum elicitur, vel etiam bonum collapſum reſtauratur, quæ dicitur *Reformatio* & *Emendatio.*

Actio virtutis ſimplex, cum fit aliquid boni ſimpliciter.

Actio virtutis geminata, cum ex bono fit melius.

Actio virtutis ſecundario dicta, quæ eſt ceſſatio ſiue omiſſio omittendorum.

Sic de virtute primario dicta: virtus ſiue honeſtas ſecundaria dicta dicitur DECORVM.

Decorum in habitu. Decorum in actu. Homo decorus.

Fuit virtutis tum natura, ſiue conſtitutio, tũ cauſa efficiens, tum effectum: ſequitur oppoſitum.

Vitium morale.

Vitium morale primario dictum, ſiue Improbitas. Inhoneſtas. Homo vitioſus, malus.

Vitii partes. Malum propoſitum. Mali propoſiti executio.

Vitium in exceſſu.

Vitium in defectu.

Vitium apertum & manifeſtum.

Vitium occultum & fucatum ſpecie virtutis.

Vitium in actu, ſiue actio vitioſa.

Actio vitioſa primario dicta, ſiue commiſſio vitii, item delictum commiſſum.

Delictum commiſſum proprie dictum, quod à ſciente & volente fit.

Delictum doli mali. Scelus, flagitium, nequitia. Nequitia ſimplex. Nequitia compoſita, & malitia extrema. Conſpiratio ad patranda ſcelera. Seductio aliorum ad patranda ſcelera. Homo malitioſus. Homo diſſolutus. Nebulo, nequam, ἀλάςωρ.

Delictum leuitas ſiue culpa. Culpa lata. Culpa leuis. Culpa leuiſſima.

Actio vitioſa quæ fit à non ſciente nec volente, ſiue delictum mere caſuale.

Actio vitioſa ſecundario dicta, ſiue actio indecora, indecens, indecentia.

Vitium omiſſionis, ſiue actio vitioſa improprie dicta, cum ſit potius quies vitioſa & ceſſatio.

Cauſa vitiorum.

Cauſa vitiorum interna. Mala natura & indoles. Vitioſum temperamentum. Præcepta mala. Mali præceptores & ſeductores. Mala conſuetudo. Mala conſuetudo publica. Mala conſuetudo priuata.

Cauſa vitiorum externa. Exempla mala. Mala conuerſatio, ſiue cum malis. Perſuaſiones malæ. Irritamenta vitiorum ſiue occaſio & opportunitas peccandi.

CLASSIS III.

LOCORVM ETHICORVM,

Continens titulos pertinentes ad virtutem dirigentem, ſiue vniuerſalem.

VIRTVTIS diuiſio ſecundum ſpecies. Virtutum diſtinctarum ſiue diuiſarum inter ſe connexio.

Virtus vniuerſalis ſiue dirigens. Vitium vniuerſale, ſiue omnium vitiorum cauſa.

Virtus vniuerſalis analogice dicta.

Virtus vniuerſalis analogice dicta ſublimior.

Virtus dirigens analogice dicta ſublimior prima.

Metus diuini Numinis. Notitia Dei omnium hominum mentibus impreſſa. Amor Dei benefactoris. Metus Dei vt vindicis. Ignorantia Dei. Contemptus Dei. Odium Dei. Securitas non morans iram numinis. Profanitas & Atheiſmus.

Virtus dirigens analogicè dicta ſublimior, orta à prima.

Amor virtutis honeſtatiſque. Amor boni publici: Odium vitiorum. Odium virtutis. Odium boni publici. Præferre priuatum bono publico.

Amor gloriæ ex virtute promanantis, atque adeo ſtudium immortalitatis & bonæ claræque famæ. Metus infamiæ. Neglectus & contemptus gloriæ. Vacuitas à metu infamiæ.

Virtus dirigens analogicè dicta inferior, quæ dicitur amor rerum inferiorum, & primo quidem generalis.

Generalis amor creaturarum Dei.

Amor bonorum geniorum, ſiue angelorum, inſtigãtium ad honeſtatem. Odium malorũ angelorum, ſiue geniorum, inſtigantium ad vitia. Amor creaturarum corporearum inanimatarum. Amor creaturarum corporearum animatarum, quatenus ſunt vel obiecta actionis honeſtæ, vel cauſæ impellentes. Amor beſtiarum & præcipue earum, quæ homini fideles ſunt. Odium & læſio beſtiarum temeraria.

Amor ſpecialis pertinens nempe ad obiectum honeſtatis determinatum & ſpeciale.

Amor noſtri ipſius.

Notitia noſtri ipſius. Noſſe ſeipſum. Notitia præſtantiæ noſtræ. Notitia præſtantiæ noſtræ, quoad animum. Notitia præſtantiæ noſtræ, quoad corpus. Notitia præſtantiæ noſtræ, quoad ius in creaturas alias, atque adeo in beſtias. Notitia imbecillitatis noſtræ quoad mentem ſiue animum. Notitia imbecillitatis noſtræ quoad corpus. Notitia imbecillitatis noſtræ quoad ius in creaturas mutilatum. Notitia imbecillitatis noſtræ, quoad varios caſus & pericula, quibus ſingulis momentis exponimur.

Amor noſtri licitus & bonus. Amor noſtri licitus & bonus, quoad bonum primarium, nempe virtutem. Amor noſtri, quoad bonum ſecundario dictum, ſiue ſtudium voluptatis & iucunditatis. Amor noſtri quoad ſtudium

dium vtilitatis, ſiue commodi. Metus mali. Metus pœnæ. Cæcus amor ſuiipſius. Cæcus amor ſuiipſius in vitio, ſiue indulgentia, quâ quis ſibiipſi indulget & blanditur in vitiis. Cæcus amor, quo quis nimis ſtudioſus eſt priuatorum ſuorum commodorum. Odium ſuiipſius. Lædere ſeipſum. Sibiipſi violentas manus inferre.

Amor proximi.

Studium & beneuolentia erga proximum. Simulatus amor proximi. Odium proximi.

Hactenus virtus dirigens analogicè dicta, quæ fuit affectus bonus dirigens omnes virtutes: ſequitur dirigens virtus perfectè dicta, quæ nempe eſt habitus confirmatior, præſupponens iſtos affectus.

Virtus dirigens perfectè dicta prima.

Iuſtitia vniuerſalis.

Iuſtitia vniuerſalis in habitu. Obedientia omnibus legibus debita, ſiue conformitas cum omnibus legibus ante enumeratis. Obedientia debita legumlatori. Ius ſiue obligatio ad leges. Obligatio ad leges publicas. Obligatio ad leges priuatas, ſiue ad pacta, quæ contrahentes inter ſe ſponte faciunt.

Sumimus enim hîc ius publicum in altera ſignificatione, quâ Iuriſconſulti vſurpant, vt perſpicue explicat Pacius Diſp. 1. nempe pro eo, quod publicâ autoritate principis ſancitum eſt: Ius autem priuatum ſumitur pro iure, quod contrahentes ſibiipſis ſtatuunt ex pacto priuato.

Suum cuique tribuere ſecundum ius, vel publicum, vel priuatum. Iuſtitia vniuerſalis, ſiue habitus non noſcendi leges, nec parendi, atque adeo inobedientia aduerſus omnes leges, ſiue Contumacia. Iniuſtitia vniuerſalis in actu. Præſtatio & executio obligationis Legum, ſiue Iuris. Iuſtum, legitimum. Executio iuris abſolute ſpectata, ſiue ἀκριβοδίκαιον. Executio iuris accommodata locis, temporibus & perſonis, ſiue ἐπιείκεια. Violatio omnium legum, ſiue frangere repagula legum. Ὕβρις, ſiue iniuria vniuerſalis, opponens ſe de induſtria omnibus legibus, & ſuum nemini tribuens; ſed omnia mala inferens ſocietati humanæ.

Prudentia. Prudens.

Subiectum prudentiæ τὰ πρακτά, ſiue res humanæ ſingulares & indiuiduæ, atque ob id inconſtantes & incertæ. Prudentiæ humanæ imperfectio.

Prudentia cauſa efficiens ex natura.

Perſpicacia, ſiue σύνεσις, & ἀγχίνοια: Δεινότης, ſiue ſolertia naturalis. Μνήμη, ſiue recordatio & memoria rerum ſingularium, tam præteritarum, quam præſentium.

Prudentia cauſa ex cura.

Præcepta prudentiæ. Experientia rerum, quæ fit domi. Experientia rerum, quæ fit foris ſeu peregrinando. Prudentum virorum exempla imitari & æmulari.

Prudentia in genere conſiderata. Imprudentia in genere conſiderata.

Prudentia in genere conſiderata pars prior, quæ eſt magis intellectualis.

Prudentia enim eſt virtus mixta ex intellectuali & morali: ideo oportet in ea conſiderare diſtinctè partem intellectualem, & partem moralem.

Noſſe agenda. Noſſe res agendas. Noſſe perſonas ad actionem concurrentes. Noſſe loca in quibus agitur; noſſe tempus quo agendum eſt.

Noſſe agenda ſimpliciter, atque adeo poſſe explicare rem agendam ſimplicem.

Noſſe præterita. Noſſe & explicare præſentia. Explicare & proſpicere futura. Finem conſtituere & proſpicere rectum. Media pro fine acquirendo inuenire.

Noſſe agenda complexa; id eſt, includentia quæſtionem coniunctam, An ſit, vel non ſit.

Agenda probare. Agenda improbare. Agenda diſponere & ordinare.

Comparatè noſſe, ſeu comparationem inſtituere, & habere delectum inter agenda.

Diſcernere bona à malis, ſiue delectus inter bona & mala. Delectus inter mala minora & maiora. Delectus inter certa & incerta. Delectum habere tempore libero. Delectum habere tempore neceſſario.

Hactenus pars intellectus prudentiæ generalis; ſequitur intellectualis pars prudentiæ ſpecialis; quam diuidimus in conſultricem & diiudicatricem.

Conſultrix prudentia.

Naturalis dexteritas in conſiliis. Naturalis ſtupor in conſiliis. Imprudentia in conſiliis.

Conſultrix prudentia primariò dicta, quæ eſt in inueniendis conſiliis.

Conſultrix prudentia primariò dicta prima, per quam conſilia pro nobis ipſis inuenimus.

Obiectum conſilii, ſiue res quæ ſub conſultationem & conſilium cadunt.

Conſilium pro inquiſitione.

Conſiliũ ambigua vox eſt: nam interdum ſignificat inquiſitionem eius, quod agendum eſt; vt cum dico: Conſilium capere: interdum inuentionem & determinationem eius, quod agendum eſt, vt cum dico: Conſilium dare.

Conſilium, ſiue conſultatio, ſiue inquiſitio conſultatrix prima.

Conſilium, ſiue inquiſitio conſultatrix ſimplex, cum inquiritur quæſtio ſimplex practica; ſiue cum cupimus rem practicam ignotam, vel obſcuram explicare.

Conſilium ſimplex abſolutum.

Conſilium ſimplex comparatiuum, quando nempe ſimplex comparatio inter maius & minus conſultando inſtituitur.

Proceſſus in conſilio, ſiue conſultatione ſimplici, id eſt, quomodo procedendum in conſultatione de themate ſimplici.

Conſultatio, ſiue inquiſitio conſultatrix complexa, cum nempe inquiritur in incluſionem aliquam probandam vel refutandam.

Conſilium, ſiue conſultatio complexa abſolutâ, quâ ſimpliciter quæritur, an hoc faciendum ſit, nec ne.

Conſilium complexum comparatiuum, quo quæritur, an hoc præferendum ſit alteri, nec ne.

Proceſſus in conſilio complexo.

Conſilium ortum, quo nempe fit diſpoſitio & ordinatio rerum agendarum, quæ eſt operatio mentis Practica, ad methodum pertinens.

Vt cum quæritur, quo ordine ſit in aliqua re procedendum; nam iſta eſt quæſtio methodi.

Conſilium pro inuentione inquiſitorum, ſiue pro determinatione, quando iam aliquid concluditur, & non amplius conſultatur.

Conſilii requiſita. Conſilii executio.

Prudentia conſultrix orta & reſpectiua, quâ aliis conſilium damus.

Fidelitas in communicando conſilio. Dexteritas in communicãdis aliis conſiliis. Conſultor bonus. Conſultor malus. Euentus conſiliis aliis dati.

Fuit prudentia conſultrix primario dicta: ſequitur ſecundario dicta, quâ ipſi quidem conſilia non inuenimus ſed inuenta ab aliis accipimus.

Conſulere alios; Conſilium aliorum probare, ſiue ſuffragari alicui, ſiue ire in alicuius ſententiam. Conſilia aliorum ſequi. Conſilia aliorum improbare, ſiue non ſuffragari alicui. Conſilia aliorum repudiare, & iis non obſequi, atque adeo nulla conſilia admittere.

Fuit prior prudentia pars intellectualis, quæ erat conſultatrix; ſequitur poſterior, quæ eſt iudicatrix.

Iudicare de rebus agendis. Iudicare de rebus iam peractis, eaſque in meliorem partem vertere. Iudicare de perſonis. Iudicare de dictis. Iudicare de ſorte & euentu. Æquitas & συγγνώμην in iudicando de aliorum dictis & factis. Dicta ambigua in meliorem partem vertere.

Iudicium ſimplex, ſiue de quæſtione ſimplici practica.

Iudicium complexum, ſiue de diſceptatione inter partes diſſidentes.

Iudicium tanquam arbitri prudentis, ab vtraque parte electi. Iudicium tanquam iudicis ordinarii; de quo in Politicis.

Hactenus fuit intellectualis pars prudentiæ: ſequitur pars prudentiæ magis moralis, quæ conſiſtit in executione eorum, quæ agenda recte intelleximus, & PRVDENTIA EXECVTRIX *dici poteſt.*

Prudentia executrix prima, quæ eſt accommodatio ad circumſtantias locorum, perſonarum & temporum.

Seruare decorum circa loca, tempora & perſonas. Seruire perſonis. Non ſeruire perſonis, ſed velle, vt omnes ſe accommodent nobis. Seruire tempori. Captare occaſiones rerum gerendarum. Seruire locis.

Prudentia executrix orta, quæ eſt perſpectio, conſiderantia, cautio.

Vigilantia & intentio in omnes occaſiones rerum agendarum.

Securitas.

Diſſimulatio diſſimulandorum.

Diffidentia bona.

Credulitas nimia.

Nimia diffidentia.

Cunctatio quando cunctandum eſt.

Præcipitantia, quando cunctandum eſt.

Feſtinatio, quando feſtinandum eſt.

Oſcitantia & tarditas in agendo, cum feſtinandum eſt.

Simplicitas nimia, non diſſimulans diſſimulanda, nec diffidens diffidendis.

Calliditas nimia, & verſutia vulpina. Diſſimulatio vulpina.

Hactenus prudentia in genere conſiderata: in ſpecie conſiderata prudentia eſt, quæ vtramque partem intellectualem & moralem in ſe complectitur, & ex obiectorum ratione diuiditur.

Prudentia diſponens, ſiue ordinans bona media ad finem.

Prudentia corrigens, ſiue mutans mala admiſſa, vel toleranda, eaque mala etiam vertens ad bonum finem.

Prudentia directa, quæ vtitur ad finem mediis directis & apertis.

Prudentia indirecta & obliquata, quæ vtitur quidem medus licitis, ſed inſperatis, ſeu occultis, quæ ſtratagemata *generaliter dicimus, aut* dolum bonum. Doli boni ſiue ſtratagemata & artificia, atque adeo obliqua via in agendo.

Hactenus virtus dirigens prima; nempe Iuſtitia & Prudentia: reſtat virtus dirigens orta, nempe Conſtantia, ſiue Perſeuerantia.

Conſtantia in bono propoſito. Vir conſtans in propoſito. Inconſtantia in propoſito. Vir inconſtans in propoſito. Flecti & ſeduci facile. Vacillare in bono propoſito.

Conſtantia in boni propoſiti executione.

Excitare affectus ad exequendum bonum propoſitum. Vires motrices externorũ membrorum, incitare ad executionem propoſiti boni. Vir conſtans in executione. Inconſtantia in executione boni propoſiti, ſiue incipere aliquid boni, ſed non perficere id quod propoſueras, & iam incœperas. Vir inconſtans in exequendo bono propoſito.

CLASSIS IV.

LOCORVM ETHICORVM,

Continens doctrinam de virtutibus quoad nos.

Virtus particularis, ſiue ea quæ regitur ab alia virtute ſuperiori.

Virtus particularis perfecte dicta.

Virtus particularis perfecte dicta quoad nos, ſiue moderatrix noſtri ipſius.

Seipſum regere, ſiue ſuas cupiditates & affectus frænare. Nõ poſſe ſeipſum regere. Non poſſe ſuas cupiditates & affectus temperare.

Virtus nos ipſos ſpectans, regit vel cupiditatem, vel affectum, & quæ cupiditatem regit, in genere Temperantia dicitur. Eſt ergo titulus. *Temperantia indeterminatè & generaliter conſiderata;* Cupiditas per temperantiam regenda. Voluptates corporeæ per temperantiam moderandæ. Abſentes voluptates moderatè expetere. Præſentibus voluptatibus moderatè frui & vti. Intemperantia in genere accepta, ἀκολασία. Intemperans & voluptatibus planè deditus. Voluptatibus perditus. Stupor & licitarum etiam voluptatum neglectus. Homo ſtupidus & ſenſus ac voluptatis expers.

Temperantia in ſpecie conſiderata, vel moderatur internas vel externas voluptates. Interna autem voluptas vel eſt prima, vel orta. Itaque ſit titulus: *Temperantia circa voluptates internas primas.*

Temperantia circa voluptates ex nutrimento in genere etiam ſpectata, quæ dicitur, Frugalitas.

Bona diæta, ſiue victus eligens nutrimentũ non tam voluptuoſum, quam ſalubre, atque adeo habens delectum cibi & potus. Cibo & potu ſalubri moderatè vti. Cibo & potu ſalubri tempeſtiuè vti. Temperantes in potu & cibo. Intemperantia nutrimenti. Neglectus diætæ, atque adeo ſtudium ſolummodo quærendi voluptuarios cibos & delitias, etiamſi ſint inſalubres. Nutrimenta cruda & male cocta appetere, inprimis vero ingurgitare fructus crudos, aut dulciaria; id quod Germani vno vocabulo vocant, Näſcherey. Immoderate frui nutrimentis ſalubribus. Intempeſtiue edere & bibere, ſiue aſſumere alimẽta. Nocturna aſſumptio alimenti, ſiue comeſtionem & potũ protrahere per totam noctem. Crapula, i. e. perpetuum exercitium intemperantiæ circa nutrimentum, ſiue Gula, ſiue Guloſitas. Comeſſationes.

Temperantia circa nutrimentum ſolidum, ſiue cibum, quæ dicitur ABSTINENTIA.

Cibos ſalubres comedere. Moderate comedere cibos ſalubres. Ieiunium conueniens. Ingerere cibos inſalubres. Voracitas, ſiue ingluuies, ſiue nimium edere. Feſtinata ciborum deglutitio. Nimis exquiſita ciborum præparatio. Nimia ferculorum varietas & multitudo. Fucatum & affectatum ac ſimulatum ieiuniũ. Nimium ieiunium, ſiue abſtinentia à cibo. Abſtinentia naturalis à certis cibis, vt ſunt qui hoc vel illud edere non poſſunt.

Sic de temperantia cibi: ſequitur temperantia potus; itaque ſit titulus, SOBRIETAS.

Sobrius: Salubris potus delectus. Bibere moderatè. Bibere tempeſtiuè. Bibendi ritus. Bibere ad hilaritatem. Interdum abſtinere à potu & ſitire valetudinis cauſa. Ebrietas. Ebrius. Ebrioſus. Vinolentia, ſiue bibacitas vini, ſiue Temulentia. Temulenti, die weinſeuffer. Bibacitas cereuiſiæ. Bibaces in cereuiſia. Helluatio, ſiue compotatio cum aliis. Compotationis ritus barbari, ſiue inuitationes ad nimium bibendum. Inebriare alios. Sitim irritare ſalſamentis, vel piperaceis. Nimia potus abſtinentia. Abſtinentia potus naturalis, quales ſunt abſtemii, qui naturaliter abhorrent à vino, & tantum aquam bibunt: itaque ſubtitulus eſt *de abſtemiis*. Abſtinentia naturalis à cereuiſia, ſiue illi qui per naturam cereuiſiam ferre non poſſunt. Abſtinentia potus, nimiâ vitioſâ conſuetudine attracta, aut etiam ſimulata.

Sic de temperantia nutrimenti: ſequitur temperantia Veneris. itaque ſit titulus CASTITAS.

Virginitas. Pudicitia. Caſtitas in cœlibatu. Caſtitas in coniugio, quæ etiam ad Oeconomiam pertinet. Caſtrati, eunuchi, ſpadones.

Libido. Amiſſio virginitatis. Impudicitia. Amor venereus. Laſciuia in oculis & geſtibus. Laſciuia in verbis. Irritaměta libidinis. Oſcula libidinoſa. Amplexus libidinoſus. Colloquia libidinoſa & laſciua. Oculns non auertere à rebus obſcœnis & libidinoſis. Vir libidinoſus & venereus. Fœmina libidinoſa & venerea. Vitiare virginem. Rapere virginem. Scortari. Adulteria exercere. In concubinatu viuere. Meretrix. Scortum, proſtibulum. Loca obſcœna, impura, ſuſpecta, atq; adeo lupanaria. Lenones, ſiue ſcortorum conciliatores & proxenetæ, hurenführer. Inceſtus & inceſtuoſus. Sodomia. Nimia abſtinentia à licita venere. Caſtratio ſui ipſius.

Tantum de Temperantia circa voluptates internas primas: ſequitur Temperantia circa voluptates internas ortas. Itaque primo ponatur titulus, TEMPERANTIA circa ſomnnm. Temperans circa ſomnum, ſiue homo vigilans. Mane ſurgere. Exempla eorum qui autoram amarunt. Intemperantia circa ſomnum, ſiue ſomnolětia. Somnus diuturnus nimius, ſiue ſtertere. Somnolenti. Prouocationes ſomni diuturni. Nimia vigilantia. Lucubrationes nocturnæ. Graſſationes nocturnæ, atque adeo inuerſio ordinis temporum, quando ex die noctem, & ex nocte diem facimus.

Altera voluptas interna orta, eſt circa mundationes & exornationes corporis, itaque ſit titulus: TEMPERANTIA *circa curam ornandi & purgandi corporis.*

Moderata corporis cura ne laſciuiat. Moderatæ corporis lotiones. Moderatæ partium corporis exornationes: Moderatæ exornationes faciei & vultus, atque adeo capillorum & aliarum eiuſmodi partium. Homines moderati in corporis partibus exornandis, & viri contemptores formæ muliebris. Moderatio circa corporis lotiones. Balnea atque adeo thermæ. Moderatio circa corporis vnctiones, ad excitandam in corpore fragrantiam. Vnctiones, quæ veteribus tantum potiſſimum vſitatæ fuerunt. Paſtilli, & aliæ res, quę fragrantiæ cauſa circumferuntur. Intemperantia circa corporis ornatum naturalem, nempe, id eſt, talem, qui non fit per veſtes. Exornatio nimia faciei, atque adeo fucus & ceruſſa. Exornatio nimia capillorum, atque adeo calamiſtrata cæſaries, ſiue capillitium affectatum nimis. Immoderatio circa corporis lotiones, atque adeo nimia balnea. Immoderatio circa corporis inunctiones. Immoderatio circa fragrantiam.

Sic de Temperantia circa voluptates internas, tam primas quam ortas: ſequitur circa voluptates poſitas in rebus externis: itaque ſit titulus: TEMPERANTIA *circa corporis recreationes.*

Temperantia circa amœnitatem.

Expatiari amœnitatis cauſa. Amœna loca amare & inhabitare. Homines amœnitate delectantes. Intemperantia circa amœnitatem quærendam, atque adeo nimis crebra exſpatiatio, aut nimis diuturna. Intemperantia circa amœnitatem. Abhorrere ab omni amœnitate. Homines qui abhorrent ab omni amœnitate.

Temperantia circà voluptates ex pretioſis rebus naturalibus, e. g. ex gemmis. Intemperantia circa eiuſmodi res pretioſas. Gemmarii.

Temperantia circa picturas egregias.

Intemperantia circa picturas egregias.

Temperantia circa voluptates aurium.

Moderata oblectatio aurium per muſicam. Muſica, ſiue harmonia muſicalis. Muſici. Muſica vocalis. Muſica inſtrumentalis. Intemperantia circa muſicam, atque adeo muſica laſciua. Laſciua muſica, ſiue intempeſtiua, ſiue muſica in luctu. Intemperantia circa muſicam exercendam. Intemperantia circa muſicam audiendam. Abhorrere ab omni muſica. Abhorrere à muſica vocali. Abhorrere à muſica inſtrumentali, vel omni, vel certa.

Temperantia circa luſum.

Moderato luſu vti & honeſto. Illi qui moderate luſerunt. Abhorrere à luſu inhoneſto. Illi qui certum quoddam honeſti luſus genus amarunt. Luſibus inhoneſtis deditum eſſe. Ex luſu lucrum captare, id eſt, rem ſeriam ex eo facere, & modum acquirendi. Luſus ſedentarius. Luſus aleæ. Luſus chartarum. Luſus ſchachitæ. Luſus difficilior. Luſus facilior. Luſus magis coniunctus cum motu. Luſus ſine equis. Luſus in equis. Abhorrere ab omni luſu.

Sequitur temperantia circa veſtitum.

Moderate ſe veſtire, & conuenienter ſuo ſtatui. Homines qui moderate ſe veſtierunt. Veſtes. Ornatus qui veſtibus addi ſolet, nempe in equis, in curribus, aut etiam in famulitio noſtro. Homines qui moderate iſtis ornatibus, qui extra veſtitum poſiti ſunt, vſi ſunt. Fœminæ quæ virilem veſtitum induerunt. Luxus in veſtitu. Veſtis ſupra ſtatum. Veſtitus vanus, tum quoad naturam, tum quoad formam. Veſtitus peregrinus & affectatus. Luxus in ornamentis extra veſtitum. Luxus in corollis, ſiue coronis. Luxus in phaleris equorum,

rum, & inſtrumentis curtuum. Nimius neglectus veſtitus honeſti, & noſtro ſtatui congruentis.

Reſtat Temperantia circa voluptates, quæ capiuntur ex domo & habitatione; atque adeo ſupellectili domeſtica.

Moderatè ædificare, atque adeo conuenienter ſuis opibus & ſuo ſtatui. Moderate comparare ſupellectilem domeſticam. Moderate exornare domum, vel propriam, vel conductam. Moderatum eſſe in aulæis & tapetibus omnis generis. Moderatum eſſe in picturis & ſculpturis domeſticis. Immoderatum eſſe circa ædificia, ſiue luxus in ædificiis, atque adeo ædificia nimis luxurioſa. Immoderatum eſſe circa ſupellectilem domeſticam. Immoderatum eſſe circa ornamenta domeſtica. Abhorrere ab ædificiis commodis & amœnis, qui affectus eſt vitioſus, atque adeo amare loca ſordida, tenebricoſa, ſolitaria. Abhorrere ab omni ornatu domus, ſiue loci, in quo viuis.

Hucuſque virtus moderatrix cupiditatis, ſiue voluptatis, quæ Cupiditatem comitatur; ſequitur Virtus, quæ magis moderatur affectũ aliquem noſtrum: Quæ quidem virtus tum generalior eſt, tum ſpecialior. Generalior eſt, quæ moderatur affectum deſiderii & induſtriæ noſtræ in genere conſideratæ. Et hæc virtus duplex eſt: αὐτάρκεια & Gnauitas. Itaque ſit titulus: Αὐτάρκεια.

Contentum eſſe ſuâ ſorte. Contentum eſſe loco in quo tibi viuendum eſt. Contentum eſſe conditione quâ frueris. Neceſſaria deſiderare & petere. Non eſſe petacem nimis. Non captare aliquid. Non grauare alios, ſiue moleſtum eſſe aliis. Irrecuperabilium obliuiſci. Non angi nimis de futuro. Certum tenere, incertum dimittere. Non eſſe contentum ſuâ ſorte. Appetere ea quæ aſſequi non poſſis. Captare varia. Nimis petacem eſſe, ſeu impudentem in petendo, ſeu poſtulando. Grauem eſſe aliis. Faſtidire præſentia. Faſtidire locum præſentem, in quo tibi viuendum erat, ἀψικορίαν vocant Græci. Vagari de loco in locum, atque adeo erronem & planetam eſſe. Nimis angi de futuris. Incerta ſectari dimiſſis certis, atque adeo vana ſibi imaginari; quod Græci vocant μετεωρολογίαν. ὀλιγωρία, ſiue contemptus & neglectus rerum, quas honeſte poſſis habere. Nolle mutare locum incommodum, quem poſſis & debeas. Nolle mutare conditionem deteriorem in meliorem, cum poſſis. Non ſentire ſuos affectus nec deſiderare deſideranda.

Tantum de αὐταρκείᾳ: ſequitur Gnauitas, *quæ & φιλοπονία. & Sedulitas & diligentia.* Alacritas in ſuſcipiendis & aggrediundis laboribus ſibi demandatis, atque adeo amor & ardor id peragendi, quod peragendum eſt. Labores, ſiue officium & vocatio cuiuſque, atque adeo occupationes & negotia. Non terreri à laboribus difficultate, atque adeo difficilia etiam aggredi ſpe fructus certi. Amoliri impedimenta laboris tui, atque adeo auertere eos qui te laborantem impedituri ſunt. Tolerantia laborum ſemel ſuſceptorum, ſiue perſeuerantia in labore. Felicitas & dexteritas in abſoluendo. Celeriter abſoluere & mature; ſiue maturitas in laboribus expediundis. Nolle eſſe extremum in ſuſceptis laboribus cum aliis. Fidelem eſſe in ſua vocatione & officio. Non egredi metas vocationis ſuæ. Non ſuſcipere impoſſibilia viribus. Non laborare circa res non neceſſarias, ſed ſeria tractare & neceſſaria, atque adeo odiſſe nugas vel futiles, vel difficiles. Nugæ difficiles, vt milium terebrare. Nugæ aniles. Certæ rei ſe dare & non ſuſcipere multa ſimul, atque adeo non vagari in ſuis laboribus. Temporis parſimonia. Diligentia in laboribus mentis ſiue ſtudiis. Diligentia in laboribus manuariis. Ignauia. Otium. Temporis iactura & prodigalitas. Difficultate laborum terreri, atque adeo nolle aggredi id quod debebas. Impedimentis facile abſterreri à labore, nempe prauo vel ſodalitio, vel illecebris. Non tantum non aggredi labores ſuos, ſed etiam alios in ſuis laboribus impedire, aliorumque occupationes interturbare. Ignauia in laboribus mentis, ſiue ſtudiis. Ignauia in laboribus manuariis. Labores quidem incipere, ſed non tolerare. Labores ad tempus tolerare, ſed non feliciter perficere. Labores quidem perficere, ſed nimis tarde. Nimia ſatagentia. Nimium ſe macerare laboribus, nec dare aliquid quieti & recreationi. Labores viribus noſtris impares ſuſcipere. Non neceſſarios labores ſuſcipere, atque adeo egredi metas vocationis ſuæ. Nugas difficiles tractare. Nugas aniles tractare. Multa ſimul velle agere, atque adeo multa ſuſcipere, pauca perficere. Neglectis ἔργοις, πάρεργα tractare. Non procedere recte in ſuis laboribus, ſed id facere per plura, quod poſſis per pauca; ſiue, vt Græci dicunt; Καλῶς τρέχεις ἀλλ' ἐκτὸς ὁδοῦ. *Strenue currere, ſed extra viam.* Crebra & nimis diuturna interruptio laborum. Πολυπραγμοσύνη, ſiue immiſcere ſe alienis laboribus & curis. Curioſitas in alienis. Percontari curioſe aliena; deque iis ſollicitum eſſe.

Digitized by Google

Fuit virtus ad nos pertinens generalis: ſequitur ſpecialis; ex quibus prima eſt circa affectum Deſiderii; ac primo quidem deſiderii opum: itaque ſit tit. VIRTVS *opum rectrix: Cuius partes duæ ſunt; prior eſt circa acquiſitionem opum; altera eſt circa vſum & diſpenſationem opum.*

Studium opum legitimum, ſiue acquirere res ad vitam hanc neceſſarias. Acquirere victum. Acquirere amictum. Acquirere pecunias ad victum & amictum neceſſarias. Acquirere pecunias ad decus & honorem neceſſarias. Petere neceſſaria. Accipere neceſſaria. Accipere quæ dantur; ſi nempe honeſte accipi poſſint, atque adeo accipere munera. Accipere ea quæ debentur, atque adeò accipere præmia pro laboribus. Negligere pecuniam in loco, i.e. non accipere interdum, cum nempe virtutis ratio ita poſtulat. Detrectare nonnihil honeſtatis aut moris cauſa, & tamen accipere. Nimiū deſiderium opum, ſiue auaritia & πλεονεξία. Auari. Per fas & nefas corradere opes. Iniuſta, ſeu male parta. Illicita media ad quærendas opes. Sordida & fœda media quærendarum opum. Theſauros ſubterraneos quærere. Alchymiam exercere ex deſiderio opum. Deſiderium opum è luſu atque adeo pro theſauris carbones inuenire. Non accipere quidem quod offertur, ſed ſpe amplioris quod accepturus ſis, & quod captes. Neglectus opum. Neglectus in ratione victus quærendi. Neglectus in ratione amictus quærendi. Neglectus in ratione pecuniæ neceſſariæ quærendæ. Neglectus in ratione quærendæ pecuniæ ad honorem & decus. Non accipere ea quæ honeſte poſſis, vel ex pudore ruſtico, vel aliunde. Non accipere munera oblata, quę poteras accipere. Non accipere mercedem laborum. Abiicere etiam pecunias & opes aut defodere.

Sic fuit virtus rectrix & moderatrix opum, quoad acquiſitionem: ſequitur quoad conſeruationem & diſpenſationē, quæ dicitur Frugalitas & Parſimonia.

Quæſita comparcere, ſiue ſeruare opes, vel à te partas, vel à parentibus relictas. Parſimonīa in rebus ad victum. Parſimonia in veſtitu. Parſimonia circa ornamenta. Parſimonia circa domum, & domeſticam ſupellectilem. Rectè ſubducere rationes ſuas, ſiue reditus ſuos. Parce diſpenſare, ſiue ſumptum facere. Cauere, ne ſumptus ſuperet reditum, atque adeo viuere meſſe tenus propriâ. Impendere pecuniā in res neceſſarias, atq; adeo non eſſe emacem, ſed potius vendacē. Prodigalitas. Prodigere opes ſuas nimio victu. Prodigere opes ſuas veſtitu. Prodigere opes ſuas libidine, & voluptate. Prodigere opes ſuas aleâ & luſu. Non rectè ſubducere rationes redituum ſuorum. Plus quam acquiras aut habeas in reditu conſumere, atque adeo non viuere meſſe tenus propriâ. Auaritia in conſeruando & diſponendo, quâ nō diſpenſantur opes vbi debebant. Auaritia in gradu remiſſiori, ſiue tenacitas. Auaritia in gradu grauiori, ſiue ſordes.

Tantum de virtute moderatrice deſiderii opum: ſequitur virtus moderatrix deſiderium honoris, honoris nempe conſiderati in ſe, ſine reſpectu ad alium.

Nam talis virtus quæ regit honores vel dandos alteri vel accipiendos ab altero, quæ quidem humilitas dicitur & modeſtia, infra videbitur.

Φιλοτιμία, ſiue rectum deſiderium honoris, abſolute ſpectatum, ſine conſideratione gradus maioris vel minoris. Studium honoris generaliſſimè accepti, ſiue ſtudium bonæ famæ. Famam ſuam & exiſtimationem tueri ac defendere. Studium honoris, ſpecialiter accepti, ſiue ſtudium dignitatum. Dignum eſſe honoribus, ſiue dignitatibus, ſiue mereri honores. Studium dignitatis mediocris, quod ſtudium *modeſtia* ambiguo vocabulo dicitur, i.e. virtus circa dignitates non ita magnas. Dignitatibus mediocribus moderate vti. Mediocrem dignitatem & autoritatem tueri. Negligere famam ſuam, nec tangi vlla cupiditate glorię. Timere famæ ſuæ, vbi timendū non eſt. Μικροψυχία, ſiue ἀναξία, puſillanimitas circa honores & dignitates mediocres, atque adeo, non iudicare ſe dignum iis honoribus, quibus dignus es. Ignorare virtutes ſuas, aut diffidere ſibi, vbi diffidēdum non erat. Abnegatio virtutis eius quæ reuera in nobis eſt. Repreſſio virtutis, quæ in nobis eſt, atque adeo non exerere virtutem ad communem vſum & dignitates, promeritas & debitas virtuti acquirendas. Latere velle in obſcuro, vt honorem & dignitatem effugias, & inuidiam declines, das λάθε βιώσας ſpielen. Ambitio, ſiue affectatio famæ & laudis quam non mereris. Famam quærere ex rebus nihili. Famam quærere ex libris & ſcriptis non magni momenti, atque adeo κακοήθως ſcribendi libros, & propagandi famam ſuam. Captare encomia aliorum. Proprias laudes & encomias decantare, atque adeo iactabundum eſſe & arrogantem. Affectare dignitates, quibus plane non ſis dignus, aut quas non es meritus. Prenſare, ſiue colligere vota aliorum ad dignitates adipiſcendas. Emere dignitates. Emere nobilitatis Inſignia. Obreptio, quando nempe aſtu & fraude obrepimus honoribus. μεγαλοπρέπεια, ſiue magnanimitas, ſiue ſtudium magnarum dignitatum. Studium immortalis gloriæ ex magnis vel virtutibus, vel ſcriptis. Magna

gloria in rebus humanis. Magnanimitas in appetendis honoribus magnis, ſuæ virtuti debitis. *μεγαλειότης*, ſiue magni & publici honores. Magni & publici honores in vita. Magni & publici honores in morte. Monumenta magna, tropæa magna, ſtatuæ magnæ. Magnanimitas in magnis honoribus tuendis, ſiue in magna autoritate conſeruanda. Vir magnanimus. Faſtus, ſiue magnorum honorum affectatio, quibus non ſis dignus. Affectatio magnæ famæ, gloriæ, vel honoris per magna ſcelera. Puſillanimitas in magnis honoribus quærendis, quibus tamen dignus ſis. Puſillanimitas in magnis honoribus & magna autoritate conſeruandis, quam ſemel acquiſiuiſti, atque adeo ſuccumbere inuidiæ magnæ, & cupere poſt hæc latere & ſe ſubducere ab honoribus publicis.

Fuerunt virtutes, quæ moderantur affectum deſiderii: ſequitur virtus, quæ moderatur affectum lætitiæ, ſiue affectum circa res ſecundas. Itaque ſit tit. ÆQVABILITAS *animi in rebus ſecundis, & primò quidem æquabilitas generalis, ſiue generaliter ſpectata.*

Dicitur hæc virtus etiam *modeſtia*: nam modeſtiæ vocabulum etiam multas virtutes ſignificat.

Res fortunæ, vel fortuna ſecunda. In fortuna ſecunda conſtituti. Res ſecundas moderare ferre, inque iis non laſciuire. Cautum eſſe & timidum in rebus ſecundis, atque adeo exiſtimare quod facile mutari poſſit in res aduerſas. In rebus ſecundis præparare ſeſe ad res aduerſas ferendas. Luxuries & inſolentia in rebus ſecundis. Luxuries & inſolentia puerilis ac muliebris in rebus ſecundis, Daſerey. Laſciuia grauior, quæ & *petulantia*. Petulantes, Petulci & laſciui. Laſciuia petulca, prodita motu corporis; vt ſunt ſaltationes laſciuæ & choreæ. Laſciuia prodita voce, vt ſunt clamores & iubila laſciua. Petulantia grauiſſima, quæ feritati proxima eſt & coniuncta cum aliorum inſultatione, quæ & *Inſolentia* & *ὕβρις* dicitur. Petulantia & inſolentia coniuncta cum aliorum noxa & damno. Squalor inconcinnus in rebus ſecundis, & ſaxea durities quâ res ſecundæ non ſentiuntur, neque in iis animum vlla ratione exhilaramus.

Æquabilitas particularis, nempe in lætitia non continua ac diuturna, ſed temporaria, quæ poteſt dici *Æquabilitas in exhilaratione animi*. Inæquabilitas & laſciuia in animi temporaria exhilaratione. Stupor in exhilaratione temporaria, quando quis habens occaſionem exhilarandi animi, eam negligit ſine cauſa, aut in ea ſine cauſa triſtis eſt.

Tantum de virtute moderatrice lætitiam: ſequitur moderatrix triſtitiæ, mœroris & doloris; quæ vel in genere ſpectatur vel in ſpecie. Itaque ſit titulus TOLERANTIA, *ſiue patientia generalis.*

Mala, ſeu res triſtis, ſeu fortuna aduerſa. Triſtitia, dolor, mœror. Triſtitia recondita. Sich innerlich freſſen. Lætitia ſimulata, vbi quis intus triſtis eſt, & tamen lætum ſe profitetur. Triſtitia externis ſignis prædita. Vultus acerbitas & nubila frontis, ſiue *frons caperata*. Inclinatio capitis in brachium, quatenus eſt ſignũ triſtitiæ. Gemitus. Lacrymæ, ſiue fletus. Fletus vehementior, ſiue eiulatus & lamentationes.

Tolerantia generalis primaria, quæ eſt in malis promeritis manifeſto delicto.

Pati & ferre humana, atque adeo in malis habere animum compoſitum. Dolere quidem in malis; ſed moderate. Mala ſua premere cum neceſſe eſt, & non reuelare cuiuis. Mala ſua cum opus eſt detegere, & aperire. De malis ſuis conqueri; ſiue *querela*. Malis ſuis remedia quærere. Aliorum opem in malis, ſeu aduerſis rebus implorare. Aliorum opem & auxilium admittere, eoque recte vti. Mala noſtra quantum in nobis eſt minuere, nec ex minoribus malis facere grauiora, atq; adeo non duplicare aut geminare ſibi mala, auß vbel nicht ärger machen. Non attrahere ſibi mala, non eſſe fabrum fortunæ aduerſæ. Fiducia in rebus aduerſis & bona ſpes. Conſolationes Ethicæ in rebus aduerſis. Seipſum conſolari in rebus aduerſis. Aliorum conſolationes audire & admittere in rebus aduerſis. Puſillanimitas in rebus aduerſis. Impatientia, atque adeo indecenter ſeſe gerere in rebus aduerſis. Calcitrare aduerſus ſtimulum, atque adeo iraſci in rebus aduerſis illis, in quibus non debebas. e.g. *Deo & naturæ, & hominibus, qui tuorũ malorum cauſa non ſunt*. Muliebres querelæ, ſiue nimium & abiectè queritate. Muliebres lacrymæ & fletus. Muliebres eiulatus & lamentationes. Nullam fiduciam & ſpem retinere in aduerſis, atque adeo *Deſperatio*. Repudiatio omnis conſolationis in rebus aduerſis. Stupor in rebus aduerſis. Securitas in malis. Fingere ſibiipſi ſpes bonas, quales homines Græci vocant *εὐέλπιδας*, q. d. homines bonæ ſpei, ſine fundamento tamen. Mala temerarie ſibi attrahere, & ſuæ fortunæ fabrum eſſe. Nolle quærere medelam malorũ. Contemnere aliorum auxilia, eaque non implorare. Aliorum auxilia ab iis oblata, repudiare. Mala quæ mitigare poſſis, grauiora reddere & duplicare.

Tantum de Tolerantia ſiue Patientia in genere: ſequitur Tolerantia ſpecialis. Itaque ſit titul. TOLERANTIA *ſpecialis in malis noſtris ſiue propriis.*

Impatientia in malis noſtris propriis.

Digitized by Google

Tolerantia in malis propriis primis, ſiue mediis, quæ nondum ſunt extremum malum.

Tolerantia in malis primis naturalibus.

Tolerantia in malis naturalibus internis. SVBSIT. Tolerantia in nuditate. Impatientia nuditatis. Tolerantia famis. Impatientia famis. Tolerantia ſitis. Impatientia ſitis. Tolerantia æſtus, ſiue caloris. Impatientia æſtus. Tolerantia frigoris. Impatientia frigoris. Tolerantia in defectibus naturalibus; & quidem primo in cæcitate. Impatientia cæcitatis. Tolerantia in ſurditate. Impatientia ſurditatis. Tolerantia in naturali defectu ſermonis, ſiue loquelæ. Impatientia in defectu loquelæ; vbi de *Mutis* titulus. Tolerantia in mutilatione naturali membrorum; vt ſi quis oculo vel manu, vel aure, vel pede è natiuitate careat. Impatientia in tali mutilatione. Tolerantia in morbis. Tolerantia in doloribus partus. Impatientia in doloribus partus.

Tolerantia in malis naturalium cauſarum externis. Tolerantia pluuiæ & imbrium. Impatientia in pluuiis & imbribus & aliis tempeſtatibus. Tolerantia in inundationibus. Impatientia in inundationibus. Tolerantia in ferendo naufragio. Impatientia in naufragiis. Tolerantia in ferendis incendiis. Impatientia in incendiis. Tolerantia in malis, quæ accidunt ab animalibus brutis. Impatientia in malis, quæ accidunt à brutis. Tolerantia in venenis. Impatientia in venenis.

Sic de Tolerantia malorum ex cauſis naturalibus: ſequitur ex cauſis non naturalibus: & primo quidem Tolerantia in malis oppoſitis honori; vt ſit tit. TOLERANTIA *ignominiæ.* Tolerantia conuitiorum & obtrectationis. Impatientia in ſuſtinendis obtrectationibus. Tolerantia in ferenda repulſa. Impatientia repulſæ. Tolerantia in genere humili & abiecto, ſiue ignobili. Impatientia in genere humili.

Tolerantia in malis oppoſitis libertati: Tolerantia captiuitatis. Tolerantia exilii & priuationis patriæ, ac à domeſticis ſuis ſeparationis. Impatientia exilii, aut abſentiæ à patria & domeſticis ſuis.

Tolerantia in malis oppoſitis bonis fortunæ atque adeo potentiæ. Tolerãtia paupertatis. Impatientia in paupertate. Tolerantia rapinæ & expilationis, ſiue qualiſcunq; amiſſionis bonorum, quam auertere non poſſis. Impatientia in amiſſione bonorũ. Tolerantia imbecillitatis & impotentiæ, atque adeo deſertionis ac defectus amicorum. Impatientia impotentiæ, &c. Tolerantia inuidiæ, inimicitiæ & odii. Impatientia in inuidia, &c.

Tolerantia in malis Oeconomicis. Impatientia in malis Oeconomicis. Tolerantia in coniugio infauſto. Impatientia in coniugio infauſto. Tolerantia in degenere prole. Impatientia in prole degenere. Tolerantia circa famulitium malum. Impatientia circa famulitium malum.

Tolerantia in malis ortis ex cauſis politicis. Tolerantia mali principis. Impatientia mali principis. Tolerantia malè conſtituti ſtatus Reip. Impatientia malè conſtituti ſtatus. Tolerantia mali vicini, & conciuis. Impatientia mali vicini & conciuis.

Sic de Tolerantia malorum noſtrorum non extremorum: ſequitur Tolerantia mali noſtri extremi, nempe mortis.

Tolerantia mortis naturalis, atque adeo patientia in agone. Impatientia in agone circa mortem. Tolerantia mortis violentæ, quam innocẽter, vt pro veritate, ſiue bona cauſa ſuſtinemus. Impatientia mortis violentæ, pro bona cauſa. Tolerantia iacturæ ſepulcri. Impatientia iacturæ ſepulcri.

Tolerantia in malis alienis, primò quidem in malis non extremis. Tolerantia in malis ſanguine coniunctorum, vt parentum, liberorum, ſororum, fratrum, aliorumque cognatorum. Impatientia in malis ſanguine iunctorum. Tolerantia in malis affinium. Impatientia in malis affinium. Tolerantia in malis familiarium & amicorum. Tolerantia in malo extremo, ſiue morte parentum, & eorum qui parentum loco ſunt. Impatientia in morte parentum, & eorum qui horũ loco ſunt. Tolerantia in morte liberorum, & eorum qui ſunt loco liberorũ. Tolerantia in morte fratrum & ſororum. Impatientia in morte fratrum & ſororum. Tolerantia in morte cognatorum aliorum, ſimulq; adeo affinium, quos dileximus. Impatientia in morte eorum.

Ad titulum Impatientiæ in morte, plane pertinet titulus, *de nimio luctu in morte, & ſepultura noſtrorum*, ſimulque etiam titulus *de ſimulato luctu circa mortem noſtrorum.*

Tolerantia in morte familiarium & amicorum quos dileximus. Impatientia in morte familiarium & amicorum.

Eſt & Tolerantia alia mali priuati, alia publici; ſed Tolerantia mali priuati, non habet diſtinctos titulos à ſuperioribus. Itaque ſit hic titulus, TOLERANTIA *malorum publicorum.*

Impatientia in malis publicis, velle ſe ſubducere in malis publicis. Tolerantia famis publicæ, & caritatis annonæ. Tolerantia terræmotuum publicorum, atque adeo etiam inundationum publicarum. Impatientia in hiſce.

Tolerantia

Digitized by Google

Tolerantia in incendiis publicis. Impatientia in hiſce. Tolerantia in peſte & contagiis publicis. Non deſerere vocationem ſuam propter contagia publica. Si autem vocatione non obſtringaris, tempeſtiue ſibi conſulere in hoc malo publico. Impatientia peſtis & contagii publici. Fugere tempore peſtis & deſerere vocationem. Tolerantia bellorum & vaſtationum publicarum. Impatientia horum.

Tantum de Tolerantia primaria: ſequitur Tolerantia ſecundaria in malis promeritis, ſiue in pœnis.

Tolerantia pœnæ verbalis, ſeu reprehenſionis acerbioris. Impatientia reprehenſionis & obiurgationis promeritæ. Tolerantia pœnæ realis, non capitalis tamen. Tolerantia captiuitatis promeritæ. Impatientia captiuitatis promeritæ. Effractio corporis & fuga ex carcere. Tolerantia ignominiæ, proſcriptionis, exilii promeriti. Impatientia in hiſce. Tolerantia pœnæ capitalis, atque adeo animoſitas in ferendis ſuppliciis promeritis. Impatientia in ſuppliciis tolerandis.

Fuit virtus moderatrix triſtitiæ & mœroris in malo præſenti: ſequitur virtus moderatrix metus in malo imminenti, quæ dicitur, Magnanimitas, Animoſitas & Fortitudo. *Sit ergo titulus*: FORTITVDO *in genere conſiderata.*

Viri fortes. Fœminæ fortes. Metus in adeundo periculo. Metus in ſuſtinendo periculo. Formidabilia, ſiue res formidabiles. Fortitudo in propulſandis malis. Fortitudo in defenſione ſui. Fortitudo in defenſione aliorum. Fortitudo in adeundis periculis. Fortitudo in adeundis periculis non extremis. Fortitudo in adeundo periculo extremo Mortis, vbi ſimul Contemptus mortis. Audacia & temeritas. Audaces viri. Audaces fœminæ. Præcipitare ſeipſum in pericula, tam extrema quam non extrema. Ῥιψοκίνδυνοι, homines qui ſe ipſos temerarie in pericula coniecerunt, Waghälſe. Securitas in periculis imminentibus, ſeu non proſpicere pericula imminentia, nec ea curare, atque adeo ſecuritas nimia circa periculum mortis. Timiditas & puſillanimitas. Timiditas in periculis propulſandis, atque adeo in defenſione ſui & aliorum. Timiditas & puſillanimitas in periculis adeundis. Timiditas circa mala non extrema. Timiditas circa periculum extremum mortis.

Hactenus fortitudo generaliter accepta: ſequitur fortitudo ſpecialiter accepta, circa pugnam nempe.

Pugna. Oppugnator, ſiue ἀνταγωνιστής. Pugna extra bellum. Pugna cum homine. Pugnare manu ſolâ, ſine armis. Pugnare dentibus, pedibus & aliis membris, quæ non ſunt manus. Pugna quæ fit armis. Pugnare defenſiuè ſiue fortitudo defenſatrix ſui in pugna. Inculpata tutela ſui. Fortitudo offenſiua antagoniſtæ, ſiue quâ alium lædimus tanquam hoſtẽ noſtrum. Pugna vnius cum vno, ſeu duelium & μονομαχία. Pugna vnius cum pluribus, aut plurium inter ſeſe. Audaciã & temeritas pugnãdi. Temere prouocare & irritare antagoniſtam. Temerariæ pugnæ duella & monomachiæ. Temerariè ſe vnum opponere pluribus. Alium lædere ſub ſpecie inculpatę tutelæ, atq; adeo excedere metas inculpatæ defenſionis. Aduerſarium fraudulenter, nempe à tergo, vel aliis modis illegitimis lædere, vi veneno, aut aliis illicitis mediis. Timiditas in adeunda pugna. Timiditas in ſui defenſione. Timiditas in lædendo aduerſario, quem iuſte lædere potes. Fortitudo pugnæ cum beſtiis. Pugna hominis cum beſtiis. Pugna hominis cum beſtiis priuata. Audacia in adeundis beſtiis & lædendis. Temeritas in beſtiis lædendis quæ te non lædunt. Timiditas in propulſandis & lædendis beſtiis. Fortitudo in pugna pro Republica ſiue fortitudo bellica. Fortitudo bellica perfectè dicta. Adire mortem pro patria. Fortiter ſuſtinere mortem pro patria, atque adeo ſuccumbere fortiter pro patria. Euadere mortem, quã pro patria adieras. Fortitudo in adeunda morte non pro patria, ſed pro exteris. Fortiter ſuccumbere pro exteris. Mortem pro exteris fortiter aditam euadere. Audacia bellica. Timiditas bellica. Fortitudo bellica imperfecte dicta. Fortitudo ciuica. Fortitudo experimentalis. Fortitudo iracunda. Fortitudo fiduciaria, atq; adeo niti tantum alienis auxiliis in bello. Fortitudo mercenaria, atque adeo mercede militare & mercenarius miles.

CLASSIS V.
LOCORVM ETHICORVM

Continens titulos virtutum ad alios relatarum.

F*Vit Virtus nos ipſos tantum perficiens: ſequitur Virtus ad alium relata. Itaque ſit titulus*: VIRTVS *erga alios.*

Suum cuique dare, ſiue rectè ſe gerere erga alios. Vitium erga alios. Male ſe gerere erga alios.

Virtus ſpectata erga alios, eſt vel generalior, vel ſpecialior. Generalior, eſt iuſtitia particularis; itaque ſit tit. IVSTITIA *particularis.*

Proportio quæ ſeruatur in iuſtitia particulari Iuſtum eſſe & ſuum cuique tribuere. Iniuſtitia particularis. Diſproportio in iniuſtitia

particulari. Iniuſtum eſſe & aliis ſuum non tribuere. Iuſtitia particularis diſtributiua iuris publici.

Ius publicum. hic vocatur, quod non pendet à pactis & conuentionibus priuatis contrahentium; ſed, quod non poteſt mutari priuatorum conuentionibus.

Iuſtitia diſtributiua eſt vel fida, vel correctiua. Sit igitur tit. IVSTITIA *diſtributiua fida. Iuſtitia diſtributiua fida erga viuos. Iuſtitia fida erga viuos conſideratur vel reſpectu eius, quod tribuendum eſt, vel reſpectu eius cui tribuendum eſt aliquid: Reſpectu eius quod tribuendum eſt, iuſtitia fida primò eſt erga vitam proximi. Sit ergo tit.* IVSTITIA *fida erga vitam aliorum.*

Vitam aliorum iuuare, ſiue auxilia aliis ferre vt poſſint viuere. Præmonere alios aduerſus vitæ pericula. Auertere reipſa ab aliis vitæ pericula, & abſtrahere alios à periculis, ſi in ea ruant: Quò pertinet SVBTIT. *Cæcis viam monſtrare ne labantur:* item; *Erranti viam monſtrare ne incidat in pericula errore viæ.* Succurrere aliis cõſtitutis in vitæ periculo. Defendere alios ab iis, qui vitæ periculum intentant. Valetudini aliorum ſeruire, nec dare occaſionem inualetudini, vulneribus, & morbis. Lædere aliorum vitam. Vulnerare alios. Aliis dare occaſionem morborum & inualetudinis. Venenum aliis propinare. Non præmonere alios in periculis valetudinis vel vitæ. Non ſuccurrere aliis in periculo. Deſerere, ſeu non defendere alios in vitæ periculo. Homicidium. Homicidium ſolitarium & priuatũ. Homicidia promiſcua & publica, ſiue laniena. Homicidia aperta. Homicidia occulta. Homicidia ex inſidiis. Plagium, ſiue furari & ſuppilari homines, atque aliô abducere. Iuſtitia erga vitam & valetudinem alterius ſimulata; quæ tamen reuera eſt iniuſtitia. Nimis ſcrupuloſum eſſe in defendenda aliorum vita & valetudine, ita vt tuæ noceas, cum nocere non obligeris.

Iuſtitia fida in bonis animi.

Communicare aliis libenter bona animi. Erudire eos, quos iure debeas. Admonere eos ad virtutem, quos iure debeas. Exemplo prælucere iis, quibus debes. Errantibus in bonis animi viam monſtrare. Communicare libenter omnia adminicula eruditionis & virtutis iis, quibus obligaris. Iniuſtitia & iniquitas in bonis animi tribuendis. Non erudire quos debeas. Non admonere ad virtutem quos debeas. Exemplo malo præire aliis. Errantibus in bonis animi non monſtrare viam. Non ſuppeditare adminicula ad eruditionem vel virtutem, quibus debeas. Nimis ſcrupuloſum eſſe in bonis animi communicandis, & in aliis abſtrahendis à malis animi.

Iuſtitia fida erga libertatem vitæ.

Libertatem eorum, quorum debeas tueri. Eos quos debeas & poſſis ex ſeruitute & captiuitate liberare; atque adeo redimere ex captiuitate Turcica, vel alia ſimili. Eos quos poſſis & debeas in ſua libertate conſeruare. Aliorum libertatem non tueri. Non liberare eos, quos debeas ex ſeruitute & captiuitate. Præter ius & fas alios in ſeruitutem redigere. Præter ius & fas alios capere, ſiue in captiuitatem coniicere. Eos ex ſeruitute liberare, quos non debebas. Nimis ſcrupuloſum eſſe in aliorum libertate tuenda, inque aliis ex ſeruitute vel captiuitate redimendis.

Iuſtitia fida circa honorem alterius; & ea quidem primo abſolute conſiderata.

Probare probanda, & improbare improbãda. Æſtimare aliorum perſonas & facta, ita vt decet. Famam aliorum non lædere, ſed potius iuuare. Famam præſentium tueri, ſi opus ſit. Famam abſentium tueri. Laudare alios & encomiis afficere, cum decet. Commendare alios aliis. Honorare alios cultu & honore animi interno. Honorare alios externè. Honorare alios honorificis teſtimoniis, ſeu dare teſtimonium honorificum. Inſignibus certis & imaginibus alios honorare. Muneribus honorare alios, ſeu munera honoraria. Externis ritibus & geſtibus honorare alios. Prolapſu in terram honorare alios: vbi de ritibus externis apud Orientales populos, & apud alias barbaras gentes. Salutando honorare. Aſſurgendo honorare. Deducendo honorare. Flexione genuum honorare alios. Oſculo manuum honorare alios. Oſculo pedum honorare alios. Detectione capitis honorare alios. Verba honoris non ſimulata tamen; ſiue honorifici tituli, & inuitationes honorificæ. Accuſationes honorificæ. Honorare alios intereundum, atque adeo latus dextrum alicui concedere, vel medium locum pro diuerſitate gentium. Iniuſtitia erga honorem alterius. Non probare probanda. Non æſtimare alios. Famæ aliorum nocere. Famæ aliorum clam nocere. Rodere alios. Pungere alios, vbi Punctiones & Roſiones. Rodere præſentem. Rodere abſentem. Calumnia. Detrahere debitam laudem & encomia aliis. Non velle aut poſſe audire aliorum encomia. Eum quem debebas apud alios commendare, deformare. Nolle dare teſtimonium honorificum, quibus debebas. Nolle mittere munera honoraria, quibus debebas. Nolle honore afficere eos quos debebas. Geſtibus nõ honorare eos, quos debebas, vt flexione genuum, &c. Verbis & titulis honorificis

Digitized by Google

norificis non honorare, quibus debebas. Ignominioſo geſtu, etiam deformare eum, quem honorare debebas: einem ein narren bohren: ciconiam pinſere alicui. Nominibus ſiniſtris & deformibus titulis aliquem dedecorare. Virulenta verba & ſarcaſmi, quibus aliquis dedecoratur. Simulare alicuius famam tueri, cum reuera lædas. Simulatam laudem alicui dare cum reuera vituperes. Simulatum honorem alicui exhibere, cum reuera dehoneſtes. Nimium aliquem laudare. Nimium alios cõmendare aliis. Nimiũ honorẽ alicui exhibere.

Iuſtitia honoris conſiderata reſtricte, pro æquitate circumſtantiarum, quæ vocatur Æquitas in iudicando & æſtimando alios.

Communẽ hominum imbecillitatẽ agnoſcere, & iſti imbecillitati multum condonare. Mala in bonam partem interpretari, reſpiciendo ad communem imbecillitatem hominum, quæ virtus vocatur *æquitas interpretationis.* Verba aliorum in bonam partẽ interpretari. Facta aliorum in bonam partem interpretari. Comparare bona aliorũ, ſiue virtutes cum vitiis eorum, & bona, ſeu virtutes foras vertere, das gute auſſen kehren: δεῖ τῶν αἰδεόντων ἔξω τρέπειν τὰ καλὰ. Occultare aliorũ vitia, næuos & mala, vbi & quando, & quamdiu occultanda ſunt. Non exaggerare nimis aliorum vitia. Reprehendere alios, ſi quando aliorum vitia nimis exaggerant. Æquitas in iudicando de alterius perſona. Æquitas in iudicando de alterius factis. Æquitas in iudicando de alterius ſorte, atque adeo de euentu, quem hic vel ille ſubiit. Communem hominum imbecillitatẽ non agnoſcere, nec ei aliquid condonare velle. In ſiniſtram partẽ aliquid interpretari. Mala & vitia alicuius exaggerare; virtutes autem & bona ac commoda, quæ ab aliis accipimus, vel ſupprimere, vel extenuare. Iniquè iudicare de aliorum perſonis. Iniquè iudicare de aliorum verbis. Iniquè iudicare de aliorum factis. Iniquè iudicare de aliorũ ſorte & euentũ, ſiue ex euẽtu velle iudicare de aliorum animo & factis, & conſiliis, atque adeo non cogitare illud; qui cõſilium dat præſtare fidẽ, non euẽtum debet. Nimiũ indulgere cõmuni imbecillitati. Nimis exaggerare parua quędã bona, quæ in aliquo ſunt, & interim diſſimulare magna vitia. Nimis molliter & timidè iudicare de aliorum perſona. Nimis molliter & timidè iudicare de aliorum verbis. Nimis molliter & timide iudicare de euentu aliorum.

Sequitur iuſtitia ſuum cuique tribuens, reſpectu debitæ voluptatis, ſeu iucunditatis.

Non defraudare aliquem ſuâ debitâ voluptate & iucunditate. Non impedire eas voluptates, quæ aliis concedendæ ſunt. Defraudare aliquem ſuo genio, & ſuis voluptatibus debitis. Impedire voluptates alterius. Voluptatibus alterius ſic inuidere, vt iis admiſceas aliquid amarulenti. Nimium voluptatis aliis concedere.

Sequitur iuſtitia ſuum cuique tribuens in bonis fortunæ.

Dare & præſtare id quod debeas in bonis fortunæ. Soluere debita. Adiuuare aliquem in bonis fortunæ accipiendis. Iuuare aliquem in recuperandis bonis, quæ amiſit. Ea quæ forte inueniſti reddere. Non impedire alterius cõmoda. Damnum auertere ab alterius poſſeſſionibus. Meliores & auctiores facere alterius fortunas. Defraudare aliquem & decipere in bonis fortunæ. Non iuuare aliquem in bonis fortunæ, vel acquirendis, vel ſi amiſſa ſint recuperandis, atque adeo inuenta non reddere, cum ſcias cuius ſint. Non promouere alterius commoda cum poſſis. Non auertere damna à poſſeſſionibus alterius, cum poſſis. Damnum inferre aliis. Corrumpere aliorum poſſeſſiones & deteriores facere. Debitum aliis non ſoluere. Furari, Furta, Fures Clam furari. Aperte rapere & prædari. Perdere alicuius poſſeſſiones igni, aquâ, &c. Nimium tribuere aliis in bonis fortunæ.

Sic fuit iuſtitia conſiderata reſpectu eorum quæ tribuenda ſunt alteri. ſequitur iuſtitia conſiderata reſpectu eorum; quibus aliquid tribuendum eſt; Et hi æſtimantur vel ex gradu, vel ex coniunctione: Quoad gradum, tribuit iuſtitia aliquid vel ſuperioribus, vel paribus, vel inferioribus: Superiores ſunt vel dignitate, vel meritis, ſiue beneficiis. Itaque ſit titulus IVSTITIA *erga ſuperiores dignitate.*

Cedere ſuperiori. Magnifacere ſuperiorẽ. Obſeruare & colere ſuperiorem, ſiue obſeruantia, reuerentia, cultus. Obſeruantia & reuerentia in animo, ſiue affectu. Obſeruantia, ſiue cultus in affectu. Colere & honorare ſuperiorem verbis. Colere & obſeruare ſuperiorem, geſtu. Colere & honorare ſuperiorem monumentis; vt dedicatione librorum, & ſimilibus. Colere ſuperiorem officiis. Obſequium, obedientia. Reuerenter accipere ſuperiorum admonitiones. Satisfacere expectationi ſuperiorum de nobis conceptæ. Reuerenter audire & accipere mandata ſuperiorum. Excuſare ſe reuerenter, ſi non poſſis mandatis ſuperiorum ſatisfacere. Mandata prompte & fideliter exequi. Nolle agnoſcere ſuperiorem. Nolle cedere ſuperiori. Superiorem deſpicere. Superiorẽ non colere affectu, atque adeo

Digitized by Google

Irreuerentia erga ſuperiores. Irreuerentia teſtata verbis. Irreuerentia teſtata geſtibus. Irreuerentia teſtata monumentis & ſcriptis. Irreuerentia teſtata factis. Officia nulla præſtare velle ſuperioribus. Inobedientia aduerſus ſuperiores. Nolle audire admonitiones ſuperiorũ. Nolle admonitionib. parêre. Fruſtrari ſpẽ & expectationem ſuperiorũ. Ad mandata ſuperiorũ non attendere. Mandata ſuperiorum nõ exequi. Mãdata ſuperiorũ ſiniſtre exequi. Mãdata ſuperiorũ nimis tarde exequi, & cum quadam tergiuerſatione; vbi poteſt ſubtir. eſſe TERGIVERSATIO. Nimium ſe ſubiicere ſuperioribus. Nimis ſeruiliter ſe mancipare ſuperioribus. Simulata reuerẽtia. Simulata obedientia. ὀφθαλμοδουλία, cum quis oculis ſuperiorum tantum ſeruit. Suſcipere in ſe mandata, quibus non ſis ſufficiens.

Sic de iuſtitia erga ſuperiores dignitate: ſequitur iuſtitia erga ſuperiores beneficiis & meritis, quæ dicitur GRATITVDO.

Beneficium & merita. Beneficium petere. Beneficiũ accipere. Agnitio beneficii. Memoria beneficii. Celebratio beneficii. Verbis gratias agere. Gratias repẽdere factis, ſiue vicem reddere. Gratitudo erga bene meritos publice. Gratitudo erga bene meritos priuatim. Ingratitudo. Ingratus homo. Beneficium non agnoſcere. Beneficia diſſimulare. Beneficia extenuare. Beneficiorum obliuiſci. Verbis non agere gratias. Non rependere gratias, ſiue vicem. Malam & ſerpentinam rependere vicem. Gratum velle eſſe erga eos, à quibus nullum beneficium acceperis. Prædicare beneficia, quæ non acceperis. Nimium exaggerare parua beneficia. Nimis petacẽ eſſe, atque impudentem, ſeu importunum in beneficiis petendis. Iniqua poſtulatio, ſeu petitio.

Sequitur Iuſtitia erga pares; quæ iterum eſt vel erga pares tempore, vel ſtatu, vel meritis. Itaque ſit tit. IVSTITIA *erga pares ætate & cognatione.*

Paribus ætate tribuere quod conuenit. Detrahere paribus ætate quod conueniebat, atq; adeo cum æqualibus ætate inæqualiter viuere velle. Paribus cognatione tribuere quod æquum eſt, vt fratribus, ſororibus. Paribus cognatione non tribuere quod æquum eſt.

Iuſtitia erga pares ſtatu. Cũ paribus ſtatu pariter agere, atq; adeo tribuere illis quod conuenit. Paribus ſtatu ſeſe anteferre, atque adeo cum par ſis & æqualis, ſuperioritatem tamen affectare. Paribus ſtatu ſeſe nimis ſubiicere, & cum æqualis ſis, æqualitatem iſtam non tueri.

Iuſtitia erga pares meritis.

Agnoſcere paritatem meritorum, atque adeo non plus tribuere ſuis meritis quã decet. Aliorũ merita paria pariter æſtimare. Aliorũ merita paria impariter æſtimare; atque adeo quęrere maiorẽ compenſationẽ quam decet.

Iuſtitia erga inferiores, & quidem erga inferiores ætate & cognatione.

Tribuere ætati inferiori quod decet. Inferioribus ætate ſuccurrere. Inferioribus ætate, ſiue imbecillitati ætatis ignoſcere. Non exigere plus ab ætate inferiori, quã præſtare poſſit. Inferioribus ætate prælucere exemplis cũ ſis ætate ſuperior, atq; adeo ſalutares admonitiones inferiori ætati ſubiicere. Inferioris ætatis nullã rationẽ habere, eamq; nec iuuare reipſa, neq; exẽplis. Nihil velle ętati infirmiori indulgere, atque adeo requirere vt ſtatim ſint ſenes, qui pueri adhuc ſunt; aut, vt ſenes ſint robuſti iuuenes. Oblectare ſe næuis infirmioris ætatis. Inferiori ætati offendiculum præbere. Inferiori ætati nimium tribuere.

Iuſtitia erga inferiores cognatione.

Inferioribus cognatione tribuere quod decet. Inferioribus cognatione ſuccurrere, iiſq; bono exemplo prælucere. Inferiorib. cognatione non tribuere quod decet. Inferioribus cognatione nimis tribuere quam decet.

Iuſtitia erga inferiores viribus.

Parcere imbecillibus. Non oppugnare inermes. Non opprimere impotentes. Non deſpicere impotentiores. Iuuare imbecillos, ſiue auxilium illis ferre; vbi de auxilio imbecillibus lato. Viribus inferiores, ſiue impotẽtes opprimere. Inermes oppugnare. Deſpicere inferiores, & nullo loco habere. Nõ iuuare impotẽtes & auxilii indigos. Nimiũ tribuere impotẽtib.

Iuſtitia erga inferiores ſtatu. Statu inferioribus ſe accõmodare: ſtatu inferiores ornare & iuuare. Erga ſtatu inferiores ita ſe gerere, vt intelligant ſe quidẽ haberi pro inferioribus, ſed tamẽ non cõtemni plane. Statu inferiores penitus deſpicere. Statu inferioribus planè ſe nõ accõmodare. Statu inferiores dedecorare & dehoneſtare. Statu inferiores deſerere. Statu inferiores opprimere. Statu inferioribus nimium tribuere, & ſe illis nimiũ accõmodare.

Iuſtitia erga inferiores meritis.

Superior meritis, ſiue patronus. Inferior meritis, ſiue cliens. Recte ſe gerere erga eos, qui meritis & beneficiis ſunt inferiores. Non exprobrare aliis merita & beneficia data. Non vrgere alios ad compenſanda beneficia. Contentum eſſe animo & voluntate cum factis beneficia recõpenſari non poſſunt. Cõpenſationem paruã libenter acceptare, atque adeo nõ contemnere munuſcula oblata ab inferioribus, qui

bus,qui

Digitized by Google

bus, qui plurimum debent. Exprobrare aliis ſua merita & beneficia. Non contentum eſſe qualicunque compenſatione, & plus requirere quam poſſit præſtare. Animum compenſantis non reſpicere, nec contentum eſſe gratiarum actione, quæ fit verbis. Parua munera & compenſationes cum faſtidio & cõtemptu accipere. Nimium eſſe in negligẽda compenſatione, & non accipere vllam compenſationem, cum poſſes tamen & deberes accipere aliquam.

Hactenus fuit Iuſtitia diſtributiua generalis: reſtat Iuſtitia diſtributiua ſpecialis; quæ eſt circa pœnas & præmia, eaq; eſt vel actiua, vel paſſiua, quæ diſpenſatio præmiorum & pœnarum, dicitur diſciplina; *itaque titulus hic generalis eſſe poteſt*, DISCIPLINA. *Iuſtitia diſtributiua actiua præmiorum.*

Præmia virtutis. Homo dignus præmiis, ſiue benemeritus. Homo dignus pręmiis publicis, atq; adeo præmia publica. Præmia priuata, & homo iis dignus. Præmia dare verbis. Laudare laudanda. Præmia dare reipſa. Homo innocens, ſiue innocentes. Innocentiæ ſuccurrere. Innocentiæ teſtimonium dare.

Iuſtitia diſtributiua actiua pœnarum.

Pœna vitiorum. Nocentes & pœna digni. Punire verbis, atque adeo reprehendere, obiurgare, increpare. Punire reipſa. Punire priuatione boni, vt famæ, &c. Punire inflictione mali. Leniter punire. Grauiter punire. Seueritas, ἐπιείκεια, atque adeo non exigere ſemper ſtrictum ius in pœnis irrogandis. Non reſpicere perſonas. Non iudicare ex gratia. Non acceptare aut reſpicere munera. Punire innocentes. Homines innocentes puniri. Nimium leniter punire. Nimium grauiter punire, atq; adeo ſummus rigor iuris, ſeu ius nimis ſtrictũ. Abſoluere nocentes, προσωποληψία, ſiue reſpectus perſonarũ in decernendis pœnis. Ex gratia & fauore alicui non decernere cũ debebas, atque adeo inflectere ius ad fauorem. δωροφαγία, ſiue acceptatio munerum, atque adeo non punire aliquẽ propter accepta munera. Conniuere nimium ad alterius peccata, atq; adeo nimia conniuentia & indulgentia ac laxatio diſciplinæ.

Tantum de iuſtitia diſtributiua ſpeciali actiua: ſequitur iuſtitia diſtributiua ſpecialis paſſiua; quæ & ipſa eſt vel præmiorum, vel pœnarum, vt ſit tit. IVSTITIA *paſſiua præmiorum.*

Pręmia virtutis ſuæ quęrere & exigere. Pręmia virtutis ſuæ acceptare. Negligere præmia virtutis ſuæ, & non quærere nec acceptare oblata. Nimia præmia virtutis quærere.

Iuſtitia paſſiua pœnarum.

Agnoſcere culpam. Deprecari culpã. Confiteri ſuã culpam & peccata. Subiicere ſe diſciplinæ & pœnæ. Nolle agnoſcere peccata. Peccata defendere. Peccata tegere vbi tegenda non ſunt, atque adeo nolle penitus confiteri peccata. Velle palliare & pingere peccata ſua, vel palliatio culpæ. Nolle confiteri culpam. Nolle ſe ſubiicere pœnæ. Iraſci punienti, atque etiam vlciſci velle.

Hucuſque fuit iuſtitia diſtributiua erga viuos: ſequitur diſtributiua erga non viuos; qui ſunt etiam vel iam mortui, vel nondum viui, ſeu victuri aliquando. Et iam mortui iterum ſunt, vel iamdudum mortui, vel recèns mortui. Dudum mortui vocantur maiores. *Itaque ſit tit.* IVSTITIA *erga maiores.*

Iuſtitia erga maiores remotioris ætatis. Iniuſtitia erga maiores primorum ſeculorum mundi.

Iuſtitia erga maiores propioris ætatis. Iniuſtitia erga maiores propioris ætatis.

Iuſtitia erga maiores cognatione, nobis iũctos. Iniuſtitia erga maiores cognatione nobis iunctos.

Iuſtitia erga maiores nullâ cognatione nobis iunctos, ſed tamen amicitia iunctos. Iniuſtitia erga maiores amicitia iunctos.

Iniuſtitia erga recèns mortuos, vel etiam recèns morientes.

Tribuere moribundis, quod ipſis tribuendum eſt, Iniuſtitia & iniquitas erga homines moribundos, ſiue agonizãtes, atque adeo turbare eos. Iuſtitia erga eos qui iam expirarunt, atque adeo iuſtitia tribuens cadaueribus mortuorum quod tribuendum eſt. Cadauera humana. Iuſtitia tribuens ſuum cuique in ſepulturæ ritus. Ritus ſepulturarum. Sepulturæ, ſiue monumenta, cœmeteria. Iuſtitia tribuens quod decet cadaueribus mortuorum cognatorum. Iuſtitia tribuens quod decet cadaueribus mortuorum amicorum. Iuſtitia erga cadauera mortuorum nullâ cognatione, vel amicitia nos attingentium. Iniquitas erga cadauera mortuorum. Crudelitas in cadauera mortuorum, atque adeo violatio cadauerum. Denegatio ſepulturæ. Iniquitas in ritibus ſepeliendi. Violatio ſepulcrorum & monumentorum. Effoſſio cadauerum ex ſepulcris. Iuſtitia erga honorem mortuorum. Iniquitas in honorem mortuorum. Iuſtitia erga proxime cognatos mortuorum. Conſolatio viduorum vel viduarum. Conſolatio orphanorum, eorumque adiutorium. Iniquitas erga proxime cognatos mortuorum. Denegatio ſolatii & auxilii præſtandi viduis & orphanis. Oppreſſio viduarum & orphanorum. Iuſtitia tu-

telæ. Tutor. Pupilli. Iniuſtitia tutelæ. Iuſtitia erga voluntatem & diſpoſitionem vltimam mortuorum. Teſtamentum, ſeu vltima voluntas mortui. Teſtaméti executio. Iniquitas & iniuſtitia erga vltimam voluntaté & diſpoſitioné mortuorum. Violatio vltimæ voluntatis & teſtamenti. Iuſtitia erga bona relicta à mortuis. Iniuſtitia erga bona relicta à mortuis.

Tantum de iuſtitia erga mortuos: reſtat iuſtitia diſtributiua erga nondum viuos.

Iuſtitia erga poſteritatem, atque adeo cura poſteritatis. Iniuſtitia erga poſteritaté, atque adeo neglectus poſteritatis. Iuſtitia erga eos qui ex nobis, vel noſtris naſci poſsũt. Iniuſtitia erga eos qui ex nobis, vel noſtris naſci poſsũt.

Tantum de iuſtitia iuris publici, ſiue de iuſtitia diſtributiua: ſequitur iuſtitia iuris priuati, ſiue commutatiua, quæ etiã vel in genere, vel ſpecie conſideratur. Sit itaque tit. IVSTITIA *commutatiua in genere conſiderata.*

Ius priuatum, ſeu particulare. Priuata obligatio, pacta, conuenta, contractus. Fœdera. Fides data. Fides ſeruata. Proportio Arithmetica. Contractus iniuſtos reſcindere. Iniuſtitia cõmutatiua in genere ſpectata. Violatio contractuum & obligationum conuentorum, pactorũ. Violatio datæ fidei. Violatio fœderum & fœdifragi. Fraus & dolus in contractibus, ſiue ſpecioſus quidam prætextus in violatione contractuum & fidei.

Sequitur iuſtitia commutatiua in ſpecie; quæ eſt vel contractus proprie dicti, vel improprie dicti. Itaque ſit titulus, IVSTITIA *commutatiua ſpecialis in contractu proprie dicto. Contractus autem proprie dictus vel eſt lucroſus, vel gratuitus. Itaque ſit ſubtitulus primus:* IVSTITIA *commutatiua prima in contractu lucroſo.* Iuſtum lucrum. Iniuſtitia in contractu lucroſo. Iniquum lucrum.

Contractus autem lucroſus eſt vel permutationis, vel locationis, vel oppignorationis. Itaque ſit tit. IVSTITIA *in permutatione. Quia autem permutatio eſt vel eiuſdem generis, vel diuerſi generis. Et permutatio generis item eſt vel rei cum re, vel opera cum opera; Ideo ſubtitulus ſit:* IVSTITIA *in permutatione eiuſdem generis.*

Iuſtitia in permutatione rei cum re. Poſſeſſio rerum. Diſtinctio poſſeſſionũ & dominiorum. Permutatio mercis cum merce. Indigentia certarũ merciũ. Permutatio mercis neceſſariæ ad vitam, cum alia merce neceſſaria ad vitam. Permutatio mercis non vſque adeo neceſſariæ ad vitam. Permutatio mercis æqualis. Permutatio mercis inæqualis; vbi non tantũ pro merce æquiualens merx recipitur, ſed etiã præterea aliquid lucri. Permutatio mercis cũ pecunia, quæ ſtricte hodie *mercatura* dicitur & *Negotiatio*; itaque eſt ſubtit. *Mercatura.* Mercator. Nũmus ſeu pecunia. Venditio. Venditor. Proſtare & venundari. Indicare precium. Licitari. Æſtimatio ſiue oblatio pretii, atq; adeo pactũ de precio. Non poſſe conuenire de certo precio. Conuenire de certo precio. Emere. Emere præſenti pecuniã. Emere in fidẽ, auff borg. Merces, ſeu rem venditam tradere. Iniuſtitia permutationis in cõtractu, ſeu in cõtractu permutatiõis. Iniqua permutatio, merciũ, atq; adeo fraus & deceptio in permutatione. Iniqua mercatura. Sordida mercatura. Mercatores fraudulẽti. Fraudes & iniquitas in vẽdendo. Iniquitas & fraudes in emendo, atque adeo decoctio, ſiue ceſſio fori, & plus emere, quam poſſis perſoluere.

Iuſtitia cõtractus, in qua permutatur opera cũ opera; ſiue, in qua labor pro ſimili labore alteri addicitur.

Æquæ laborum vices. Iniuſtitia permutationis operæ cum opera. Iniquæ laborũ vices. Iuſtitia permutationis operæ cum bono vtili, ſiue cum pretio. Iuſtitia operę publicè locatæ. Opera publica, ſeu labor, ſeu functio publica. Stipendium publicum, ſiue ſalariũ publici laboris. Operam publicam æque cõpenſare. Iniuſtitia locatæ operæ publicè. Infidelitas in opera publica. Stipendiũ operæ publicæ nimis tenue. Stipẽdium operæ publicæ ſubtractum. Iuſtitia locatæ operæ priuatim. Opera mentis & ingenii locata. Mineruale ingenii operis debitum. Opera linguæ locata. Mineruale operæ linguæ debitũ. Opera opificii locata. Precium opificii debitũ. Opera roboris & laboris corporalis locata. Operarii qui iſtas operas locant. Item, Mercenarii. Merces operariorum. Iniuſtitia operæ priuatæ. Mineruale operæ ingenii nimis exiguum. Mineruale operæ ingenii detractum. Precium operæ linguæ exiguum. Precium operæ linguæ detractum. Precium opificii nimis exiguum. Precium opificii detractum & defraudatũ. Merces operariorum nimis exigua. Merces operariis detracta.

Sic de Iuſtitia permutationis: ſequitur iuſtitia locationis, quæ eſt contractus lucroſus, quo non transfertur dominium, ſed vſus rei pro vſura conceditur. Itaque ſit tit. IVSTITIA *locationis.* Iniuſtitia locationis. Iuſtitia conductionis. Iniuſtitia conductionis. Locatio. Res locata. Res immobilis locata. Res mobilis locata. Res conducta. Res immobilis conducta. Res mobilis conducta. Vſura latè dicta. Vſura ſtrictè dicta, quatenus ſumitur vel datur pro locata pecunia, atq; adeo fœnus. Vſurarii & fœneratores. Vſura legitima. Vſura iniqua.

Reſtat

Reſtat Iuſtitia oppignorationis. Eſt autem oppignoratio contractus lucroſus, quo bonum vtile deponitur à domino ſuo, vt amittatur, niſi ſit quod ab eo dictum eſt.

Oppignoratio proprie dicta. Pignus proprie dictum. Pignus fidei, quando quis rem oppignorat ad cōfirmandam fidem ſuam. Arrhabo, ſiue Arrha. Pignus redimere, das Pfand außlöſen. Pignus litis, quod deponitur inter litigantes. Iniuſtitia oppignorationis. Defraudatio pignoris dandi. Defraudatio pignoris accipiendi. Pignus immobile, ſeu hypotheca. Pignus mobile, quod ſimpliciter dicitur *pignus* dicitur. Oppignoratio improprie dicta, quæ eſt concertatio vnius cum altero de re dubia interpoſito, velut litis pignore. Pignus concertationis depoſitum. Iniuſtitia oppignorationis improprie dictæ. Temeritas concertationis oppignoratitiæ. Defraudatio pignoris concertatorii; ſiue, non dare quod oppignoraſti in concertatione rei dubiæ. Pignus non non redimere, das Pfandt verſtehen laſſen.

Reſtat Iuſtitia contractus gratuiti, qui eſt vel donatio vel repetitio boni vtilis; itaque ſit tit. IVSTVS CONTRACTVS *donatiui.*

Obligatio ad donandum.

Non enim hic ſpectatur donatio ſine obligatione, ſicut in liberalitate, ſed cum obligatione.

Donum ad quod quis obligatur. Donatio ſimplex, ſiue abſque conditione. Donatio conditionalis, Donatio vt aliquid iterum donetur aut præſtetur. Iniuſtitia donationis. Donata rolle: date. Nimium donare, ſeu plus donare quam ad quod te obligaſti. Donatio propter nuptias. Donatio mortis cauſa. Legatum. Legator. Legatarius. Pactum ſucceſſorium, ſiue donatio mortis cauſa, ex duorum pluriumve conſenſu mutuo, qui conſenſus non requirebatur in legato.

Sequitur Iuſtitia contractus repetitionis boni, quo nempe bonum vtile ad tempus certum alicui conceſſum, elapſo eo tempore repetitur. Eſtque vel eiuſdem indiuidui boni repetitio, vel repetitio ſimilis boni. Eiuſdem boni repetitio contractus eſt vel depoſitio, vel commodatio. Itaque ſit tit. IVSTITIA *depoſiti.*

Depoſitum, Depoſitor. Depoſitarius. Fidelitas in depoſito. Amiſſio depoſiti, ſed ſine culpa depoſitarii, ſaltem lata. Iniuſtitia depoſiti. Iniuſtitia ex parte depoſitoris. Iniuſtitia ex parte depoſitarii, atque adeo infidelitas circa depoſitum ſeruandum. Amiſſio depoſiti propter culpam latam depoſitarii.

Iuſtitia commodati.

Iuſtitia commodantis. Iuſtitia commodatarii, ſiue eius, qui commodatum accipit. Res commodata. Commodato dare. Commodato accipere, Chirographum ſuum in commodato interponere. Commodatum ſaluum reddere. Pro commodato amiſſo æquiualens reddere. Iniuſtitia commodantis. Iniuſtitia commodatarii. Commodatū corrumpere. Commodatum non ſaluum reddere. Commodatum plane non reddere, nec in æquiualentia.

Sequitur iuſtitia repetiti boni, non eiuſdem indiuiduo, ſed eiuſdē ſpeciei, ſiue ſimilis, quæ eſt iuſtitia mutui.

Mutuum, ſeu res mutuo data. Mutuo dare, & iuſtitia in mutuo dando. Mutuum accipere. Chirographum ſuum in mutuo interponere. Mutuum reddere; Iniuſtitia in mutuo dando. Iniuſtitia in mutuo accipiendo. Debita contrahere temerarie, ex mutuo ſumpta pecunia. Non eſſe ſoluendo mutuo, atque adeo obſtrictum eſſe ære alieno. Mutuum reddere fideliter. Non ſeruare iuſtum tempus in reddendo mutuo. Mutuum nunquam reddere. Chirographum ſuum violare.

Tantum de Iuſtitia contractus proprie dicti: reſtat Iuſtitia contractus improprie dicti; atque adeo primo iuſtitia in accipienda hæreditate.

Hæreditas. Hæres. Iuſtitia in danda hæreditate. Iniuſtitia in accipienda hæreditate. Iniqua partitio hæreditatis.

Iniuſtitia in danda hæreditate.

Iuſtitia in ſponſione. Spondere pro aliquo, & fidem interponere. Sponſor. Is qui accipit ſponſionem. Iniuſtitia in ſponſione danda. Iniuſtitia in ſponſione accipienda.

Iuſtitia in accretione. Iniuſtitia in accretione. Iuſtitia circa rem quæ pro derelicta habetur. Iuſtitia circa eiuſmodi rem.

Tantum de iuſtitia, quâ ſuum cuique iure publico, vel priuato tribuitur: ſequitur Beneficentia, *quâ nempe benefacimus iis, quibus ita ſpecialiter non obligabamur. Itaque ſit tit.* BENEFICENTIA.

Beneficium. Benefactor. Offerre, ſe ad benefaciendum. Sponte & non rogatum bene facere, & citò. Tarditatem beneficii compenſare beneficii grauitate. Beneficentia precibus impetrata, atque adeo velle rogari vt benefacias. Dignis bene facere. Beneficentia paris erga parem. Beneficentia ſuperioris erga inferiorem. Gratia & benignitas. Patrocinium beneficum. Patronus beneficus. Clientela ex benignitate. Cliens ex benignitate. Promotio aliorum. Non benefacere aliis. Nimis tarde benefacere. Intempeſtiua beneficentia & beneuolentia. Obtrudere aliis beneficia ſua. Nolle petentem beneficia admittere, vel audire. Petentem beneficia triſtem, & cum ignominia dimittere. Multa offerre alicui & nihil præſtare. Iactare ſua beneficia. Exprobrare aliis be-

Digitized by Google

neficia. Pro beneficiis nimis multa repetere ab aliis. Maleficia, & male facere iis quibus benefacere poteras.

Beneficentia primario dicta, quando de noſtro aliis benefacimus.

Beneficentia ſecundario dicta, quando quidem de noſtro benefacere non poſſumus, ſed apud alios tamen beneficia pro aliis impetramus.

Interceſſio pro aliis. Commendatio aliorum. Impetratio beneficiorum pro aliis. Nolle commendare alios aliis propter naturæ inhumanitatem. Nolle commendare alios aliis propter ingratitudinem eorum, quos ante commendaueras. Nocere illis quos aliis commendare debebas, & impedire eorum promotionem apud alios. Nimium commẽdare aliquem apud alios. Nimis facilem eſſe in commendando. Moleſtum eſſe aliis propter commendationes crebras.

Benignitas eſt vel Officioſitas, vel Liberalitas. itaque ſit tit. OFFICIOSITAS, *quæ &* Humanitas *in præſtandis officiis dicitur.*

Homo officioſus. Officium. Officium offerre ſuâ ſponte, atque adeo gratificari alicui non rogatum. Officia oblata præſtare reipſa. Rogatum officium præſtare & gratificari. Cito præſtare officium. Tarde quidem præſtare officium, ſed moram iſtam compenſare. Nulla officia ſua alicui deferri. Nolle officia oblata præſtare. Nimis rogari velle ad officium præſtandum. Inofficioſitas, atque adeo denegare officium petentibus. Officia ſua intempeſtiuè offerre. Ea obtrudere. Nimis officioſum eſſe. Officioſitas erga inquilinos. Inofficioſitas erga exteros. Nimis officioſum eſſe erga exteros.

Sic de Officioſitate: ſequitur Liberalitas; quæ vel abſolute conſideratur, vel cum gradu ſublimiori. Et abſolute conſiderata iterum ſpectatur vel in genere, vel in ſpecie. Itaque ſit tit. LIBERALITAS *abſolute, & in genere ſpectata.*

Homo liberalis. Liberalem eſſe in dignos. Liberalẽ eſſe in loco & tempore conuenienti. Illiberalitas & auaritia, quâ nempe aliis nihil damus. Liberalitas de alieno. Prodigalitas & profuſio.

Sequitur liberalitas in ſpecie conſiderata: diſtinguitur enim ea vel ex eo quod datur, vel ex iis quibus datur. Liberalitas ex eo quod datur, iterum eſt vel circa opes & munera, vel circa victum ſeu tractationem. Sit itaque tit. LIBERALITAS *ſumptuaria, ſiue muneraria.*

Liberaliter ſumptus facere in alios. Liberaliter munera dare aliis. Munera in genere. Munera in ſpecie. Xenia & ſimilia munera vltro citroq; miſſa. Auaritia in muneribus dandis, ſiue Auaritia, quâ non dantur munera. Auaritia in muneribus captandis & accipiendis, ita vt tu nulla munera aliis reddas. Prodigalitas & profuſio ſumptuaria ac muneraria.

Liberalitas tractatoria, quâ nempe alios tractamus noſtro victu; quæ & conuiuatoria *dici poteſt.*

Conuiuia & conuiuiorum celebratio, atque adeo tractatio in conuiuiis. Prodigalitas conuiuatoria. Illiberalitas conuiuatoria.

Tantum de diuiſione liberalitatis ex eo quod datur: ſequitur diuiſio ex iis quibus datur; ex qua diuiſione duæ ſpecies oriuntur; nempe Hoſpitalitas *&* liberalitas eleemoſynaria. *Sit itaque tit.* HOSPITALITAS, *ſeu liberalitas erga exteros & peregrinos.*

Hoſpitalitas muneraria. Inhoſpitalitas muneraria. Nimia hoſpitalitas muneraria. Hoſpitalitas tractatoria. Excipere peregrinos hoſpitio, ac fouere. Tractare peregrinos, ſeu admittere eos ad ſuum victum. Inhoſpitalitas tractatoria. Non admittere peregrinos ad hoſpitium. Hoſpitio exceptos eiicere. Nimia hoſpitalitas tractatoria, ſeu nimia facilitas in tractandis, excipiendis, fouendis peregrinis. Hoſpitalitas erga exteros non exules. Hoſpitalitas erga exules. Recipere & fouere exules. Inhoſpitalitas erga exules.

Reſtat hoſpitalitas eleemoſynaria.

Pauperes & egeni. Pauperes & egeni domeſtici, ſiue priuati: Pauperes & egeni publici, ſeu mendici. Eleemoſyna. Eleemoſyna ſeparatim ſpectata. Eleemoſyna collecta, quæ abſolute *Collecta* dicitur Latinis. Eleemoſynã contribuere. Eleemoſynam porrigere & dare pauperibus. Illiberalitas eleemoſynaria. Nihil dare miſeris & egenis. Detrahere adhuc aliquid egenis, & eos premere. Egenis illudere. Nimia profuſio in pauperes. Non habere delectum pauperum, & promiſcue quiduis cuiuis dare.

Tantum de Liberalitate abſolutè ſpectata, ſine gradu eminentiori: ſequitur Liberalitas ſpectata cum gradu ſublimiori, quæ dicitur Magnificentia: *itaque ſit tit.* MAGNIFICENTIA.

Vir magnificus. Magnificæ impenſæ. Nimia magnificentia & luxus. Μικροπρέπεια, ſiue ſordes in magnis opibus & potentia.

Porro Magnificentia, vel in genere ſpectatur, vt iam vidimus, vel in ſpecie; & ſic diuiditur tum ex eo quod magnifice datur, tum ex iis quibus magnifice datur. Ex eo quod magnifice datur, Magnificentia eſt vel muneraria vel tractatoria. Muneraria magnificentia dicitur Munificentia, *itaque ſit tit.* MVNIFICENTIA.

Magnifica

Google

Magnifica munera. Magnifica munera dans. Magnifica munera accipiens. Magnifica munera ſponte dans. Magnifica munera dans rogatus directe. Magnifica munera dans rogatus indirecte, vt pro dedicatione monumentorum ingenii, &c. Magnifica munera dans pro paruis & indignis munuſculis. Luxus in muneribus, ſeu nimia magnificentia. Sordes munerariæ in magnis opibus.

Magnificentia tractatoria, ſeu conuiuatoria.

Magnifica conuiuia & tractationes. Luxus in conuiuiis magnificorum. Sordes conuiuatoriæ in magnis opibus.

Reſtat Magnificentia ſpectata ex iis quibus datur. Sit ergo tit. MAGNIFICENTIA *in publicum, ſiue in rem publicam, quâ nempe vel publica ædificia extruuntur magnifice, vel viæ publicæ ſternuntur, vel neceſſitatis tempore magni ſumptus pro Rep. erigantur.*

Nimia magnificentia in publicum. Nimiæ ſordes in publicum.

Magnificentia erga priuatos. Magnificentia erga priuatos integros, id eſt, *non peregrinos, nec pauperes.*

Magnificentia erga priuatos integros ſuperiores nobis, quæ Magnificētia eſt periculoſa, Nimia magnificentia erga ſuperiores. Nimiæ ſordes in magnis opibus erga ſuperiores. Magnificentia erga pares. Sordes in magnis opibus erga pares. Magnificentia erga inferiores. Patronus magnificus & patrocinium magnificum. Cliens magnifici viri. Nimia magnificentia erga inferiores. Sordes in magnis opibus erga inferiores.

Magnificentia erga peregrinos non exules.

Magnifice excipere peregrinos non exules. Magnifice tractare peregrinos. Magnifice dimittere peregrinos. Nimia magnificentia erga peregrinos. Sordes erga peregrinos.

Magnificentia erga peregrinos exules.

Magnifice excipere peregrinos exules. Magnifice dimittere peregrinos exules. Magnifice tractare peregrinos exules. Nimia magnificentia erga exules. Sordes in magnis opibus erga exteros.

Magnificentia eleemoſynaria.

Magnificæ eleemoſynæ. Nimius luxus eleemoſynarius. Nimiæ ſordes in magnis opibus erga pauperes.

Sic etiam de Beneficentia: ſequitur ὁμιλητική, quæ eſt vel primaria, vel ſecundaria. Primaria eſt Comitas: ſit itaq. tit. COMITAS, *ſiue Humanitas, ſiue φιλανθρωπία in genere ſpectata.*

Natura comis. Vir comis & humanus. Facilitas in admittendis ad ſe aliis. Salutatio. Reſalutatio. Exceptio quæ fit ſereno vultu. Exceptio perſonæ. Exceptio eius, qui mittitur à perſona. Colloquia hilaria & ſuauia. Inſinuare ſe aliis comiter. Accommodare ſe aliis comiter. Oſcula ex comitate profecta. Comis manſio apud aliquem. Comis digreſſio & valedictio.

Comis dimiſſio. Moroſitas, toruitas, acerbitas. Naturæ & homines moroſi ac torui. Μισανθρωπία, & μισάνθρωποι. Solitudo nimia. Non admittere ad ſe alios. Negare ſe domi eſſe. Non dignari alios alloquio. Diſſimulare quod alios agnoſcas & videas. Excipere aliquem inhumaniter. Excludere aliquem & abigere. Excipere inhumaniter eos, qui ad nos ab aliis mittuntur. Excipere inhumaniter res eas & munera, quæ ab aliis dantur & offeruntur. Non ſalutare alios vel verbis, vel geſtibus. Non reſalutare, ſi ſis ſalutatus. Inſuauiter & moroſè colloqui. Nemini ſe velle inſinuare. Nemini ſe velle accommodare. Temere offendere eos, cum quibus ſine offenſione verſari poteras. Dimittere aliquem inhumaniter, & inhumana valedictio. Neminem velle viſitare. Si alium viſites, nimis cito diſcedere. Nimia comitas. Intempeſtiua comitas. Intempeſtiue aliquem adire. Intempeſtiuæ ſalutationes. Intempeſtiuæ viſitationes. Nimis diu detinere alios apud ſe. Nimiis colloquiis alicui grauem eſſe. Intempeſtiua colloquia. Nimis diu manere apud alios, quos viſitaſti. Nimis crebro adire & viſitare alium. Comitas ſimulata. Ἀρέσκεια, ſiue ſtudium nimium placendi aliis, atque adeo blanditiæ nimiæ & adulationes. Laſciua comitas.

Sic de Comitate in genere: Comitas in ſpecie eſt vel ſeparatim, vel collectim conſiderata: Separatim conſiderata comitas, eſt vel erga abſentes, vel erga præſentes. Itaque ſit titulus, COMITAS *erga abſentes.*

Comitas erga non longe abſentes. Salutationes miſſæ non longe abſentibus. Reſalutationes redditæ non longe abſentibus. Inhumanitas, erga non longe abſentes. Comitas erga longius abſentes. Salutationes per alios dictæ longè abſentibus. Reſalutationes per alios redditæ longe abſentibus. Literis prouocare abſentes, & literarum officium eis offerre. Literas aliorum comiter excipere. Ad literas aliorum comiter reſpondere. Inhumanitas & moroſitas erga longe abſentes. Inhu-

manitas & moroſitas in ſalutationibus vel dicendis, vel reddendis. Moroſitas in literis ad alios ſcribendis. Moroſitas in aliorum literis excipiendis, & in dando reſpooſo. Nimia & affectata quædam comitas erga longe abſentes. Nimis intempeſtiuum eſſe literis ſcribendis ad alios. Nimis moroſum eſſe in exigendo reſponſo ad literas. Nimis prolixis literis grauare alios.

Comitas erga præſentes conſideratos, prout perpetuo manentes nobiſcum.

Moroſitas erga eos, qui perpetuò manent nobiſcum. Nimia comitas erga eos, qui perpetuo manent nobiſcum.

Comitas erga eos, qui conſiderantur, vt non perpetuò manent nobiſcum.

Comitas erga eos, qui peregre redeunt. Comis ſalutatio & exceptio peregrè redeuntiũ. Moroſitas erga peregre redeuntes. Nimia comitas erga peregre redeuntes. Comitas erga eos, qui peregre abeunt. Comis valedictio & fauſta apprecatio peregre abeuntium. Reſponſum come ad valedictiones & apprecationes. Moroſitas erga peregre abeuntes. Nimia comitas erga peregre abſentes.

Sic fuit comitas ſeparatim ſpectata: reſtat collectim ſpectata, & erga multos ſpectata, quæ dicitur Popularitas, *quâ quis ſe poteſt accommodare populo. Itaque ſit tit.* POPVLARITAS.

Popularis homo. Populum recte tractare noſſe. Moroſitas popularis. Nimia popularitas, & ſtudium placendi populo.

Hucuſque de ὁμιλητικῇ primaria: Secundaria ſequitur, quæ eſt Vrbanitas. *Itaque ſit tit.* VRBANITAS.

Naturalis propenſio ad vrbanitatem & ad iocandum. Homo naturaliter vrbanus. Vrbanitas partim naturâ, partim ſtudio & vſu acquiſita. Homo & naturâ, & ſtudio, & vſu vrbanus. Facetiæ, ſales, ioci. Iocus Theoreticus, ſiue de rebus contemplatiuis. Iocus practicus, ſiue de rebus practicis. Iocus in explicatione rei. Iocus in interpretatione & explicatione vocum. Iocus in ſyllogiſtico diſcurſu. Iocus in diſcurſu methodico. Ioci puri. Ioci mixti adiunctum habentes aliquid ſerii, ſiue ridendo dicere verum, Schimpff vnd ernſt. Ioci in rem. Ioci in perſonam. Ioci verbales. Ioci publici. Luſus & ſpectacula. Ioci in conuiuiis. Ioci extra conuiuia. Narrationes ridiculæ, quæ reuera acciderunt. Narrationes fabuloſæ & fictæ. Ioci manifeſti. Ioci obſcuri & recti. Ioci in ænigmatibus. Iocos mouere poſſe. Iocos ferre poſſe. Iocos reddere poſſe. Stulti naturâ & moriones. Μωρόσοφοι, μωροκακοι, ſiue malitioſi ſtulti. Mordacitas in iocando. Mordaces ioci & ſcommata. Virulenti ioci & exagitationes alterius. Homines mordaces & ſcoptici. Ioci inſulſi. Ioci in re ſeria. Ioci in rebus ſanctis, ſiue cũ res ſanctæ ad iocos trahuntur. Iocari cum ſuperioribus & honoratis valde perſonis. Scurrilitas & obſcœnitas in iocando, tam reſpectu geſtuum, quam reſpectu verborum. Scurræ & βωμόλοχοι. Captare riſum alterius. Riſus nimius & diſſolutus, ſiue cachinni ſcurriles. Arridere ſibiipſi ſcurriliter. Arridere aliis ſcurriliter. Homines inurbani, ruſtici & agreſtes. Planè alienum eſſe ab omni feſtiuitate & ioco vrbano. Non poſſe ferre & accipere iocos, ſed iraſci cum alius feſtiue iocatur. Non poſſe reddere iocos. Intempeſtiue & ruſtice iocari.

CLASSIS VII.

LOCORVM ETHICORVM,

Continens titulos virtutum, pertinentium partim ad nos, partim ad alium.

Est autem virtus pertinens partim ad nos partim ad alios, vel magis abſoluta, vel magis ὁμιλητική: Inter magis abſolutas primum locum obtinet φιλησυχία ſiue ſtudium tranquillitatis & concordiæ. Sit ergo tit. Φιλησυχία, *virtus ſtudioſa tranquillitatis, ſiue ſtudium tranquillitatis & concordiæ.*

Tranquillitas, ſeu vita tranquilla. Homo tranquillus. Concordia. Homo concordiæ ſtudioſus. Libenter domi ſuæ eſſe, & non turbare alios. Non multa tentare, ſed ſe intra ſuã vocationem continere. Alios poſſe tranquille ferre. Nemini præbere occaſionem offenſionis, ſiue irritare neminem. Multa deuorare tranquillitatis & concordiæ ſtudio. Odioſa & inuidioſa declinare, atque adeo ſe & ſua non oſtentare, ne aliis præbeat inuidiæ occaſionẽ. Sua in ſecreto habere. Aliena non perueſtigare curioſe. Non mouere controuerſias non neceſſarias. φιλοπραγμοσύνη, ſiue ſtudium turbarum. Inquietum eſſe. Non libenter domi ſuæ eſſe, ſed temere obuagari. Multa non neceſſaria tentare. Alios temere irritare. Inuidiam temerè ſuſcipere, cum poſſis declinare, atque adeo multa odioſa & inuidioſa mouere. Sua ad inuidiam oſtentare. Non poſſe ſuis bonis in ſecreto frui. Rixoſum & contentioſum eſſe. Rixæ, Lites, Contentiones, Iurgia. Rixari cum ſuperioribus & potentioribus. Irritare potentiores. Irritare ſtultos, item malitioſas & ſeruiles naturas. Non poſſe conuenire cum paribus & æqualibus. Diſcordia. Simultates. Simultates

occultæ

Digitized by Google

occultæ. Simultates manifeſtæ, & acerbæ. Serere lites. Committere homines inter ſeſe. Nimis ſtudioſum eſſe tranquillitatis & nimium aliis indulgere. Nimis metuere aliorum inuidiam. Plura deuorare, quam deceat.

Sequitur Humilitas.

Gerere ſe modeſte & conueniente ſuo ſtatui. Neminem præ ſe contemnere & aſpernari. Debitum honorem aliis exhibere in externa iſta conuerſatione. Humilem eſſe in verbis. Humilem eſſe in geſtibus. Humilem eſſe in veſtitu, & aliis ſignis externis. Superbia, inſolentia, faſtus. Alios deſpicere. Aliis nolle debitum honorem exhibere, ſiue in honorando, ſiue in rehonorando. Superbia in verbis, ſuperbia in geſtibus. Superbia & inſolentia in veſtibus & aliis ſimilibus. Nimium ſe abiicere aliis. Non habere rationem ſui ſtatus, ſiue abiectus ſe gerere in verbis, geſtibus, & veſtibus, quam ſit pro ſtatu. Simulata humilitas, & hypocritica.

Poſt Humilitatem ſequitur Manſuetudo; *quæ eſt vel Iræ moderatrix, vel vindictæ reformatrix. Itaque ſit tit.* MANSVETVDO *iræ moderatrix, quæ & Longanimitas.*

Iram mouentia. Iræ occaſiones vitare. Non temerè, nec ob res leues iraſci. Non cito iraſci. Non iraſci nimium, ſeu, Ira moderata. Iraſci ob quæ iraſcendum eſt, ſiue Ira pro rei grauitate, quæ dicitur *zelus*. Iraſci ob rem ſiue rei ipſi. Iraſci homini. Iraſci ſuperiori. Iraſci pari & Inferiori. Succenſere alicui; & ſtomachari ſuper aliquem. Expoſtulare cum aliquo. Minari quibus debes, & quomodo debes. Ira vitioſa, atque adeo Iracundia. Iracundi. Nimis cito iraſci & ob res leues. Nimium iraſci. Nimis diu iraſci, ſiue odium inueteratum. Rancor, acidia. Iraſci rei. Iraſci homini. Iraſci ſuperiori. Iraſci pari & inferiori, nempe nimium. Nimium ſuccenſere & ſtomachari. Nimium expoſtulare. Nimiæ minæ, aut minæ ſine viribus. Lentitudo. Non iraſci quando debebas. Non iraſci quomodo, & quam vehementer debebas; atque adeo omnibus indulgere, quibus ratione officii iraſci debebas. Plane ſtupidum eſſe, & non intelligere ea, quæ nos offendunt.

Altera pars manſuetudinis eſt virtus vindictæ refrænatrix. Itaque ſit tit. VINDICTÆ *refrenatio ſiue Placabilitas.*

Vltro ignoſcere & veniam dare. Condonare priuatas offenſas Reipub. Ignoſcere deprecanti culpam & remittere iniurias. Remittere iniurias veteres. Etiam inimicis benefacere. Reconciliatio & redire in gratiam. Vltro ſe offerre ad reconciliationem. Partes diſſidentes reconciliare inter ſe. Non violare gratiam reconciliatam. Nimia vindictæ cupiditas. Nimium indignari & immortalem iram fouere. Iram & ſimultatem cum aliis fouere cum incommodo Reip. atque adeo nolle iniurias priuatas condonare patriæ & Reip. Nolle condonare deprecanti. Nolle redire in gratiam, ſed reſpuere omnem reconciliationem. Non vindicare id, quod ratione officii debebas; atque adeo nimis lentum & ſtupidum eſſe in vindicando.

Poſt manſuetudinem ſequitur Veracitas: *itaque ſit tit.* VERACITIS *ſeu, ſtudium dicendi vera.*

Studium falſa dicendi. Veritatis amantem eſſe & delectari veris ſententiis. Falſitatis amantem eſſe, & delectari falſis ſententiis. Veritatem ferre non poſſe. Dicere ea quæ noris; ſiue dicere explorata. Effutire ea quæ non noris & non ſatis explorata habeas. Affirmare affirmanda. Affirmare neganda. Negare neganda. Negare affirmanda. Rem dicere ſimpliciter vt eſt, & ſcapham dicere ſcapham. Non maius nec minus dicere quam eſt. Minus dicere quam eſt. Plus dicere, quam eſt. Verum dicere ſeparatim & priuatim. Falſum dicere ſeparatim & priuatim. Verum dicere publice; ſiue, verus rumor & fama publica. Falſus rumor, ſeu fama publica. Verum dicere planè, perſpicue & ſine ambiguitate. Ambiguè, ſophiſticè, impropriè loqui, atque adeo vti verborum præſtigiis. Verum ſimpliciter dicere, & teſtari ſine iuramento aut peculiari aſſeueratione. Verum dicere cum magna aſſeueratione. Falſum dicere cum magna aſſeueratione. Verum dicere cum expreſſo iuramento; vbi de iuramentis. Peiurare & periuria. Crimina falſi. Veritatem ſponte dicere. Veritatem coactè dicere. Veritas tormentis expreſſa. Falſum dicere metu tormentorũ: Veritatẽ occultè dicere. Falſitatẽ occultè dicere. Veritatẽ aperte dicere & cum *παῤῥησίᾳ*; vbi ſubtitulos *Parrheſia.* Falſitatem minus audacter dicere. Vetera vera dicere. Vetera falſa dicere. Noua vera narrare. Noua falſa narrare. Nunciare alicui vera, ſiue ſcribere vera. Narrare alicui, ſiue ſcribere falſa. Veritatẽ conſtanter dicere. Non conſtare ſibi in dicendo vero. Contradictoria dicere. Leuitas in verbis. Abſurda dicere. Veritati teſtimonium dare, ſiue teſtimonium verum, atque adeo profeſſio veritatis ſine reſpectu vllius perſonæ. Excuſare excuſanda. Excuſare non excuſanda. Veritati teſtimoniũ denegare. Falſitati teſtimonium dare. Veritatem ſemel teſtatã defendere. Veritatẽ ſemel amplexam

deſerere & deficere à vera ſententia, vbi titulus, *de Apoſtatis*, qui à veritate defecerunt. Plane abſurda defendere. Veritas perfecta; quando nempe ſic dicitur aliquid, vt ſermo congruat non tantum cum mente, ſed etiam cum re ipſa extra mentem. Falſitas extrema, cùm nempe nec cum mente, nec cum re congruit id, quod dicitur. Veritas ſecundariò & imperfecte dicta; quando nempe id, quod dicitur, congruit quidem cum re ipſa, ſed non cum re ipſa extra mentem; quando quidem loquimur, ita vt ſentimus; atque adeo ſcimus nos ita ſentire, ſed tamen non ſentimus ita vt ſe res habet. Errare in rei exploratione. Falſum dicere, & tamen non mentiri. Referre talia, qualia ab aliis relata ſunt. *Mendacium*, quod quidem cõgruit cum re ipſa, ſed diſcrepat à mente noſtra, i. e. quándo quis ſecus dicit ac ſentit, etiamſi id, quod dicit, congruat cum re ipſa: nam & hoc eſt mendacium. Veritatem totam dicere. Falſitatem dicere. Partem veri dicere. Partem falſi dicere. Mendacium plane malitioſum. Mendacium ex neceſſitate, non ex malitia. Mendacium ex officioſa quadam obſeruantia dictum, ſiue officioſum. Mẽdacium ioculare, ſiue ioco dictum.

Veritatem dicere de re. Falſitatem dicere de re. Veritatem ſignificare verbis de re. Falſitatem ſignificare verbis de re. Veritatem de rebus geſtibus ſignificare. Falſitatem geſtibus ſignificare de rebus. Planè contrarium ſignificare, quàm res eſt; ſiue, mendácium de re rei planè cõtrarium. Plus ſignificare de re quam eſt; ſiue plus tribuere rei quam tribuendum erat; atque adeo nimis amplificare & exaggerare rem. Minus ſignificare de re, quàm ineſt, atque adeo nimis extenuare rem.

Veritatem dicere de perſona ſua, quæ Veracitas vocatur *Candor*. Integritas. Sinceritas. Simplicitas. Candide agere. Homo candidus & ſincerus. Id ſibi tribuere quod ineſt, nec plus, nec minus. Nec poſſe ferre adulatorem, qui plus nobis tribuit. Ingenue de ſe profiteri quod eſt. Cãdidum eſſe in verbis. Candidum eſſe in vultu & aliis geſtibus corporis, atque adeo vultu & geſtibus nihil ſimulare aut diſſimulare quod ſit contrarium vero. Simulare ſimulanda, diſſimulare diſſimulanda; nempe quæ non ſunt contraria vero, & quæ prudentiæ reſpectum habent. Nihil affectare, ſed ex candido naturæ fluxu contra agere. Curuitas, obliquitas, falſchheit. Homo obſcurus & curuus, ein falſcher Menſch. Plane contrarium tribuere ſibi, quam quod ineſt. Contrarium vultu & geſtibus præ ſe ferre, quàm quod ineſt; atque adeo hypocriſis & ſimulata probitas. Magis ſibi tribuere, quàm ineſt, atque adeo ἀλαζονεία, iactantia, arrogantia & περιαυτολογία, von jhm ſelber viel ſchwätzen. Nimis ſibi tribuere quàm ineſt, atque adeo Ironia & extenuatio ſuiipſius. Affectate loqui & agere, ſiue affectatio. Ex compoſito agere & colludere cum alio, vel dictis vel geſtibus, vel etiam factis. Veritas de perſona alterius. Vera loqui de verbis alterius. Arguere & conuincere aliquem mendacii, qui vera loquutus eſt, einen liegen heiſſen. Vera loqui de alterius factis. Sycophãtia. Calumnia. Nimium laudare aliquem. Prædicare de aliquo, quæ prædicanda non ſunt. Detrahere & derogare alteri debitam laudem, atque adeo nimium extenuare alterius benefacta.

Sequitur Veritas eius, cui dicitur, conſiderata. *qua etiam* Fides ſermonis *dicitur. Itaque ſit titul.* FIDES *in dictis.*

Fidem dare & promittere. Promittere, ſiue promiſſio conſiderata in gradu cõmuni. Promittere ſimpliciter. Promittere data dextra. Promittere ſuo ſigillo ex chirographo. Promittere dato iuramento. Promittere pro ſe. Fidem de ſe datam ſeruare, atque adeo promiſſionib. ſatisfacere. Plus promittere quàm præſtare poſſis. Promiſſioni non ſatisfacere. Expectationi de ſe datæ nõ ſatisfacere. Violare datam fidem. Violare fidem iuratam. Fidem ſpondere pro alio. Violare fidem interpoſitam pro alio. Promiſſio cum gradu ſubliniori, ſiue votum. Votum fouere. Votum ſoluere, ſiue voto ſatisfacere. Temeritas fouendi. Votum frangere.

Tantum de Veracitate: ſequitur virtus quæ bene profert vera, ſiue virtus bene loquendi, quæ Εὐλαλία *dici poteſt. Et hæc virtus conſideratur, vel reſpectu eius, quod loquendum eſt, vel reſpectu eius, quod non loquendum, ſed tacendum eſt.* Εὐλαλία *reſpectu eius quod loquendum eſt, conſideratur primo reſpectu obiecti, de quo loquendum eſt. & ſic ſunt ſubtit.*

Loqui loquenda. Loqui honeſta & decentia. Loqui tempore libero. Loqui tempore neceſſario ea, ad quæ loquenda obſtringeris. Loqui non loquenda. Turpiloquia. Scandaloſus ſermo. Tempore neceſſario loqui, ad quæ loquenda non aſtringeris. Scipſum & cauſam bonam prodere loquendo.

II. *Conſideratur* Εὐλαλία *reſpectu quantitatis, ſiue eius quantique loquendum eſt: itaq. ſint ſubtit.*

Moderata loquela, & parciloquium, ſiue loqui quantum decet, ſiue nec plus, nec minus loqui quam deceat. Scribere quantum decet. Multiloquium. Redundantia inanis

verborum

Digitized by Google

verborum. Garrulitas, futilitas & leuitas in loquendo. Scribacitas. Verboſitas in ſcribendo, & inanis redundantia ſcriptionis. *κακοήθης* ſcribendi. Planè nihil loqui cum quo loquendum eſt. Planè nihil ſcribere cum ſcribendum eſt. Nimis pauca & breuiter loqui. Nimis pauca & breuiter ſcribere.

Sic de εὐλαλίᾳ, reſpectu quantitatis: ſequitur reſpectu qualitatis, ſiue modi quo loquendum eſt; ac primum quidem reſpectu inſtrumentorum, quibus loquimur; quæ inſtrumenta, vel conſiderantur Materialiter vel Formaliter. Formaliter conſiderata inſtrumenta εὐλαλίας ſpectant ſonum & pronunciationem; itaque ſit ſubtit.

Voce mediocri, id eſt, nec grauiſſima, nec acutiſſima loqui, ſed iucunda & ſuauia ac maſcula. Voce clarâ ac diſertâ loqui. Voce nimis clamoſâ loqui, atque adeo vociferatorie loqui. Nimis demiſſe loqui, vt audire ſatis non poſſis. Suſurri. Muſſitationes. Suppreſſiones loquelæ in gutture. Reſorbitiones vltimarum ſyllabarum. Vitioſa cantillatio vocis. Riſus inter loquendum nimius. Simul edere & loqui velle. Affectatio peculiaris ſoni inter loquendum. Vitia pronunciationis, deformantia loquelam. Labdaciſmus, ſiue impotentia pronunciandi literam *R*. Iotaciſmus, ſiue vitium quo literæ cognatæ confundũtur. Pſelliſmus, ſiue impotentia pronunciãdi literam *S*, quod vitium *blæſitas* Latinis dicitur. Traciliſmus, ſiue baptariſmus, vitioſa iteratio ſyllabæ, vt *cacane*, pro *caue*, *Tutullius* pro *Tullius*: dicitur & *Titubatio*, *hæſitantia ſermonis*, itẽ, *μογιλαλία*, ſtamlen. *κοιλοστομία*, vitium tale, quo vox velut ex cauo ſpecu atque oris receſſu reſonat, auß einem holen topff reden. Ichnotis, ſiue exilitas & anguſtia, quo vox labiis ſemicluſis promitur. Muliebris loquela. Platyaſmus, vitium contrarium priori, cum nimium diductis faucibus & ore, plus ſatis patulo ſono pinguiore & craſſiore ſermo promitur, auff Caſſubiſch reden. Vitium cor vicinum. Corvicines dicuntur, quibus ſonus per naſum erũpit potius, quam per os, durch die Naſe reden. *Gargariſmus*, vitium, quo ſermonis tenor quaſi interciditur aliquo vel ſtridore, vel ſibilo, vel ſingultu, vel ſcreatu, vel tuſſi, vel ructu.

Inſtrumenta loquelæ conſiderata reſpectu formæ, atque adeo primo Loqui, præmeditatè.

Loqui nõ præmeditatè. Vitium quo lingua præcurrit mentem. Loqui cum mora quadam articulata. Loqui nimis tarde. Loqui nimis properanter. Loqui linguâ inuſitatâ, quâ intelligi poſſis. Loqui linguâ & verbis inuſitatis, vt intelligi non poſſis. Affectare linguam peregrinam inter loquẽdum. Linguæ vernaculæ cõmiſcere linguas multas peregrinas inter loquendum. Eadem affectatio inter ſcribẽdum. Vſitata dialecto loqui, ſecundũ patriũ morẽ. Affectare peregrinam dialectum; vt, quando Germanus ſuperior vult Belgicè pronũciare.

Inſtrumenta εὐλαλίας formaliter ſpectata, & primo quidem geſtus inter loquendum; qui ſunt vel Interni vel Externi. Et Externi geſtus iterum conſiderantur vel ſimpliciter, vel comparatè & reſpectiuè ad adiuncta corporis, ſiue veſtitum. Geſtus Externi ſimpliciter conſiderati ſunt, vel totius corporis, vel partium corporis; itaque ſit ſubtit. primus, Gestvs, *inter loquendum totius corporis decorus.*

Geſtus ſtantis inter loquendum decorus. Geſtus ſedentis inter loquendũ decorus. Geſtus totius corporis inter loquẽdũ indecorus. Nutatio & vacillatio corporis inter loquendum. Geſtus inter loquendum ſedentis indecorus. Geſtus inter loquendum ſtantis indecorus. Inter loquendum cum ſedes, corpus huc & illuc motitare. Modò ſurgere, modò iterum reſidere inter loquendum, locando loqui. Toto corpore loqui, quod eſt inciuile.

Sic de geſtibus totius corporis inter loquendum; ſequitur geſtus ſingularum partium inter loquẽdum; quæ partes ſunt vel ſupremæ, vel mediæ, vel infimæ. Et inter ſupremas partes primo conſideratur geſtus capitis, itaque ſit tit. Conveniens *geſtus capitis inter loquendum.*

Indecorus & inconueniens capitis geſtus. Capitis titubatio inter loquendum. Capitis concuſſio inter loquendum. Caput inter loquendum ſcabere. Suffricare occiput inter loquendum. Rotato capite aliquid denegare, den Kopff ſchütteln. Aures ſcalpere inter loquẽdum. Cõueniens geſtus frontis inter loquendum. Contrahere frontem inter loquendum. Attollere ſupercilia inter loquendum. Conueniens geſtus oculorum inter loquendum. Indecorus oculorum geſtus inter loquẽdum. Placidè inſpectare eum, cum quo loqueris. Oculi limi inter loquendum. Obliquus intuitus inter loquendum. Supercilia oculorum motitare inter loquendum. Conueniens geſtus naſi inter loquendum. Indecorus geſtus naſi. Acuminare naſum inter loquendum. Corrugare naſum inter loquendum. Pituitam naribus propendentem cum ſono ingratiſſimo retrahere inter loquendum. Inconueniens geſtus oris & labiorum. Labia inter loquendum lambere, vel mordere. Diſtorquere labia. Diducere os, aut premere nimis inter loquendum. Ad tertium quodque verbum expuere inter loquendum. Geſtus totius vultus

Indecorus. Vultum inſtar Prothei variè informare inter loquẽdum. Geſtus decorus ceruicis inter loquendum. Nimis elongata ceruix inter loquendum. Nimis contracta ceruix & obſtipa inter loquendum. Deiectio ceruicis in alterum humerum. Decorus geſtus humerorum inter loquendum. Humeros contrahere nimis inter loquendum. Humeros iactare inter loquendum. Decorus geſtus pectoris & ventris inter loquendum. Indecorus geſtus pectoris & ventris. Ventrem & pectus proiicere inter loquendum, ſiue expectorare ſermonem. Decorus geſtus brachiorum inter loquendum. Indecorus geſtus brachiorum: Brachia motitare. Brachia iactare inter loquendum. Decorus geſtus manuum & digitorum inter loquendum, atque adeò χειρονομίαν. Manus inter loquẽdum agitare, perinde ac ſi muſcas à te depelleres. Geſticulari & argutari manibus ac digitis. Inſpectare nimis vngues inter loquendum. Rodere vngues inter loquendum. Decorus geſtus coxendicis & femoris inter loquendum. Femur inter loquendum motitare. Decorus geſtus pedum inter loquendum. Pedibus & genubus vacillare inter loqnendum; aut in latus dextrum aut ſiniſtrum ſeſe motitare. Alternis pedibus inſiſtendo, decurſitare inter loquendum.

Sequuntur geſtus externarum partium corporis inter loquendum, reſpectu adiunctorum corporis, ſiue veſtitus, itaque ſit ſubtit.

Cura ſanitatis, quâ proſpicit paterfamilias ſuis domeſticis. Sub quo titulo notari poterunt multa media, quibus paterfamilias vti poteſt in caſu neceſſitatis, & in defectu Medicorum. Cura patrisfamilias vt bene viuant domeſtici; & quidem cura hæc primaria, vt viuant ſecundum virtutem. Cura patrisfamilias vt domeſtici viuant ſecundum virtutẽ Ethicam. Cura domeſtica virtutis Ethicę generalis. Cura domeſtica virtutis Ethicæ generalis mediata, quâ paterfamil. prohibet & auertit omnia prolectamenta vitiorũ in domo ſua.

Cura virtutum Ethicarum immediata; & quidem primo cura virtutum dirigẽtium analogicarum.

Cura virtutum dirigentium analogicarum ſublimiorum. Cura amoris & timoris diuini numinis, quantum ad honeſtatem pertinet. Cura amoris bonæ famæ. Cura amoris ſuiipſius. Cura amoris proximi. Cura virtutum dirigentium perfecte dictarum, & primo quidem iuſtitiæ vniuerſalis. Cura prudẽtiæ & circumſpectionis in domeſticis. Cura conſtantiæ in domeſticis. Cura virtutũ particularium Ethicarum, & quidem primo perfectè dictatum. Cura virtutum quo ad nos. Cura temperantiæ in cibo & potu. Cura temperantiæ in Venere. Cura temperantiæ in veſtitu. Cura temperantiæ in luſibus. Cura ſedulitatis & induſtriæ, atque adeo prohibitio otii à perſonis domeſticis. Cura æquabilitatis, atque adeo prohibitio petulantiæ, laſciuiæ in perſonis domeſticis.

Cura virtutum quo ad alios.

Cura iuſtitiæ diſtributiuæ. Cura iuſtitiæ diſtributiuæ, quo ad vitam aliorum, ne domeſtici aliorum corpora lædant, aut ſua inficiant. Cura iuſtitiæ quo ad famam & honorem, atque adeo prohibitio calumniarum, detrectationum & diffamationum in ſua domo, ne domeſtici lædant aliorum famam & honorẽ, aut ſuam etiã inficent. Cura iuſtitiæ quo ad bona fortunæ, ne domeſtici noſtri aliena attrectent aut lædant. Cura iuſtitiæ commutatiuæ in cõtractibus; ne domeſtici noſtri fraudulenter cũ aliis agant, ne fidem in contractibus datam, violent. Cura hoſpitalitatis, vt domeſtici noſtri ſint hoſpitales. Cura virtutum, partim ad nos, partim ad alios pertinentium. Cura manſuetudinis in domeſticis. Cura veracitatis in domeſticis. Cura εὐλαλίας in domeſticis. Cura ciuilitatis in domeſticis.

Cura virtutum imperfectè dictarum.

Cura pudoris domeſticæ. Cura miſericordiæ & συμπαθείας domeſtica. Cura immunitatis à ſuſpicione inter domeſticos. Cura immunitatis ab inuidia inter domeſticos. Cura honeſtæ æmulationis inter domeſticos.

Digitized by Google

Sic de cura Ethica generalis. Cura Ethica ſpecialis. Cura Ethica ſpecialis quoad ſexum.

Cura virturum in ſexu maſculinæ ætatis imbecillioris. Cura ætatis firmioris. Cura ſexus fœminini ætatis firmioris. Cura virtutum ſexus fœminini ætatis infirmioris.

Sequitur Cura virtutum Oeconomicarum.

Cura obœdientiæ Oeconomicæ. Cura laboris Oeconomici. Cura poſſeſſionum Oeconomicarum.

Sequitur cura patrisfamilias quo ad virtutes, politica.

Cura virtutis politicæ quo ad vniuerſum corpus Politicæ. Cura amoris patriæ in ſuis domeſticis. Cura tolerantiæ in publicis patriæ neceſſitatibus. Cura fortitudinis domeſticæ, atque adeo exercitia, quibus paterfamilias domeſticos ſuos parat ad patriam defendendam, cum opus eſt. Cura obœdientiæ & reuerentiæ in perſonis domeſticis erga magiſtratum publicum. Cura officiorum, quæ domeſtici debent tamquam ſubditi Reipub. aliis ſubditis, ſiue conciuibus.

Tantum de cura patrisfamilias, vt bene viuant domeſtici primario. Reſtat cura patrisfamilias, vt bene viuant domeſtici, ſecundario: ac primo quidem cura patrisfamilias, vt domeſtici viuant honorifice.

Paterfamilias qui ſuæ domui ipſe eſt honori. Paterfamilias qui ſuæ domui dedecori eſt. Forma corporis perſonarũ domeſticarũ honorifica. Forma domeſtica mõſtroſa & ignominioſa. Idioma domeſticorum honorificum. Idioma domeſticorum ruſticum & ignominioſum. Geſtus & mores domeſticorum honorifici. Geſtus & mores ignominioſi. Veſtitus domeſticus honorificus. Veſtitus deformis vel ridiculus & ignominioſus. Supellex domeſtica honorifica. Supellex domeſtica ignominioſa.

Sequitur cura perſonarum quo ad vitam iucundam & commodam.

Cura vitæ commodæ ex reb. ad victum & ſanitatem pertinentibus. Cura vitæ commodæ ex rebus ad amictum pertinentibus. Cura vitæ commodæ ex loco habitationis. Cura vitæ commoda ex ſupellectile domeſtica. Cura vitæ commodæ ex exercitationibus domeſticorum; vt ſunt ludi, ſpectacula, exſpatiationes & prudentia patrisfamilias circa talia.

Supereſt cura patrisfamilias circa mortem domeſticorum.

Cura antecedens mortem domeſticorum. Cura ſequens mortem domeſticorum, atque adeo honeſtæ ſepulturæ, quatenus ea incumbit patrifamilias.

Sequitur cura Oeconomica ſpecialis ſecundũ ſocietates Oeconomicas: quæ ſocietates ſunt vel primariæ, ſeu principales, vel acceſſoriæ. Societas principalis eſt vel prima, vel orta. Prima ſocietas eſt coniugalis, cuius conſiderantur vel antecedentia, vel ipſa forma & actus. Antecedentia coniugis continent hos ſubtit.

Præparatio iuuenum ad coniugium. Præparatio puellarũ ad coniugium. Ætas apta ad coniugium iuuenum. Ætas puellarum apta ad coniugium. Qualitas & alia requiſita propter ætatem ad coniugium pertinentia. Ingreſſus in certum vitæ genus, quando vis coniugium cõtrahere. Cautiones in coniugio ineundo. Delectus coniugis. Principaliter ſpectanda in coniuge. Parentes & coniugis genus. Virtus coniugis. Minus principaliter ſpectanda in coniuge. Forma & pulcritudo coniugis. Splendor familiæ in coniuge. Diuitiæ coniugis. Ambire coniugem. Procus. Puella quam procamur & ambimus. Puella quæ ipſa procatur & ambit. Legitimus modus ambiendi. Conciliationes puellæ. Conciliationes parentum puellæ. Conciliationes agnatorum & cognatorum, vel agnatarum & cognatarũ. Proxenetæ, ſiue illi quib. vtimur in ambienda cõiuge. Illegitimus modus ambiendi. Cõcubitus ante nuptias. φίλτρα, ſeu pocula amatoria propinata. Conciliatores illegitimi, vt ſunt vetulæ, lenones, &c. Exambire puellam, ſeu obtinere & potiri. Repulſa. Deſponſatio. Conſenſus vtriusque partis coniugium contrahentis. Conſenſus parentum. Conſenſus eorum qui parentum loco. Communio vitæ & corporum. Scopus coniugii ad generandã ſobolem. Communio bonorum in coniugio. Communio malorum in coniugio. Vitæ adiutorium in coniugio. Coniugia auſpicata. Coniugia inauſpicata. Diuortium. Polygamia. Communio vxorum. Pacta dotalitia, eorumque documenta. Dos promiſſa. Dos data. Deſponſatio de præſenti. Deſponſatio de futuro. Sponſus. Sponſi agnati & cognati. Sponſi aſſiſtentes. Sponſa. Sponſæ agnati & cognati. Spõſæ aſſiſtentes. Sponſalia. Arrha & munera quæ dat ſponſus ſponſæ, & contra. Conuiuium ſponſalitium. Ceremoniæ deſponſatoriæ. Interuallum inter ſponſalia & nuptias. Viſitationes ſponſæ. Nuptiæ. Nuptiis dicta dies. Ornatus ſponſi. Acclamationes nuptiales. Carmina nuptialia.

Ornatus ſponſæ. Ceremoniæ nuptiales circa ſponſam. Conuiuium nuptiale. Deductio ſponſæ in domum ſponſi, aut traditio ſponſæ. Ceremoniæ traditoriæ. Thalamus coniugalis. Lectus coniugalis. Venus coniugalis. Impotentia.

potentia. Faſcinum & clauſura Veneris. Noua nupta. Nouus maritus. Coniugium recens initum. Indulta nouorum côiugum & immunitates, quæ primis menſibus & anno ipſis indulgentur. Coniuges qui iam diu in coniugiis vixerunt. Coniuges qui diu vixerunt & conſenuerunt in coniugiis.

Et hactenus quidem de Coniugii tum contractu ac præparatione, initioque atque progreſſu: Sequuntur officia coniugum. Sunt autem officia, ſeu virtutes coniugales vel communes vtrique, vel propria ſingulorum coniugum. Officia communia ſunt vel in vita, vel in morte. Officia in vita habent hos ſubtitul.

Amor coniugalis. Odium coniugale. Zelotypia coniugalis. Amor cum gradu, qui fides, ſeu fidelitas coniugalis dicitur. Fidelitas coniugalis circa vitam coniugis. Prudentia & peritia rei domeſticæ in vxore. Sedulitas & induſtria domeſtica. Cuſtodia rerum domeſticarum, atque adeo Parſimonia domeſtica vxoris. Officium coniugis erga maritum ſolû. Officium erga maritum ſolum, ſeparatim conſideratum. Dilectio & amor mariti. Fides coniugalis. Perfidia coniugalis. Adulteræ. Subiectio coniugalis & obedientia. Comitas vxoris erga maritum. Æquanimitas & manſuetudo ferens mariti næuos & moroſitates. Officium erga ſolum maritû collectim conſideratum, quod dicitur *Adiutorium & auxilium vitæ mutuû*. Vxor bona quæ marito eſt gaudio & ſolatio. Mala mulier & vxor, quæ marito eſt purgatorium. Offic. coniugis erga maritû mediatum, nempe erga mariti cognatos vel agnatos; item erga mariti amicos, & eos quos amat & libenter ſecum eſſe cupit maritus. Officium vxoris erga maritum in morte, vel circa mortem. Officium vxoris erga maritum poſt mortem.

CLASSIS. III.

LOCORVM OECONOMICORVM.

Continens titulos & ſubtitulos, pertinentes ad ſocietatem parentum & liberorum, domini & ſerui, dominæ & famulæ.

SOCIETAS *parentum & liberorum.*

Parentes. Storgę, ſeu naturalis amor parentum in liberos. Ἀστοργία. Horrêda aſtorgia, quâ liberi immaniter læduntur. Ius parentum in liberos. Generatio liberorum, ſiuê ſobolis. Generatio legitima & legitime nati. Illegitime nati & ſpurii, ſiue nothi. Liberi naturales legitimati & legitimatio, vulgo, *quæſiti*. Nati in concubinatu, & concubinatus. Concubinæ. Generatio cita, tarda, fœcunda. Gemelli. Trimelli. Generatio multæ ſimul ſobolis vltra trimellos. Πολυτεκνία. Proletarii, i. e. ii qui habent multam & copioſam prolem. Generatio merorum maſculorum. Generatio merarum femellarû. Generatio prolis mixtæ. Officium parentum erga ſobolem. Officium parentum erga ſobolem immediatam. Officium erga ſobolem gignendam. Officium erga ſobolem genitam, & in lucem editam. Officium erga ſobolem adhuc tenellam. Officium erga ſobolem tenellam & vagientem in nutriendo. Officium erga ſobolem tenellam in fouendo. Officium erga ſobolem tenellam in formandis corporis membris. Officium erga ſobolem egredientem annum infantiæ, & puerilem adhuc. Educatio ætatis puerilis. Bona exempla data puerili ætati. Regimen, ſeu modus regendi puerilem ætatem. Luſus & recreationes indulgendæ primæ pueritiæ, vſque ad annum quintum vel ſeptimû. Crepundia puerilia. Formatio membrorum corporis in hac prima pueritia. Officium parentum erga pueritiam præcedentem, nempe eam, quæ incipit ab anno ætatis ſeptimo. Inſtitutio animi in maſculis anno ſeptimo & poſt. Formatio in maſculis huius ætatis. Luſus & recreationes huius ætatis. Formatio corporis maſculorum in hac ætate. Formatio motû puellarû in hac ætate. Luſus puellarum in hac ætate. Formatio corporis in hac ætate. Pædagogi qui maſculis præficiuntur. Formatrices aut Pædagogi, qui fœmellis præficiuntur in iſta ætate. Cura ſcholaſticæ inſtitutionis & formationis in hac ætate. Scholæ maſculorum. Scholæ fœmellarum. Scholæ publicæ. Scholæ priuatæ & clandeſtinæ. Educatio adoleſcentis ætatis in maſculis. Educatio ætatis adoleſcentis in fœmellis. Educatio iuuenilis ætatis in maſculis. Educatio iuuenilis ætatis in fœmellis. Educatio virginû & cura iam nubiliû. Cura parentum circa nuptias & coniugia virginû. Cura parentum circa iuuenes maſculos præſentes. Cura parentum circa iuuenes peregre viuentes. Emancipatio è poteſtate parentum. Cura parentum circa maſculos poſt emancipationem in coniugio degentium. Cura parentum in prolem amicam. Cura parentum in primogenitum. Cura in ſecundogenitos. Cura in vltimo genitos. Cura communis parentû poſt mortem. Cura, ſeu officium parentum erga ſobolem mediatum. Officium ergo colludiones ſobolis adhuc tenellæ. Officium parentum erga

Digitized by Google

nepotes, ſiue liberorum liberos. Officium parentum erga generum. Officium parentum erga nurum.

Et iſta fuerunt officia parentum erga liberos, ſeparatim conſideratos. Reſtant officia erga liberos coniunctim conſideratos; vbi quidem eſt ſubtitulus nouus.

Parentum circumſpectio in fouenda mutua liberorum concordia. Prudentia parentum in excitanda honeſta æmulatione inter liberos.

Tantum de officio parentum communi erga ſobolem: ſequitur officium in ſpecie, & primo quidem matris erga ſobolem.

Officium matris in cauendis imaginibus prauis, vbi ſubtitulus, *De imaginationibus mulierum grauidarum.* Morbi grauidarum & pica. Cura grauidarum, quanta ſcilicet à fœmina præſtari poteſt. Tempus formationis & geſtationis in vtero. Partus legitimus. Partus ex adulterio. Partus ſuppoſititius. Necare ſobolem vel in partu, vel poſt partum. Obſtetrix. Puerperale conuiuiū. Lactatio propria. Lactatio per nutricem, ſiue lac alienū. Ablactatio. Ritus & conuiuia olim circa ablactationē celebrata. Partus vnicus. Partus geminus. Partus trigemin. Partus copioſior trigemino. Partus felix. Partus infelix. Monſtroſi partus. Partus mutuli. Mortui fœtus. Fœtus cæſi ex vtero matris. Puerpera felix & incolumis. Puerpera infelix. In partu mortuę. Vagitus infantis primus. Ablutio prima infantis, ſeu primū balneū. Cura puerperii & puerperarū. Curatrices puerperarū. Tempus puerperis indulgendū. Surgere ex puerperis. Cura infantum. Faſciæ infantum, & inuolutio in faſcias. Purgatio infantum. Veſtium ratio circa infantes. Luſus materni cum infantibus. Cura vt infantes commodè à famulis geſtentur. Exornatio & comptura infantum. Cura matris erga tales liberos, quoad conuerſationem cum famulis & famulatu, ne ſpurcos ſermones & fabulas bonis moribus officiētes audiant. Cura matrū in formando ſermone liberorum loqui incipientium. Cura matris in formandis membris talium liberorū. Cura matris in veſtitu, comptura & exornatione talium liberorum. Cura matris circa liberos iam adultiores, & primo quidē primaria, circa fœmellas. Cura matris circa puellas nondum nubiles. Circa fœmellas nondum nubiles, quoad corporis formationem. Circa fœmellas, quoad corporis exornationem. Cura fœmellarum, quoad formationē morum. Cura circa fœmellas, quoad exemplum bonum præbendum. Cura circa admonitiones talibus dādas, atq; adeò admonitiones directæ. Admonitiones maternæ obliquæ. Iuſſa materna. Cura matris, quoad virgines iam nubiles. Cura matris, quoad filias ad coniugium adducendas. Cura matris circa filias in coniugio iam viuentes. Cura ſecundaria matris circa filias iam excedentes pueritiam. Cura matris, quoad adoleſcentes iam & iuuenes. Cura matris quoad filios præſentes. Cura matris, quoad filios peregre abſentes. Cura matris, quoad filios ad coniugiū adducendos. Cura matris quoad filios in coniugio viuentes. Cura matris quoad filios vel filias ante mortem. Cura matris circa vtroſque. Cura matris, quoad filios ſeu filias poſt mortē.

Tantum de cura matris erga liberos: ſequitur cura propria patris, quæ eſt vel circa liberos naſcendos, vel natos.

Cura rectæ geni turæ. Cura erga coniugem grauidam. Cura erga coniugem pauperem. Cura erga ſobolem natam. Cura erga ſobolem adhuc infantem & tenellam. Cura erga ſobolem maſculā pueritiam expteſſam. Cura quoad formationem corporis. Cura quoad luſus & recreationes. Cura quoad formationem morum. Cura quoad inſtitutionem domeſticam, antequā in ſcholam puer mittatur. Cura pueri in ſcholam iam mittendi. Cura pueri circa rem ſcholaſticam. Cura quā paterfamilias conſpirat cum præceptoribus ſcholaſticis in inſtitutione & formatione filii. Cura quoad inſtitutionem priuatā & domeſticā. Pædagogi & formatores domeſtici. Cura adoleſc. & iuuenis filii. Cura adoleſcentis & iuuenis quoad mores. Cura eius quoad inſtitutionē animi. Cura filii iuuenis adhuc domi manentis. Cura filii iuuenis adhuc ſub patria poteſtate viuentis. Cura filii è patria poteſtate emancipati, & de ſuo viuētis. Cura filii in coniugio viuentis. Cura filiarum egreſſarū pueritiam quoad formationem morum. Cura earum quo ad inſtitutionem animi domeſticam. Cura earum, quoad inſtitutionem ſcholaſticam. Cura filiarum nubilium. Curatio honeſti matrimonii filiabus nubilibus. Cura filiarum in coniugio viuentium. Tutela & defenſio liberorum, quoad vitam. Tutela & defenſio liberorum quoad famam. Cura liberorum in vita, ſeu, dum viuit pater. Cura liberorum poſt mortem ſuam, vt nempe iis parentur honeſta patrimonia, aut ſic inſtituātur vt ſeipſos honeſte alere poſſint, etiā ſine ſubſidio & poſt mortē parentis. Cura poſt mortem quoad bonam famam, vt nempe parens liberis ſuis honeſtam famam relinquat.

Tantum

Tantum de relatione parentum ad liberos: ſequitur relatio liberorũ ad parentes, quæ habet hos ſubiit.

Liberi. Liberorum ordo & diſtinctio. Recreatio & lætitia, quam habent parentes è liberis adhuc paruis. Recreatio & lętitia, quã habent parentes è liberis grandioribus. Storgæ liberorum erga parentes. ἀστοργία liberorum erga parentes. Officium liberorum erga parentes coniũctim conſideratos. Officia amoris ſingularis liberorum erga parentes, quæ etiã denominatio pietatis erga parentes. Impietas erga parentes. Maledicere parentibus. Ignominiâ afficere parentes. Verberare parentes. Parricidium. Timor & reuerentia filialis. Obœdientia liberorum erga parentes. Æquanimitas liberorum erga parentes, ferens patienter parentum næuos & moroſitatem. Officium liberorũ adhuc paruorum erga parentes. Officia liberorum iam grandium erga parentes. Defendere parẽtum vitam, famam & fortunas, iiſque in neceſſitatibus ſuccurrere. Officium liberorum grãdium erga parentes in contrahendis coniugiis, atque adeo ſine conſenſu parentum matrimonia non contrahere. Officium erga parentes effœtos, ſiue alere & fouere parentes effœtos, quæ ἀντιπελαργία à ciconiis dicitur. Officium liberorum erga parentes poſt mortem. Memoriam parentum honorifice tueri. Hæreditatem à parentibus relictam recte diuidere, eaque rectè vti.

Sequitur officium liberarum erga parentes in ſpecie; ac primo quidem filiorum erga patrem.

Filiorum adhuc paruorum erga patrẽ. Officium filiorum grandium erga patrem. Officium filiarum erga patrem, & primo quidem filiarum paruarum. Officium filiarũ grandiorum erga patrem. Officium filiorũ paruorum erga matrem. Officium filiorum grandiorum erga matrem. Officium filiarum paruarum erga matrem. Officium filiarum grandiorum erga matrem.

Sic de relatione liberorum ad parentes: ſupereſt relatio liberorum ad ſe inuicem.

Officium fratris erga fratrem, ſiue φιλαδελφία. Officium fratris primogeniti erga ſecundogenitos. Officiũ ſecundogenitorũ erga primogenitum. Ius primogenituræ. Ius ſecundogenituræ. Ius vltimogenituræ in filiis. Officium ſororis erga ſororem. Officium ſororis primogenitæ erga ſecundogenitas. Officium ſororũ ſecundogenitarum erga primogenitã. Ius primogenituræ in ſororibus. Ius ſecundo, vltimo genituræ in ſororibus. Officium fratrũ erga ſorores. Officium ſeniorum fratrum erga ſeniores ſorores. Officium iuniorum fratrum erga iuniores ſorores. Officium ſeniorum fratrum erga iuniores ſorores. Officium ſororum erga fratres. Officium ſeniorum ſororum erga ſeniores fratres. Officium ſeniorum ſororum erga iuniores fratres. Officium iuniorum ſororum erga ſeniores. Officium iuniorum erga iuniores fratres.

Sic de ſocietate inter parentem & liberos. Supereſt ſocietas inter dominum & famulum, atque adeo inter dominam & famulam.

Herus, ſiue dominus. Ius & poteſtas herilis. Famulus. Seruus naturâ. Verna, ſiue ſeruus natus in domo domini. Mãcipiũ, ſiue ſeruus qui in bello captus, aut ab alio emptus eſt. Manumittere ſeruos. Libertus, ſiue manumiſſus. Patronus liberti. Seruus ex natura & pacto ſimul. Seruus ex pacto tantum, ſiue famulus. Seruus qui mercede ſeruit. Famulus qui ſine mercede ſeruit, vt aliquid diſcat apud herũ. Seruus primarius, qui eſt vice domini interdum. Seruus inferior. Seruus veteranus. Famulus nouitius & iuuenis. Famulus coquus, quo tanquam coquo dominus vtitur, ſiue culinarius. Famulus diſpenſatorius, quo vtitur ad res diſpenſandas. Famulus cuſtoditorius. Famulus expeditorius, quo dominus vtitur ad res extra domũ expediendas. Ancilla. Ancilla, ſiue ſerua naturâ. Ancilla in bello capta, aut ab alio empta. Ancilla emancipata, ſiue liberta. Ancilla ex pacto ſimul & natura. Ancilla tantũ ex pacto. Ancilla quæ gratis ſeruit. Ancilla primaria. Ancilla ſecundaria. Ancilla veterana, nouitia. Coqua, ſeu ancilla culinaria. Ancilla diſpenſatoria. Ancilla cuſtoditoria. Ancilla pediſſequa. Ius dominæ in ſeruum. Ius dominæ in ancillam. Ius domini in ancillam. Officium ſerui erga dominum. Fidelitas ſeruorum. Infidelitas & malitia ſeruorum. Timor ſeruilis. Obſeruantia & veneratio ſeruilis. Obſequium ſenile. Ad nutum domini ſeruire. Induſtriá ſeruorum. Simulata induſtria & ὀφθαλμοδουλία, quâ in præſentia domini ſeruus ſedulus eſt, in abſentia nequam. Officium ſerui erga dominam. Officium ancillæ erga dominum. Officium ancillæ erga dominam. Offi. ſerui erga liberos domini. Officium ſeruorum ac ancillarum erga cognatos domini ac dominæ. Officium ſerui erga conſeruum. Officiũ ſerui primarii erga ſecundarios. Off. veterani erga nouitios. Off. ſecundariorũ & nouitiorũ erga veteranos & primarios. Officium ſeruorum erga ancillas. Officium ancillarum inter ſeſe. Officium ancillæ primariæ & veteranæ erga ſecundarias & nouitias, & contra. Officium ancillarum erga ſeruos. Officium heri erga

Digitized by Google

ſeruos. Prudentia heri in regendis ſeruis. Iuſtitia heri in alendis ſeruis. Iuſtitia heri in veſtiendis ſeruis. Iuſtitia heri in defendēdis ſeruis. Iuſtitia heri in perſoluendo precio ſeruis cōductitiis. Æquanimitas & māſuetudo heri erga ſeruos. Æquanimitas erga ſeruos heri mancipia. Crudelitas in eoſdem. Æquanimitas erga ſeruos ex pacto. Officium heri erga ancillas. Officium heræ erga ſeruos. Officium heræ erga ancillas. Prudentia matris familias in regendis ancillis. Iuſtitia erga eaſdem. Iniuſtitia erga eas. Æquanimitas erga eas. Aſperitas, crudelitas aduerſus eas.

CLASSIS IV.

De cura diſpenſationis domeſticæ circa res extra hominem.

FVIT *cura Oeconomica diſpenſationis circa homines: ſequitur adminiſtrationis cura circa res; vbi primo videndum eſt de rerum Oeconomicarum diſtinctione ac generibus; poſt, de earum acquiſitionibus; tum denique de acquiſitarum tam cuſtodia, ſiue conſeruatione, quam diſtributione. Sit ergo iii. Res Oeconomica.*

Res Oeconomica immobilis. Res Oeconom. immobilis artificialis & prima, de qua nempe primò omnium cogitare oportet patremfamilias, nempe *domus*. Locus habitationis mediatùs, ſiue regio, in qua habitationem deligere debet paterfamil. Pars regionis certa in qua habitare vult paterfamilias. Locus immediatus, in quo domū ſtatuit habere paterfam. Finis domus primarius abſolutus, nempe habitatio. Finis domus primarius, cū gradu, nempe ſplendor & magnificentia. Cauſa efficiens domus principalis & primaria, nempe propoſitum ædificandi in patrefamilias. Peritia ædificādi vel in patrefamilias ipſo, vel in architecto. Cauſa efficiens domus primaria inſtrumētalis, & primò quidē exemplaris, nēpe ἰχνογραφία, ſiue delineatio domus ædificandæ. Cauſæ inſtrumētalis domus ædificandæ adiutoria, ſiue auxiliaris generalis, nempe ſumptus, qui impenduntur in ſtructuram ædium. Cauſa inſtrumentalis ſpecialis, nempe operarii & fabri, qui adhibentur ad domum exſtruendam. Tempus quo ædes extruuntur aut extruendæ ſunt. Materia ſtructuræ, & primo quidem naturalis. Materia naturalis grandior. Ligna, lapides & ſaxa. Materia naturalis minutior; & primo quidem terreſtris. Calx. Gipſus. Materia artificialis minutior metallaris, vt ſunt ferramenta omnis generis.

Sequitur cauſa formalis domus, nempe ſtructura partium.

Pars domus interna. Pars interna cōtinens. Pars interna continens prima, nempe fundamentum. Fundamentum loco firmo. Fundamētum in loco arenoſo. Fundamentum loco aquoſo & paluſtri. Pars interna continēs orta. Parietes. Pauimēta. Tabulata. Tectum. Tecti adiuncta, nempe ſtillicidia, canales. Tectum planum. Tectum turritum.

Sic de partibus continentibus: pars contenta eſt vel maior vel minor. Pars contenta maior diſtincta loco.

Pars ædium inferior. Pars inferior frequentior, nempe cella. Pars inferior rarior, nempe hypogæum, ſeu crypta ſubterranea occulta. Pars media ſupra cellam. Atrium ædium. Focus & culina. Fornax, caminus. Infumabulum. Hypocauſtum habitatorium, vt vocant. Cubicula hypocauſto annexa. Pars ſuperior ædium, & quidem primo contignatio prima. Contignatio altera. Contignatio tertia, & ſic deinceps. Pars interior maior diſtincta vſu. Pars interior ad habitandū ſolummodo. Pars ædium ad habitandum communis. Pars ad habitandum ſecretior, nempe Muſæum. Pars ad habitandum pro domino. Pars ad habitandum pro liberis. Pars habitatoria pro famulitio, pro peregrinis. Pars cuſtoditoria, ſiue promptuarium, penu. Veſtiarium quo veſtes cuſtodiuntur. Pars interna recreatoria, vt eſt inprimis ſolare, der ſaal.

Sic de partibus ædium internis maioribus. Partes internæ minores.

Partes minores ſtantes. Columnæ, ſiue partes ſtantes neceſſario. Columnæ ligneæ. Columnæ lapideæ. Ianuæ & oſtia. Feneſtræ. Scalæ, ſiue gradus. Gradus directi. Gradus, ſiue ſcalæ cochleaceæ, ſiue cochleæ. Partes ſtantes ad ornatum. Columnæ ornatus cauſa poſitæ. Globi, capita & pegmata ornatus cauſa poſita. Partes ædium picturis exornatæ. Partes minores iacentes. Partes iacentes ex ligno; vt ſi pauimentum aſſeribus ſit ſtratum, aut alioquin parietes ſint tabulati. Partes iacentes ex calce & gypſo formatæ. Partes iacentes ex latere cocto formatæ. Partes iacentes ex lapide foſſili paratæ.

Sic de partibus ædium internis. Partes externæ ædium.

Partes externæ contiguæ totales, & quæ ad habitandum pertinent. Stabulum pro equis ſiue equile. Stabulum pro aliis quadrupedibus. Stabulum pro auibus; & primo quidem gallinis. Stabulum pro aliis auibus, vt pro columbis.

Digitized by Google

lumbis,&c. Seceſſus, ſiue locus ſecretus. Partes ædium contiguæ non tam ad habitandũ, quam ad recreandum. Veſtibulum. Subdiale. Pergula. Porticus. Exedræ. Partes externæ ædium tectæ. Partes externæ ædium ſubdiales, ſiue non tectæ. Fontes & aquæductus ad ædes. Area ante ædes, Area poſt ædes. Hortus poſt ædes. Diſtinctio ædium ratione partium ſimul ſumtarum. Pars antica. Pars media. Pars poſtica, ſiue domus poſtrema.

Sequuntur ædium genera; & primo quidẽ ex fine.

Domus tantum ad habitandũ. Domus tantum ad recreandum. Domus pagana, quæ ruri eſt. Domus vrbana. Domus vndique contigua aliis. Domus angularis.

Sequitur res immobilis naturalis extra domum & primo quidem res terrea.

Fundus, ager, fruges, legumina, hortus & eius fructus, nemus, ſylua cædua, ſtagnum, lacus, piſcina, fons.

Tantum de reb. domeſticis immobilibus: ſequuntur mobiles. Eſt autem res domeſtica, vel menſura vel menſurata. Menſura omnium eſt nummus, ſeu pecunia. Itaque ſit τι. Nummus. pecunia.

Diſtinctio pecuniæ ratione materiæ. Pecunia aurea, argentea, ærea. Diſtinctio pecuniæ ratione quantitatis. Pecunia grandior, minutior. Diſtinctio pecuniæ ratione vſus. Pecunia ad neceſſitatem, ein Nothpfenning. Pecunia ad decus & honorem, ein Ehrpfenning.

Sequitur res mobilis menſurata, quæ eſt vel vniuerſalior, vel reſtrictior. Et communior iterum eſt vel animata, vel inanimata. Animata res ſeu poſſeſſio domeſtica, eſt vel rationalis, vel irrationalis. Poſſeſſio animata rationalis, ſeu ſeruus quatenus conſideratur vt poſſeſſio, & ſpecies facultatis domeſtica.

Ancilla & ſerua. Animata irrationalis poſſeſſio ſiue pecus. Pecus domeſticum, pertinẽs ad nutritionem. Gallinæ, anſeres, anates, columbæ. Pecus domeſticũ pertinens ad cuſtodiã canis, felis. Pecus domeſticũ, pertinens ad delectationẽ. Simia, pſittacus, aues oſcines, catelli Melitæi. Pecus cãpeſtre ad nutritionem pertinens. Pecus armentarium. Boues. Vaccæ. Pecus gregale. Oues, arietes, capri, hœdi, agni. Pecus campeſtre ad vehendum & equitãdum pertinens. Equi. Equæ. Muli. Aſini.

Tantum de poſſeſſione animata: ſequitur inanimata; pertinens primò ad neceſſitatem, commoditatem & vtilitatem. Eſtque vel victus, vel ſupellex.

Victus domeſticus. Cibus domeſticus. Cibus domeſticus, ex terra creſcens. Fruges, legumina, olera, fructus hortenſes & poma omnis generis. Fructus ſilueſtres, vt fungi, &c.

Cibus ex animalibus, & primò quidem terreſtrib.

Carnes recentes. Carnes fumatæ. Carnes ſalitæ. Victus ex aquatilibus. Piſces recentes. Piſces fumati. Piſces ſaliti. Potus. Potus naturalis, tenuis, nempe aqua. Potus naturalis præſtantior, nempe vinum. Potus factitius, ſiue coctitius, ſeu cereuiſia. Cereuiſia ex hordeo. Cereuiſia ex tritico. Cereuiſia tenuis, fortior.

Tantum de victu domeſtico: ſequitur ſupellex domeſtica, quæ eſt vel ad vtilitatem & commoditatem; vel ad ornatum & ſplendorem. Supellex domeſtica ad neceſſitatẽ & vtilitatẽ pertinens, eſt vel veſtiaria, vel vaſaria, vel ſellaria, vel deniq. operaria.

Supellex veſtiaria primariò dicta. Veſtis interior. Veſtis linea. Veſtis exterior & materiata. Veſtis ad neceſſitatem & commoditatem. Veſtis ad honorem & decus.

Inſtrumenta quæ ad veſtes purgandas pertinent, vt ſunt ſetacea omnis generis.

Veſtis ſecundario dicta. Lecti & lectiſternia. Linteamina & lodices. Mappę. Mantilia. Stragula omnis generis.

Sequitur ſupellex vaſaria.

Supellex vaſaria culinaria. Inſtrumenta culinaria capientia. Ollæ omnis generis. Sartagines omnis generis. Inſtrumenta, ſeu vaſa omnis generis haurientia, & primò quidẽ maiora. Labra culinaria, lignea, ærea. Vaſa culinaria haurientia minora. Pelues, canthari, cochlearia. Vaſa culinaria vertentia, i.e. quæ nec capiunt, nec hauriunt, & tamen ad focum & culinam pertinẽt, vt veru, & id genus alia. Vaſa purgatoria extra culinam. Vaſa balnearia, & alia quæ ad balnea pertinent. Vaſa purgatoria extra balneum. Vaſa quibus aqua ſeruatur ad purgandum. Vaſa quibus aqua hauritur. Pelluuium. Vaſa cellaria, vt ſunt vaſa quibus vinum aut cereuiſia continetur, aut quibus cibus ſeruatur aut eximitur, aut in vaſa inditur. Vaſa menſalia & honoraria. Patinæ. Patinæ fictiles. Patinæ ſtanneæ, æreæ, argenteæ, aureæ. Canthari fictiles, ſtannei, aurei, argentei. Crateres & pocula fictilia, vitrea, ſtannea, ærea, argentea, aurea.

Tantum de ſupellectile vaſaria: ſequitur ſellaria.

Supellex ſellaria capiens. Spondæ, ciſtæ, armaria. Armaria pro veſtibus, pro victu. Supellex ſellaria ſuſtinens. Menſæ, ſcamna, ſellæ.

Reſtat ſupellex domeſtica operaria.

Securis. Securis maior, minor, aſcia, terebrum, malleus.

Tantum de ſupellectile domeſtica, pertinens ad neceſſitatem, vtilitatem & commoditatem: reſtat ad ornatum & ſplendorem.

Imagines & picturæ. Statuæ. Tapetia omnis generis.

Digitized by Google

Fuerunt inſtrumenta communia: ſequuntur ſtrictiora, quæ ſunt vel vulgatiora vel rariora. itaque ſit tit. Inſtrumentum domeſticum ſtrictius tractorum.

Vncinus. Funes omnis generis. Vectorium inſtrumentum. Carpentum & currus, atque inſtrumenta currilia. Rheda. Traha & vehiculum.

Inſtrumenta rariora.

Medicamenta domeſtica. Arma domeſtica. Bibliotheca domeſtica, & quæ ad illam. Inſtrumenta graphiaria ſiue ſcriptoria.

Fuit partitio & ſeries poſſeſſionum domeſticarum ſiue inſtrumentorum: ſequitur modus acquirendi poſſeſſiones domeſticas. Itaque ſit titulus nouus,

ACQVISITIO.

Amiſſio poſſeſſionum domeſticarum. Benedictio diuina in acquirendis poſſeſſionib. Prudentia acquiſitoria rerum domeſticarum. Imprudentia in acquirendo. Induſtria acquiſitiua rerum domeſticarum. Ignauia negligens acquiſitionem. Modus acquirendi, ſiue ſpecies acquiſitionis domeſticæ. Acquiſitio ſimplex. Acquiſitio ſimplex ordinaria. Acquiſitio ſimplex naturalis. Acquiſitio naturalis prima. Agricultura. Agricultura propriè & ſtricte dicta, quatenus diſtinguitur ab horti, vini cultura & pecuaria. Agricola propriè & ſtricte dictus, atque adeo ruſticus. Benedictio diuina in agricultura. Prudentia agricolæ circa ipſos labores culturæ. Induſtria agricolæ. Induſtria coniugis eius. Cultura agri proprii. Ἐμφύτευσις, ſiue cultura agri alieni pro certa penſione annua, atque adeo penſio ſeu canon annuus.

Obiectum agriculturæ, & primò quidem immobile, videlicet terra, ſiue ager.

Agrorum dimenſio. Agrorum limites. Limes, ſiue lapis terminans agros. Sepes agrorum. Foſſæ & aggeres agrorum. Sulci agrorum. Areæ agrorum. Partes agrorum maiores, ſiue iugera. Partes minores. Situs agri loco altiori. Situs agri loco humiliori & humidiori. Ager montoſus. Ager planus, lutoſus, arenoſus, ſaxoſus. Item, qui ex terra ante inculta, ſiluoſa vel paluſtri paratur. Vbi de modus quibus terra inculta ager fieri poſſit; item; de eradicatione arborum, & de ſiluis in agros conuertendis. Ager noualis & interquieſcens. Ager qui nimis diu interquieuit & poſtea reparatur. Ager fertilis, mediocriter, valde. Sterilis, plus vel minus. Ager ad viam regiam. Remotior à via. Habens ſeruitutem ſemitæ tranſeuntis, vel aliam eiuſmodi. Ager liber à ſemita & ſeruitute eiuſmodi.

Sic de obiecto immobili: mobile eſt fructus agrorum, ſiue fruges. Fruges æſtiuæ. Fruges hybernæ. Fruges propriè & primariò dictæ. Fruges ſecundariò dictæ.

Sequuntur inſtrumenta agriculturæ, quæ ſunt vel ordinaria, vel extraordinaria. Ordinaria inſtrumenta animata,

Serui ruſticorum & agricolarum. Ancillæ eorum. Regimen & victus ſeruorum agricolæ. Pecus, quo vtitur agricola ad culturam agri. Bos arator. Equus arator, ſiue ad agriculturam pertinẽs. Inſtrumenta agriculturæ inanimata; vbi de aratris, de ſarris, & aliis eiuſmodi inſtrumentis ruſticorum.

Extraordinaria inſtrumenta ruſticorum. Media quibus ager fœcundari poſſit, extraordinaria nempe, ſiue certa remedia ruſticorum. Media quibus ex agro ſterili fertilis reddi poſſit.

Tantum de inſtrumentis agriculturæ; ſequitur ipſe labor, ſiue actus agricolæ.

Labor ruſticus hyemalis, menſe Decembri, Ianuario, Februario. Labor ruſticus vernalis; Martii & Aprilis. Stercoratio vernalis; vbi de fimo & ſtercore agrorum. Aratio. Occatio ante ſemẽtem. Seminatio. Occatio poſt ſementem. Cura poſt ſementem & occationem. Benedictio diuina in vegetando ſemine. Tempeſtates opportunæ, atque adeo opportunæ pluuiæ. Tempeſtates noxiæ, imbres, grandines. Nimia humiditas agrorum. Nimia ſiccitas agrorum. Prima herba, ſeu herbeſcentia agrorum. Secunda herba agrorum. Flos frugum. Fruges iam maturæ. Meſſis, atque adeo metere fruges, & de meſſoribus, deque inſtrumentis eorum. Frugum confaſciatio, & collectio. Frugum deuectio in horrea. Aſſeruatio frugũ in horreis. Modi quibus fruges in horreis poſſunt à putredine & vermibus ſeruari. Trituratio frugum, & trituratores. Frugum cribratio. Stramen. Stramen integrum. Stramen ſectum. Paleæ. Seruatio frugum extra ariſtas. Aceruus frugum. Operæ ruſticæ menſe Septembri, ſiue autumnales. Operæ ruſticæ menſe Octobri, Nouembri.

Sic de operationibus agricolæ: ſequuntur ſpecies agriculturæ: eſt enim alia primariò dicta, alia ſecundariò. Primariò dicta circa fruges propriè dictas,

Triticum. Siligo. Hordeum. Auena. Agricultura circa ſecundariò dictas, id eſt, tales, quæ interdum in agris ſeminantur, ſed nõ primaria, vt Agricultura piſorum, fabarum, lendium, milii, lini, canabi, iſatis.

Tantum de agricultura propriè dicta: ſequitur Horticultura.

Horticultura ad neceſſitatem & vtilitatem. Horticultura pomariorum, ſiue horti arboribus

arboribus

Digitized by Google

arboribus conſiti. Hortulanus primarius. Inſtrumenta horti primarii, ſeu hortenſia. Partes artificiales horti: Partes artificiales externæ, vt ſunt, ſepes. Partes artificiales internæ, vt ſunt thoruli, areolæ, pergulæ, &c. Partes pomarii naturales. Pomarii ſitus. Pomarii diſtinctio. Partes naturales, creſcentes primariæ.

Arbores in pomario; & primo quidem arbores inquilinæ. Arbores maiorum fructuum. Malus. Pyrus. Malus cydonia. Nux. Prunus maior. Arbores minorum fructuum. Perſica. Meſpila. Prunus minor. Ceraſus.

Arbores exoticæ, ſiue peregrinæ, vt ficus, laurus, & ſimiles. Partes naturales creſcentes ſecundariæ, & primo quidē digniores, vt ſunt frutices & ſuffrutices omnis generis, qui iuxta arbores creſcunt, nempe vua criſpa, &c. Partes ſecundariæ viliores, vt herbæ & flores in pomario. Opera hortenſia in pomario hybernà, vt eſt munitio arborum aduerſus frigus.

Opera pomarii verna, Stercoratio pomarii. Amputatio. Germinatio ſpontanea. Germinatio per inſitionem, ſiue de inſitione: Inſitio ſurculi eiuſdem generis. Inſitio ſurculi diuerſi generis. Cura inſitorum & munitio. Seminarium, ſiue locus vnde tenellæ plantæ transferuntur in hortum, vt denuo ibi plantentur. Cura floris arborum & tempus, ac cautiones circa flores obſeruandæ. Præſeruatio arborū à pruina. Præſeruatio contra erucas & alia inſecta. De cura ſiderationis & aliorum morborum in arboribus. Media promouendi fœcunditatem arborum ſingularia. Tranſplantatio arborum iam adultarum de loco in locum. De mutatione mirabili qualitatis in fructibus, vt cum ex pomis acetoſis redduntur dulcia. De permutatione fructuum in eadem arbore; vt cum ex pyro producuntur meſpila. De fructibus decerpendis. De fructibus ſeruandis à putredine. Pomarium comparatum ad amœnitatem & delectationē magis, quam ad neceſſitatem & vtilitatem. Viridarium: Thoruli & areolæ, ad delectationem & ſplendorem. Xyſti, pergulæ & ædiculæ ad delectationem.

Sic de horto pomario: ſequitur herbaceus vel herbarius.

Hortus medicus. Hortus communis, herbarum tamen medicatarum. Herbæ medicatæ. Thoruli & areolæ ad herbas medicatas. Cura herbarum medicatarū. Vſus herbarum medicatarum per ſe. Vſus herbarum medicatarum quoad ſuccos. Vſus herbarum medicatarum, quoad aquas, atque adeo de deſtillatione aquarum ex herbis medicatis. Frutices medicati, vt eſt roſmarinus, roſa, ſaluia. Locus fruticum in horto medicato. Cura fruticum in horto medicato. Inſtrumenta pertinentia ad hortum medicatum. Herbæ coronariæ, quarum nempe vſus non tam eſt in medicina, quam ad ornatū & ſplendorem, vt ſunt Thulipa, corona imperialis, &c. Thori & areolæ herbarum coronatiarum. Cura herbarum coronariarum. Conſeruatio herbarū & florum coronariorum.

Sequitur hortus oleraceus.

Olera. Olera maiora, vt braſſica, beta, portulaca, ſinapi, cucumeres. Olera minora, alliū, cæpe, petroſelinum, lactuca, & ſimiles. Hortulanus oleraceus. Inſtrumenta horti oleracei. Cura olerum maiorum. Cura olerum minorum. Diſtinctio oleracei horti in areas.

Sequitur cura horti lupularii.

Hortus lupularius. Fundus, in quo lupulus feliciter, vel infeliciter prouenit. Lupulus & eius varia genera. Lupuli cultor. Lupuli culturæ operarii. Lupuli inſtrumenta, pedimenta & ſuſtentacula lupuli. Cura lupuli hyemalis. Cura lupuli verna. Cura lupuli æſtiua, autumnalis, ſiue aſſeruatio lupuli, & remedia contra corruptelas.

Reſtat cura ſilueſtris.

Silua cædua. Arbores materiaceæ, vel materiariæ. Arbores focales. Frutices & virgulta in ſiluis. Cura ſiluana. Cura circa arbores materiarias. Cura circa arbores focales. Cura circa id, quod ex arboribus producitur. Cura reſinæ ex arboribus profluentis. Cura picis. Cura cinerum & diuerſa cinerum genera.

Sequitur Viniculura.

Vini cultor. Inſtrumēta viniculturæ. Operarii ad vini culturam conducendi: Vinea. Vineæ qualitates & notæ. Vinea montana. Vinea in plano. Vites & varia earum genera. Vites ſponte prouenienter. Vitium plantatio. Vitium inſitio. Vitium ſuſtentacula & pedimenta quibus alligantur. Vitium cura hyemalis. Vitium munitio aduerſus frigus. Vitium cura vernalis. Stercoratio vineæ. Foſſio & paſtinatio. Amputatio vitium. Nocumenta vitium à pruina & frigore verno. Cura vitium æſtiua. Cuſtodia vinearum. Sepes vinearum. Vindemia. Calcatio vuarum. Torcular. Vinum recens ſiue muſtum. Vini efferueſcentia. Vuarum per hyemem aſſeruatio. Notæ Vini boni. Virtutes vini boni. Vinum candidum. Vinum rubellum. Vinum natiuum. Vini conſeruatio in vaſis & cellis, atque adeo remedia aduerſus nocumēta vini. Corruptelæ & mixturæ vini. Vinum Græcum, atque adeo Creticum, ſeu Maluaticum. Vinum Hiſpanicum.

Gallicum. Rhenanum. Vngaricum. Francicum. Marchiacum. Vini deſtillationes. Vinũ aduſtum, aromaticum. Vinorum factiriorum varia genera.

Sic de agricultura tam primario, quam ſecundario dicta: ſequitur modus acquirendi naturalis à primo ortus; qui eſt vel pecuarius vel foſſarius.

Pecuaria. Pecuaria mãſueta. Pecuaria manſueta terreſtris. Pecuaria manſueta terreſtris armentaria, ſiue maioris pecoris. Pabulum pecoris armentarii. Eductio armentorum in prata. Prata. Genera pratorum. Cura pratorum. Eductio pecoris in campos & agros, à pratis diuerſos. Paſcere pecora. Paſtor proprii pecoris. Paſtor mercenarius. Reducere pecus domum. Stabula armentorum. Præſepe armentorum. Stragula armentorum. Pabulum quod præbetur pecori in ſtabulo de æſtate. Pabulum quod præbetur pecori in ſtabulo tempore hyemis. Fœniſecium. Fœnale. Fœni aſſeruatio. Pabulum ſecundarium, quod datur pecori domi, vt rapæ, ſtramen, &c. Pecus armentarium ad victum pertinens. Vitulus. Pabulum vitulorum. Cura vitulorum. Bouillus, ſiue taurellus. Caſtratio taurellorum poſtquã boues proprie dicuntur. Boum pabula. Boum ſtragula. De ætate bouis agnoſcenda. De boũ morbis, eorumque remediis. Bos altilis. Boum ſaginatio. Exploratio ſaginati, vel male vel bene bouis. Bos arator. Bos vectorius. Taurus. Tauri pabulum. Tauri cura. Vitula. Vacca. De generibus vaccarum. De ætate vaccæ agnoſcenda. De agnoſcẽda vaccarum fœcunditate & vbertate. De morbis vaccarum, earumque remediis. De earum pabulo, ſtragulo. De earum vberibus & lacte. De lactiſugio. De inſtrumentis lactiſugii. De cura lactis. De parando butyro. De vaſis butyraceis. De butyro pingendo & colorando. De butyro recte ſeruando. Serum lactis. Coagulum lactis. Caſeus, & eius natura. De parandis caſeis. De ſeruandis caſeis. Caſeorum varia genera. De vaccis prægnantibus. De partu vaccarum.

Fuit pecus armentarium ad victum pertinens: ſequitur pecus armentarium ad vſum vectorium pertinens.

Equus. Equuleus. Caſtratio equuleorum. Genera equorum. Notæ generoſi equi. De ætate equi agnoſcenda. De cura equorum in genere. De pabulo equorum. De ſtabulo, ſtragulo, equiſonibus. De inſtrumentis ad curam equorum, vt de ſtrigili & ſimilibus. De domatione equorum. De ornatione & coloratione equorum. De purgatione, aquatione equorum & natatione. De vrinatione equorum. De equorum exercitiis. De equorum munitione quoad pedes, atque adeo de ſoleis ferreis. De equorum vulneribus, & eorum cura. De debilitatione & nimia defatigatione equorum, eiuſque cura. De cæcitate, eiuſque præſeruatione in equis. De variis aliis morbis equorum, eorumque cura & remediis. Equorum diſtinctio ex qualitatibus, atque adeo equus generoſus. Equa generoſa. Equi minus generoſi & viles, atque etiam equæ.

Diſtinctio equorum ex ortu.

Equus Turcicus. Neapolitanus. Hiſpanus. Friſius. Germanus. Polonus, &c.

Equorum diſtinctio ex vſu.

Equus Equitarius. Equitarii equi inſtrumenta. Ephippium. Frena. Stapedes. Calcaria. Virgula. Equitarius communis. Equus equitarius generoſior. Phaleræ & ornamenta generoſi equitarii. Gradarius. Refractarius. Excuſſorius. Equiſones, ſiue magiſtri equorũ equitariorũ, qui equos domãt & cõſuefaciunt. Ars conſcendendi equum. Ars equitandi. Ars deſcendendi. Cura equi equitarii in ſtabulo, extra ſtabulũ. Equus veredarius, ſeu poſtarius. Equus vectorius. Equus vectorius currus onerarii. Equus vectorius currus celerioris, ſiue rhedarius equus. Equus vectorius currus celerrimi. Equus arator ſiue ruſticus. Equus molendinarius, qui in molendinis laborat ad aliquid ibi trahendum. Cura mulorum. Pabulũ mulorum. Morbi mulorum & remedia. Cura aſinorum. Pabula. Morbi & remedia aſinorum.

Tantum de pecore armentario: ſequitur pecus gregale.

Genera ouium. Natura ouium. Qualitates & notæ ouium. Ouiũ notatio, ſiue ſignatura. Paſcua ouium. Paſcere oues proprias. Opilio mercenarius. Aquatio ouium. Educere oues ad paſcua. Reducere à paſcuis. Ouile. Pabulum ouium, quod domi datur. Pabulum quod hyeme datur. Pabulum quod æſtate datur. De ſale præbendo ouibus. Saginatio ouium. Cura morborum, qui oues infeſtant. Lac ouium. Caſeus ex lacte ouium. Aries. Domatio arietis indomiti. Admiſſio, ſeu admiſſura arietis. Veruex, ſiue aries caſtratus, & caſtratio arietum. Agni. Cura agnorum. Tonſura ouium. Lana. Pellis. Fimus ouium. Capra. Caprarum genera. Caprarũ natura, proprietates & notæ. Caprarum paſcua. Caprarum lac. Caſeus ex lacte caprino. Morbi caprarum & earum cura. Capellæ. Caper. Caper admiſſarius, & admiſſura capri. Morbi caprarum & eorum cura. Hœdi & hœduli. Porcus. Pa-

cus. Paſcua porcorum. Subulcus. Pabulum porcorum domeſticum. Sagina porcorum. Morbi porcorum & eorum remedia, præſertim autẽ ea quæ ſunt contra grandines. Scropha. Scropha prægnans. Partus ſcrophæ. Porcelli. Verres. Verres admiſſarius & admiſſura verris. Verres caſtratus & caſtratio. De mactatione porcorum. De adipe. De lardo. De corio. De farciminibus, &c.

Tantum de pecoribus manſuetis terreſtribus: ſequuntur pecora manſueta volatilia.

Volatilia primario dicta. Volatilia primario dicta maiora. Volatilia maiora vulgatiora. Gallina. Gallinarum natura, proprietates & notę. Modus quibus terreri poſſint gallinæ ne euagentur. Nidus gallinarum. Pabulum gallinarum. Excluſio ouorum. Oua. Prohibitio, ne gallinæ oua exhauriant. Auerſio nocumentorum à gallinis, ſiue illa nocumenta ſint ab animalibus generi gallinaceo infeſtis, ſiue à morbis certis, quorum remedia ſub hoc titul. ponenda ſunt. Saginatio gallinarum. Saginatio in corbe. Extra corbem ſaginatio. Admiſſio gallinarum ad foturam ouorum. Excluſio pullorum. Pulli, & eorum pabula ac cura. Gallus gallinaceus. Caſtratio galli. Capus. Saginàtio caporum. Cura morborum, quibus galli & capi ſunt obnoxij. Anſeres. Natura, qualitates, & notæ anſerum. De agnoſcendo diſcrimine ſexus in anſeribus. Diſtinctio & genera anſerũ. De pabulo anſerum. De paſcuis anſerum. De aquatione. De ouis anſerum. De fotura ouorum & excluſione. De pullis anſerinis. De deplumatione anſerũ. Plumæ anſerinæ. Tractatio plumarum anſerinarum, earumque ſeruatio. De ſaginatione anſerũ. De morbis anſerum, eorumque cura. De fimo anſerino. Anates, eorumque natura, qualitates & notæ. De diſcrimine ſexus in anatibus agnoſcendo. De paſcuis. De aquatione & paludibus. De ouis anatum. De fotura & excluſione ouorũ. De pullis anatum. De ſaginatione anatum. De morbis anatum eorumque cura. De fimo anatum.

Sic de volatilibus maioribus communioribus: ſequuntur volatilia maiora rariora. Gallinæ Indicę, vel Calecuticæ. Qualitates & notæ gallinarum Indicarum. Nidus. Pabulum. Oua gallinarũ Indicarum. Fotura & excluſio ouorum. Pulli Indici. Morbi gallinorum Indicorum, eorumque cura. Gallus Indicus. Eius proprietates & notæ. Eius nidus. Pabulum. Morbi & cura eorum. Mactatio, & quæ circa eam conſiderantur. Pauo & eius natura, proprietates & notæ. Pauo fœmina. Eius nidus. Pabulũ. Oua. Fotura ouorum & excluſio. Pulli. Morbi pauonum fœminarũ, & eorum cura. Pauo mas. Eius nidus & pabulum. Morbi, eorumq; cura. Pauonum diuerſa genera à coloribus. Vſus ex pauonibus. Pauonum caudæ & plumæ. Cygnus qui domi fouetur. Cygnorum naturæ & proprietates ac notæ. Cygnorum oua. Fotura & excluſio ouorum. Pulli cygnorum. Cygnorum morbi, eorumque cura.

Sic de volatilibus primario dictis maioribus: ſequuntur minora.

Columbæ, earumque proprietates & notę. Columbarum varia genera. Columbarum vtilitas. Columbarium. Aſſuefactio columbarũ vt maneant in columbario. Aſſuefactio vt alias eliciant. Columbarum pabulum. Oua. Fotura & excluſio ouorum. Pipi, ſeu pulli columbini. Saginatio piporũ. Columbus. Morbi, eorumque cura. Turtures. Turturum natura & proprietates. Turturum diſtinctiones & genera. Turturum cura, quoad pabulum & res alias. Turturum morbi & eorum cura.

Sic de volatilibus domeſticis primario dictis: ſequũtur volatilia ſecundario dicta, videlicet APES.

Apum natura & proprietates ac notæ. Genera apum. Rex apum. Regimen apum. Tumultus apum, & quomodo compeſcendus. Paſcua apum. Nocumenta apum, & quomodo auertenda. Fuci, ſeu apes inutiles quomodo pellẽdi, ne melli noceant. Aluearium apum. De aluearío ponendo. De inſtrumentis alíis ad rem apiariam pertinentibus. De artibus, quibus apes retinentur & augentur. De artibus, quibus apes in aluearia congregantur. Confectio mellis. Medicamenta ad promouendum mellificationem apum. De aluearío hortenſi, & de confectione mellis in hortis. De aluearío ſilueſtri & confectione mellis in ſiluis. De mellis exemptione. De purgatione aluearíorum. Natura, proprietates & vſus mellis. Natura, confectio, & proprietates mulſi. Diſtinctiones & genera mellis. Cera. Ceræ proprietates. Ceræ diſtinctiones & genera.

Diſpoſuimus pecuariam manſuetam: ſequitur pecuaria ferina; quæ eſt vel terreſtris, vel volatilis, vel aquatica. Terreſtris generali nomine, VENATORIA *dicitur.*

Venatoria primario dicta. Venatio. Partes venationis. Fotura ferarum. Veſtigatio ferarum. Inſecutio & perſecutio ferarũ. Venator. Canes ferinæ & earum cura ac conſeruatio. Venationis locus opportunus. Saltus. Nemus. Sylua. Locus venationis montoſus. Locus plenus. Tempus venandi. Inſtrumenta venatoria. Inſtrumenta venatoria animata. Homines

adminiſtri venationis. Equus venatorius & eius cura. Canes venatici. Canes veſtigatorii. Canes venatorii in ſpecie dicti. Cura canum venaricorum, atque adeo remedia contra morbos eorum. Pabulum canum venaticorum. Ornamenta canum venaticorum. Cynagogi. Aues venaticæ. Accipitres. Cura accipitrum. Pabula accipitrum. Magiſtri & formarores accipitrum. Falco venatorius, ſiue niſus. Cura falconum & niſorum. Pabulum eorum. Formarores eorum. Inſtrumenta venatoria inanimata. Venabulum. Retia venatoria. Cornu venatorium, & eius vſus, atque adeò vociferationes venatoriæ.

Sequitur diſtinctio venationis, ac primo quidem venatio maiorum feræ.

De fera maiori fouenda, inueſtiganda, inſequenda & capienda. Venatio feræ maioris communioris. Venario vrſorum. Venatio aprorum. Luporum. Modi quibus paterf. damna luporum præcauere poſſit. Venatio ceruorum. Capreatum. Venatio feræ maioris rariotis. Venatio lyncis. Alcis. Vrorum. Rupicaprarum. Venatio minoris feræ. Venatio leporum. Fotura leporum. Veſtigatio leporũ. Canes leporibus venandis accommodati. Aues leporinæ, venationi accommodatæ. Venatio vulpium, & quæ circa eam ſingulariter obſeruantur. Venatio cuniculorũ. Sciurorum. Lutrarum & aliorum eiuſmodi animalium noxiorum, & non ad cibum adhibendorum.

Tantum de venatione primario dicta: ſecundario dicta habet hos ſubtit.

Viuarium. Fotura ferarum in viuario. Veſtigatio in viuario.

Tantum de venatione, atque adeo pecuaria ferina terreſtri: ſequitur volatilis, ſiue aucupium. Aucupium primario dictum.

Aues. Caro auium & modus eas ſeruandi. Locus aucupio aptus. Locus ſiluoſus, ſaltuoſus, montanus, planus. Tempus aucupio aptũ. Auceps. Inſtrumenta aucupum. Inſtrumenta animata. Homines adminiſtri aucupii. Aues quibus aliæ aues capiuntur. Accipitres, aliæque aues quæ emittuntur ad capiendum. Noctuæ aliæque aues illices, quæ non emittuntur, ſed tantum eliciunt alias.

Inſtrumentũ animatum rarius ad aucupandum, nempe canes qui emittuntur ad aues capiendas.

Inſtrumenta aucupii inanimata. Pertica auceps. Viſus. Eſca ad aucupandum & laquei. Decipulæ ad aucupandum & earum varia genera. Aucupium in aere. Aucupium in aere maiorum auium. Aucupium maiorum auium communius. Aucupium palumborũ. Turturum. Accipitrum. Ardearum. Cygnorum ſylueſtrium. Anſerum ſylueſtrium. Gruum. Coruorum. Cornicum. Vulrurum. Miluorum. Tetracum. Perdicum, gallinarum ſylueſtrium. Attaginum, ficedularum.

Aucupium auium maiorum rariorum.

Aucupium aquilarum. Struthionum, pſittacorum. Vbi de pſittacis, & eorum variis generibus & aſſuefactione. Aucupium auium minorum. Aucupium picarum, ſturnorum. Canabæorum, Canariarum auicularum. Auc. acanthis, alaudæ. Aurinirtis. Carduelis. Coturnicis. Fringillæ, luſciniæ, ſiue philomelæ: vbi de philomelæ modulationibus & aſſuefactionibus. Auc. merulæ. Pari. Querquedulæ, rubellionis, vel Rubeculæ. Rubicillæ. Finnunculi. Trochili. Troglodytæ, paſſeris, turdi.

Sic de aucupio in aere. Reſtat aucupium in aqua.

Aqua aucupiis opportuna. Inſtrumenta aucupii aquatilis. Canis aquaticus. Decipulæ aquaticæ. Eſca aquatica. Aucupium anarum ſylueſtrium in aquis. Aucupium cygnorum ſylueſtrium in aquis. Aucupium fulicum & gallinarum. Aucup. mergorum, atque adeo etiam vrinatricum. Aucupium auium circa aquam volantium. Aucupium alcedonum vel halcyonum.

Sic de aucupio primario dicto tum in aere, quam in aquis: reſtat ſecundario dictum aucupium.

Viuarium auium. Nidi auium quæ manſuetis vicinæ ſunt. Nidus ciconiarum ad domum patrisfam. Ciconia & eius natura. Aduentus ciconiæ. Fœtificatio ciconiæ. Migratio ciconiæ. Nidi hirundinum ad ædes patrisfam. Hirundines & earum proprietates. Aduentus hirundinum. Euaneſcentia hirundinum. Diſſipatio auium noxiarum à ſemente & frugibus. Terriculamenta paſſerum. Paſſer & eius natura. Nidi paſſerum. Terriculamenta coruorum & cornicum. Diſſipationes veſpertilionum. Veſpertilionum natura.

Sequitur Piſcatura.

Piſcis & eius natura. Piſcis marinus. Piſcis fluuiatilis. Piſcis recens. Piſcium fœtura. ἰχθυοτροφεῖον, i. e. vbi ſeruantur piſces recentes. Piſcis exanimis. Piſcis ſiccatus & aridus. Piſcis ſalitus. Piſcis infumatus. Tempus capiendorum piſcium. Semen piſcium. Captura piſcium vernalis. Captura piſcium æſtiua, autumnalis, hyemalis & ſupra glaciem. Artificia capiendorum piſcium, atque ex fundo ac latibulis retrahendorum. Inſtrumenta capiendorum piſciũ. Hamus & piſcatura per hamũ. Eſca quę hamo appenditur. Naſſa & rete. Corbis, quo capiuntur piſces. Eſca quæ inicitur corbibus.

Piſcan-

Digitized by Google

Piſcatores qui in ſuo eapiunt. Piſcatores qui in alieno capiunt. Captura piſcium marina. Scaphæ piſcatoriæ. Captura piſcium fluuialis. Captura piſcium in lacubus, in ſtagnis, in riuulis, in piſcinis. Piſcina. Fundus piſcinæ opportunus, & eius notæ. Foſſio piſcinarum. Aggeres piſcinæ. Immiſſio aquæ in piſcinam. Emiſſio aquæ è piſcina. Purgatio piſcinæ. Cuſtodia piſcinarum. Captura piſcium in ſpecie. Piſces proprie dicti. Piſces maiores. Piſces maiores cum ſquamis. Piſces marini. Balænæ & ſimiles piſces magni. Sturio. Salmones. Aſelli, ſub quo nomine comprehenduntur, Bergerfiſch. Item, Pomochlen. Aſelli recentes, aridi, ſaliti. Haleces. Haleces conditaneæ, aridæ. Paſſer marinus, Schollen / qui & pectines dicuntur. Piſces ſquamigeri fluuiatiles maiores. Lucius & eius variagenera. Carpio. Mullus, ſeu barbus. Aloſa. Phexinus. Praſiurl. Coracinus. Rubiculus. Anſa. Piſces ſine ſquamis. Muſtela, vel lacertus. Merula lacuſtris. Thymalus. Anguilla. Lamprada. Leuis muſtela. Piſces minores, Aurata, ſeu ſolaris, quæ & *Trota*, qui piſcis etiam ad maiores pro diuerſitate refertur. Muræna. Perca. Melanurus. Bdella. Alburnus. Fundulus. Gobio fluuiatilis. Tencha.

Sic de piſcibus proprie dictis, eorumque captura: ſequitur captura piſcium impropriè dictorum.

Cancer. Cancer marinus. Cancer fluuiatilis. Tempus quo boni ſunt cancri. Ratio ſaginandi cancros. Modus ſeruandi cancros. Cochleæ, quæ ſunt eſui. Ranæ quatenus eſui.

Reſtat inter naturales modos acquirendi foſſoria.

Fodinæ minerales, vbi omnis generis ſucci & terræ effodiuntur. Mineralium tractatio. Metallifodinæ. Aurifodinæ. Argentifodinæ. Æriſfodinæ. Stannifodinæ. Ferrifodinæ. Plumbifodinæ. Metallorum purgatio. Tractatio metallorum chymica & alchymia, quatenus habet in ſe aliquid vtile ad rem domeſticam. Probæ metallares. Salisfodinæ. Sal foſſile. Sal coctile. Officinæ ſalis coquendi. Lapidicinæ, ſiue Lithotomiæ. Gemmilegium. Margaritæ. Gemmæ, ſiue lapides pretioſi, qui extra mare inueniuntur. Gemmarii, qui gemmas legunt, & iis negotiantur. Succilegium. Succinum.

Tantum de modo acquirendi naturali: ſequitur modus acquirendi magis artificialis: ac primò quidem permutatio rei cum re.

Permutatio rei cum re ad neceſſitatem. Res permutãdæ. Perſonæ permutantes. Gentes inuicem permutãtes. Permutatio rei cum re ad vtilitatem & lucrum.

Poſt permutationem ſequitur negotiatoria, quæ eſt vel propriè vel analogice dicta. Itaque ſint ſubtituli:

Mercatura proprie dicta. Mercatores. Prudentia mercatoria. Iuſtitia mercatoria. Solertia mercatoria. Merx. Actus mercatorii. Emere vt vendas. Emere tempeſtiue. Emere caute. Pretium. Pretium præſens. Pretium in dies, ſiue tempus, borg. Vendere, ſeu venditio. Damnum. Lucrum. Debita contrahere, & non eſſe ſoluendo. Foro cedere. Bonis cedere. Publicatio & ſubhaſtatio bonorum. Mercatura primario dicta dignior & ſummaria. Mercatura ſummaria diſtincta ex obiecto, ſeu re quâ negotiamur. Mercatura rerum ad victum pertinentium. Mercatura frumenti ſeu frumentaria & mercatores frumentarii. Dardanarii, & flagellatores annonæ frumentariæ. Mercatura vinaria. Mercatura leguminum, olerum, carnium, adipis, butyri & lardi. Mercatura piſcium, & primo quidem recentium. Mercatura piſcium conditaneorum, atque adeo halecum. Mercatura piſcium aridorum. Mercatura cereuiſiaria. Aromatica, Gewürtzhandel. Aromatica ad victum. Aromatica ad ſanitatem, qualis eſt pharmacopolarum. Pharmacopæus. Pharmacopolia, ſeu officinæ pharmaceuticæ. Mercatura aromatica ad voluptatem & delectationem, qualis eſt pollinctorum & ſeplaſiariorum. Mercatura rerum pertinentium ad amictum. Mercatura lini, canabis, lanæ, pellium pretioſarum, zibellinarum, lyncearum, martiarum. Mercatura pellium minus pretioſarum. Mercatura panni pretioſioris, ſiue Anglici. Mercatura panni communis. Mercatura corii, ſerici, & materiarum ſerico vicinarum, vt eſt pannus vndulatus, &c. Mercatura rerum ad commoditatem pertinentium; & primo quidem naturalium. Mercatura ligni, cineris, picis, mellis, ceræ. Mercatura rerum mineralium, ſuccini, rerum mineralium quæ terrâ effodiuntur; vt ſunt, colores varii. Item, minerale ferri, argenti viui. Item vitrioli, &c. Mercatura pulueris tormentarii, qui ex mineralibus conficitur. Mercatura Salis, metallorum; & primo quidem plane naturalium, vt ferri, ſtanni, plumbi. Mercatura, metallorum factitiorum vt orichalci ſeu æris paratitii.

Fuit mercatura rerum naturalium: ſequitur mercatura rerum artificialium.

Mercatura rerum artificialium ad ſupellectilem domeſticã & rem priuatam pertinentiũ, vt eſt mercatura eorũ, qui negotiantur & veſtibus iam paratis & vaſis domeſtici para-

tis, vt candelabris, patinis; ollis, item omnis generis ferramentis, quam vulgo hodie *Negotium* vocant. quò etiam pertinent illi qui aureis & argenteis vaſis negotiantur. Mercatura ſupellectilis magis ad Remp. pertinẽtis. Mercatura librorum. Bibliopola. Officina libraria, ſeu bibliopolium. Mercatura armamentaria. Mercatura armamentaria minor, ſiue eorum, qui armis minoribus negotiantũt. Mercatura armamentaria minor.

Fuit diſtinctio mercaturæ ex obiecto: ſequitur diſtinctio eius ex circumſtantia loci.

Mercatura terreſtris, ſiue quæ terrâ exercetur. Mercatura marina, aut etiam fluuiatilis.

Sequitur diſtinctio mercaturæ ex cauſa.

Mercator ſolitarius, qui per ſe ſolus negotiatur. Mercator qui per inſtitorem negotiatur, vulgo *factorem* vocant. Inſtitor, ſeu Factor. Mercator qui ſine ſocio negotiatur. Mercator ſocialis, qui cum ſocio negotiatur.

Societas. Socii. Diſtinctio mercatorum ex accidentibus.

Mercatura nundinaria, quæ nundinis publicis exercetur. Nundinæ quatenus ad rem domeſticam pertinẽt. Mercaturæ extra nundinas.

Tantum de diſtinctionibus mercaturæ propriè dictæ ſummariæ: ſequuntur eius inſtrumenta, quæ ſunt vel animata vel inanimata.

Famuli mercatorii. Patatitii. Rationarii. Inſtrumenta inanimata. Omnis generis vaſa mercatoria. Omnis generis granaria mercatoria. Libri rationarii mercatorum, ſiue libri acceptorum & expenſorum, atque adeo rationes mercatoriæ, das Buchhalten.

Sic de mercatura ſummaria & digniori, ac perfectiori: ſequitur indignior & imperfectior, quando nempe aliquid à ſummariis mercatoribus emitur, vt minutim vendatur.

Propolæ, ſiue ii, qui emunt à primariis mercatoribus, eorumque artes ac diſtinctiones, quæ ſumuntur ex mercatura ſummaria. Propolæ rerum ad victum pertinentium; & primò quidem frumenti, leguminum, olerum, carnium, piſciũ, vini. Hederæ, ſiue ſigna quibus vtuntur vinipolæ. Cereuiſiæ propolæ, itẽ, mulſi, & ſigna eorum. Propolæ rerum aromaticarum. Propolæ rerum ad victum pertinentium. Propolę rerum precioſarum ad veſtitum pertinentium, vt ſerici, panni precioſioris, vel etiam communioris. Propolæ rerum veſtiatiarum, & primò quidem veſtium iam paratarum. Propolæ rerum nouarum, rerum veterarum, vt qui veteres veſtes & ſupellectilem omnis generis vendunt. Forum veterarium.

Sic de mercatura propriè dicta, tum ſumma, tum minuta: reſtat impropriè dicta, quando non tam negotiamur mercibus, quam pecuniâ, quæ & numularia dicitur.

Numularia generalis, quæ & *Vſura*, & *Fœneratio* dicitur. Vſura legitima. Vſurarii legitimi. Vſurarii & fœneratores illegitimi. Cãbium. Aſſecurationis vſura. Vſura, quæ non ex pecunia capitur, ſed ex locatione fundi, ſiue arendatione. Arendator. Arendatatius. Vſura quæ capitur ex ædibus locatis. Precium locationis. Vſura quæ capitur ex veſtibus & ſimilibus rebus locatis.

Tantum etiam de Numularia: ſequitur acquiſitio operaria, quæ conſideratur dupliciter: primo ratione officii publici; ſecundo, ratione operis priuati. Sit itaque titulus: Acquiſitio ex officio publico.

Acquiſitio ex officio ſacro, ſiue munere Eccleſiaſtico. Acquiſitio ex munere Eccleſiaſtico primario. Secundario, vt ſunt æditui templorum, & ſimiles qui templis ſeruiunt. Acquiſitio ex officio politico. Acquiſitio ex officio politico vniuerſali, ſeu pertinente ad totam formam Reip. Acquiſitio ex officio conſiliarii principis, & Reip. Acquiſitio ex officio præfecti principis. Acquiſitio ex officio ſpeciali in Rep. Acq. ex officio ſpeciali eminentiori, vt ex officio cancellarii, mareſcalli, &c. Acq. ex officio minus eminenti, vt ex officio ſecretarii, officio quæſtoris. Acquiſitio ex officio militari in Rep. Acquiſitio ex officio militari, eminẽte, vt officio ducis generalis, præfecti equitum vel peditum. Acquiſitio ex officio militari minus eminenti, vt ex officio centurionis, vexilliferi, &c. Acquiſitio ex officio ſcholaſtico.

Tantum de acquiſitione officiaria: ſequitur operaria priuata, quæ eſt vel artium interiorum, vel exteriorum. Sit itaque tit.

Acquiſitio per artes interiores. Acquiſitio per artem Grammaticam, per Poeticam, per Rhetoricam, & eloquentiam. Acquiſitio aduocatorum. Acquiſitio Oratorum extra iudicium, vt ſunt illi qui ad nuptias, ad funera inuitãt. Acquiſitio per artem Logicam, per Muſicam, per Iuriſprudentiam, per Medicinam, per artes mathematicas, quatenus nondum conſiderantur in externo opere.

Acquiſitio per artes externas, quæ verſantur in externo opere, & poſſunt dici OPIFICIA. *Itaque ſit tit. Opificia.*

Opifices. Socii opificum, ſiue adminiſtri. Opificum tyrones. Opificia excellentiora; & primò quidem circa hominis ſanitatem. Pharmacopœi conſiderati, h. l. quatenus pharmaca

maca efficiunt, non quatenus ea vendunt. Chirurgi. Opificia excellentiora, verſantia circa hominum commoditates & delectationes. Typographia & typographi. Bibliopegi, ſiue compactores librorum. Pictores. Picturæ excellentes. Pictores coloribus. Pictores acu. Sculptores. Statuarii. Cælatores. Fuſores. Fidicines & muſici omnis generis, tibicines itē conſiderati ſecundum operis externi productionem. Aurifabri. Monetarii. Ferrifabri. Acuum fabri. Gladiorum fabri. Fabri telorum tormentorum. Tomentarii, & baliſtarii. Auratius, ſeu inaurator. Bractearius. Annularius. Thoracopæi ſeu thoracum ferreorum fabri. Buccularius. Lãcearum fabri. Clypeorum fabri. Stannifabri. Lapicidæ, λιθοτόμοι. Latomi marmorarii, qui circa marmor laborant. Metallorū politores. Gemmarū politores. Tornatores. Tornatores ex oſſibus, vel cōmunib. vel precioſioribus. Tornatores ſuccini, lignorum. Tinctores omnis generis. Chartarii qui papyrum vel chartam conficiunt. Architecti ingenioſiores, qui laborant circa ædificia humanis vſibus neceſſaria. Lignifabri. Arcularii. Clinopœi. Vietores, qui vaſa omnis generis & tonnas conficiunt. Feneſtrarii. Specularii. Murarii. Cæmentarii. Laterum coctores. Opifices, qui verſantur circa amictum hominis. Textores. Lanifici. Carminarii lanarum. Carminarii plumarum. Alutarii. Pelliones. Interpolatores. Sartores. Sutores. Rerum ſericarū confectores, quæ ad amictum pertinent, vt ſunt confectores torulorum, ſiue funiculorū ſericorum. Phrygiones. Confectores globulorum. Confectores pileorū. Opifices, qui pertinent ad victum hominis. Molitores. Molendinum ſiue mola. Lapis molaris. Piſtores. Lanii. Fartores. Salſamētarii. Coqui. Cereuiſiæ coctores & modi cereuiſiam coquendi, ſiue omnia, quæ ad artem *braxatoriam*, vt vocatur, pertinēt, quatenus ſcilicet per eam cupit aliquid acquirere paterf. Caupones, Caupona. Popinarii. Popina. Cupediariū & artium Apidianarum profeſſores, vt ſunt illi qui placentas omnis generis parant & ſimiles.

Opifices qui verſantur circa munditiem corporis humani.

Balneatores. Tonſores & Comptores. Vnguētarii & vnctores. Saponarii, ſiue ſmegmatum confectores. Opifices, qui verſantur tantum circa inanem oblectationem. Hiſtriones. Comœdi. Scenici, Funambuli. Circulatores, & præſtigiatores. Ganeones. Lenones & ſimilium artiū profeſſores. Opifices, qui verſantur partim circa homines, partim circa res humanas. Nautæ artificioſi. Naupegi. Aurigæ artificioſi. Rhedarii. Plauſtrarii. Carpentarii. Opifices qui verſantur circa beſtias magis quam homines. Informatores equorum. Canum, vrſorum, & circumductores, auiū item. Ephippiarii & qui phaleras equorum conficiunt. Opifices qui verſantur circa mortuos. Veſpillones. Libitinarii. Pollinctores.

Hucusque de modo acquirendi per artificia: ſequitur modus acquirendi mercenarius per locatam corporis operam, ſine arte & induſtria peculiari. Sit itaque tit.

Mercenarius.

Merces danda mercenario. Merces in tōtū opus, Verdlohn. Merces in diem. Demenſum cibi diurnum, quod mercenario datur. Mercenarius ad mouendum tantum. Tabellarius & nuncius, primo quidem pedeſtris. Equeſtris. Veredarius, ſeu poſtarius, cuius opera vtimur. Auriga. Auriga rhedarius, onerarius. Nauta communis, ſine arte conſideratus. Nauta maioris nauis. Nauta minoris nauis. Mercenarius, conductus ad portandum & geſtandum aliquid. Gerulus qui leuiora gerit. Baiulus qui maiora baiulat. Mercenarius non ad mouendum tantum; ſed etiam efficiendum. Mercenarius circa res naturales, nempe circa agriculturam, hortiesulturam, & ſimilia. Operarius circa res artificiales. Operarius circa res artificiales mobiles, vt ſunt ligni ſectores, & ſimiles.

Hucusque de modo acquirendi ſimplici: ſequitur mixtus. Modus acquirendi mixtus ex variis rebus modorum naturalium, vt ex agricultura, horticultura, pecuariâ.

Modus naturalis mixtus cum artificiali, & primo quidem cum negotiatione. Negotiatio mixta cum exercitio artis mechanicæ. Exercitium mechanicum mixtum cum modo acquirēdi mercenario. Omnes modi acquirendi ſimul mixti, qui raro ſolent feliciter cedere; vel etiam multi ſimul mixti.

Et tantum quidem de modo acquirendi ordinario, reſtat extraordinarius, qui eſt vel directus vel indirectus. Sit itaque tit.

Modus acquirendi extraordinarius directus. Succeſſio, quâ quis in locū prioris domini ſuccedens fit rei dominus. Succeſſio vniuerſ. quâ quis fit dominus bonorum defuncti. Hæreditas. Hæreditas adita. Hæreditas diuiſa ſiue familia herciscunda. Hæres neceſſarius, qui per naturæ cognationem ſuccedit defuncto. Hæres voluntarius qui non naturâ ſuccedit, ideo ſuccedere poteſt vel non ſuccedere. Legatum. Legans, Legator, Legatarius. Sin-

F

gularis ſucceſſio, quâ quis fit dominus boni quo prior dominus ex ſingulari alia cauſa cedit non mortis cauſa. Donatio quæ eſt ſpecies huius ceſſionis. Donator. Donum. Donatarius. Ceſſio boni de futuro, quando quis ſub certa conditione & poſt certum tempus alteri in bonis ſuis cedit. Ceſſio pignoris. Dos & modus acquirendi per dotem. Inuentio. Inuentio rei ſupra terram. Inuentio rei in terram defoſſæ. Effoſſio theſauri. Foſſores theſaurorum legitimi. Foſſores theſaurorum illegitimi & artibus diabolicis deditì. Modus acquirendi per præſcriptionem. Præſcriptio rei immobilis. Præſcriptio rei mobilis. Modus acquirendi per accretionem & alluuionem.

Modus acquirendi extraordinarius indirectus. Modus acquirendi per certamen depoſiti pignoris, per luſum.

Et tantum quidem de modis acquirendi poſſeſſionem domeſticam: ſequitur poſſeſſionis domeſticæ adminiſtratio; quæ eſt vel prima, vel orta. Prima eſt vel in vendendo eo, quod habes; vel in emendo nouo. Prima adminiſtratio domeſtica generalis & indeterminata ad omnem modum acquirendi;

Venditio rei domeſticæ cauta & prudens. Venditio poſſeſſionis domeſticæ immobilis. Venditio fundi domus. Venditio poſſeſſionis domeſticæ mobilis. Venditio victualium, ſupellectilium. Venditio priuata. Publica, & ſub auctione. Preco auctionarius, & leges auctionariæ. Emptio rerum nouarum in locum venditorum. Cauta emptio & rara. Nimia emacitas patrisfamilias. Nimia emacitas matrisfamilias.

Adminiſtratio prima ſpecialior & reſtrictior ad modum acquirendi naturalem atque adeo præcipue ad agriculturam.

Adminiſtratio ſpecialis primario dicta; ſiue *Perſica*, quâ ex iis quæ fundus noſter fert, omnia illa ſeruantur quæ ad vſum domeſticum pertinent, & tantum ſuperflua venduntur. Adminiſtratio ſecundario dicta, ſiue *Attica*, quâ omnes reditus agrorum venduntur tam neceſſarii, quam non neceſſarii, ad certam pecuniæ ſummam conficiendam. Adminiſtratio Attica caute vſurpata in magnis familiis & ſemel tantum, vt explores quantam pecuniæ ſummam poſſis conficere ex omnibus tuis reditibus. Adminiſtratio Attica in parua poſſeſſione familiæ, vbi parui ſunt reditus, & minime ſufficientes ad vſum domeſticum. Adminiſtratio Attica incaute ſemper, ac ſine diſcrimine vſurpata.

Tantum de adminiſtratione domeſtica prima: ſequitur orta, quæ eſt in tractando, conſeruando & erogando.

Tractatio & præſeruatio immobilium poſſeſſionum. Tractatio & præſeruatio fundorum. Tractatio & præſeruatio domus, atque adeò quomodo domus, ſarta tecta ſeruanda ſit. Tractatio & præſeruatio poſſeſſionum mobilium. Tractatio & præſeruatio pecuniæ. Ærarium domeſticum, atque adeo diſtributio pecuniæ ad vſus varios. Tractatio & conſeruatio victus domeſtici. Tractatio & præſeruatio ciborum. Potus domeſtici veſtium, & alterius ſupellectilis domeſticæ ne frangatur, aut aliud nocumentum accipiat. Reparatio ſupellectilis domeſticæ fractæ. Tractatio & præſeruatio inſtrumentorum domeſticorum collectim conſideratorum. Præſeruatio ab interna noxa. Præſeruatio à ſitu, à putredine, à tineis & blattis, à pediculis, à pulicibus, cimicibus, tanquam a putredine ortis. Præſeruatio ab extrinſecus allata noxa. Præſeruatio à noxa rerum inanimatarum, vt ab igne. Labra, quæ in eum vſum paterfamilias ſeruat, vt incendio orto maturè poſſit occurrere. Siphones in hunc vſum, item ſcalæ & funes. Præſeruatio à ventis, ab aqua, à noxis rerum animatarum, & primo quidem ab hominibus furacibus. Diligens cuſtodia poſſeſſionum domeſticarum à furibus. Diligens cuſtodia à furibus internis, ſiue ab iis, qui in familia forte furari poſſunt. Cuſtodia à furibus externis. Cuſtodia diurna à furibus. Cuſtodia nocturna à furibus, atque adeo diligens occluſio ædium nocturno tempore. Cuſtodia ab animalibus brutis, à canibus, à felibus. Cuſtodia & remedia contra araneas. Vbi de aranearum telis in domo. Cuſtodia à muribus & gliribus, remediaque contra hæc animalia. Cuſtodia & remedia contra muſcas, contra talpas, contra lutras, & ſimilia animalia domibus infeſta, contra cicadas, contra crabrones, contra formicas.

Tantum etiam de tractatione, & præſeruatione poſſeſſionis domeſticæ: ſupereſt erogatio domeſtica; quæ vel in genere ſpectatur, vel in ſpecie. Sit itaque titulus:

Erogatio domeſtica in genere ſpectata. Parſimonia patrisfamilias & prudens cautio, ne ſumptus ſuperet cenſum, atque vt meſſe tenus propria

propria viuat. Tabula accepti & expenſi, atque adeo rationes domeſticæ In erogando. Erogatio pecuniæ. Erogatio pecuniæ ad neceſſitatem, ad commoditatẽ, ad decus & honorem, ad pios vſus; quatenus nempe à patrefamilias præſtanda eſt. Diſpenſatio& erogatio victus. Diſpenſatio victus, ſiue pabuli pro pecoribus. Diſpenſatio victus pro hominibus. Diſp. victus ratione ſubiectæ materiæ. Præparatio victus, atque adeo coctio ſimulque peritia coquendi domeſtica. Ligna ad coctionem pertinentia, eorumque procuratio & adminiſtratio. Focus & culina. Coquus vel coqua. Præparatio cibi. Præparatio cibi primi ſiue panis. Farina. Azymum & fermentũ. Furnus & domus piſtoria. Panis qui non coquitur à patref. ſed foris emitur; vbi de compendiis in emendo pane. Panis ſiligineus, triticeus. Coctio & præparatio olerum; vbi ſimul etiam de ſalata & lactucis præparandis. Præparatio leguminum; vt piſorum, fabarum, &c. pultium, vt milii, orizæ, &c. lactis, caſei, butyri. Coctio carnium. Elixatio carnium. Aſſatio carnium & aſſaturæ. Frixio carnium. Præparatio carnium manſuetarum, ferinarum. Præparatio carnium ex animalibus terreſtribus. Præparatio carnium ex volatilibus, atque adeo gallinarum, caponum, &c. Præparatio carnium recentium. Siccatio & infumatio carnium. Locus & modus quo carnes ſiccandæ & fumandæ. Conditura carnium, ſiue ſalitio & ſalſamenta. Præparatio ouorum, & quæ ex ouis confici poſſunt. Elixatio ouorum. Frixio ouorum. Præparatio & coctio piſcium. Elixatio piſcium. Elixatio piſcium ſicca & in ſale. Elixatio piſcium cum iuſculo omnis generis. Aſſatio piſcium. Frixio piſcium. Coctio & præparatio piſcium maiorum, minorum. Coctio & præparatio piſciũ marinorum. Coctio & præparatio piſcium lacuſtrium, & in ſtagnis captorum. Coctio piſcium fluuiatilium. Piſcium in riuulis recentibus captorum; vt ſunt auratæ, ſiue aureoli. Condimenta quæ in coquendo adhibentur. Condimentum commune & familiare. Sal. Acetum, & modi eius parandi ac conſeruandi. Oleum & eius genera, ac curæ. Condimenta rariora & aromatica omnis generis.

Sic de cibo primario dicto præparando: ſequitur præparatio omnis generis cupediarum & placentarũ, quæ ſub hoc vno ſubtitulo ſcribi poſſunt. Præparatio ciborum pro ægrotis; vbi de ſingularibus iuſculis, pultibus & ſimilibus, quæ tempore morbi vtiliter præparantur in domo. Fuit præparatio cibi diſtributa ex ſubiecto: ſequitur diſtributa ex obiecto.

Præparatio cibi pro quotidiano vſu, pro diebus feſtis, pro conuiuis & hoſpitibus, pro patre & matrefamilias, pro liberis & demenſum cibi quod liberis datur, pro famulitio & demẽſum quod ſeruis ancillisq; quotidie datur. Supputatio demenſi quod in cibo ſingulis perſonis per annum datur.

Ædificare domos & paſcere corpora multa,
Ad paupertatem proximus eſt aditus.

Tantum de præparatione cibi: ſequitur præparatio potus.

Naturalis potus. Aqua potabilis; vbi de cura fontium & ſcaturiginum, vnde aqua potabilis hauriri poſſit. Lac quatenus potabile eſt. Vinum. Vinum in locis viniferis, quomodo ad potũ diſpenſare paterf. debeat. Quomodo in locis non viniferis paterf. vinũ ad potum diſpenſare debeat. Vinum purum, forte, tenue, cum aqua mixtum. Vini feces, & ad quos vſus paterf. eas adhibere debeat. Vinum aduſtum quomodo ad potum paterf. concedere & diſpenſare debeat. Vina aromatica, ſiue conditanea, vt vinum abſyntites & ſimilia, quomodo ad potũ diſpenſanda ſint. Potus ex ſucco pomorum & pyrorum. Potus factitius. Mulſum, & eius ad potum diſpenſatio, atq; adeo etiam præparatio. Cereuiſia. Coctio cereuiſiæ. Inſtrumenta & modi ad coquendum cereuiſiã. Cereuiſiæ conſeruatio tempore æſtatis, tempore hyemis. Feces cereuiſiæ quomodo ad vsũ adhibendæ. Cereuiſia triticea, hordeacea. Cereuiſia ſine lupulo. Cereuiſia lupuloſa, fortis, tenuis, tenuiſſima. Cereuiſia aromatica, ſiue conditanea. Modi varii condiendi cereuiſias.

Sic de potus adminiſtratione in genere: ſequitur in ſpecie ratione obiectorum.

Potus æſtiuus. Potus hybernus. Potus pro patre & matrefamilias. Pro conuiuis & hoſpitibus, pro liberis, pro famulitio.

Tantum de erogatione & diſpenſatione victus. Sequitur diſpenſatio & erogatio amictus, qui vel proprie vel improprie dictus. Amictus proprie dictus, ſiue veſtes.

Erogatio veſtium interiorum & linearum, nempe induſiorum. Erogatio & diſpenſatio circa collaria. Erogatio & diſpenſatio circa ſtrophiola. Erogatio & diſpenſatio circa veſtẽ exteriorem. Erogatio & diſpenſatio circa veſtem exteriorem aſtrictam, circa veſtem exteriorem penſilẽ, vt pileos & pallia, circa veſtes pelliceas aſtrictas, circa veſtes pelliceas penſiles, circa veſtes patrisfamilias, circa veſtes matrisf. circa veſtes filiorum & filiarum, circa veſtes ſeruorum & ancillarum. Diſpenſatio & erogatio circa amictum improprie dictũ, qui

vel lectularis, ſiue ſtragularis vel ornamenta. Diſpenſatio circa lodices, lineamenta & ſtragula lectorum, circa thalamum & lectum herilem, liberorum infantum & paruulorum. adultorum, famulorum & ancillarum. Ornamenta patriſf. matriſf. filiarum tam gemmea, quam aurea.

Supereſt erogatio alterius ſupellectilis domeſticæ, ſi quid forte de alia ſupellectile ſit erogandum; quod tamen raro accidit.

IV. CLASSIS LOCORVM OECONOMICORVM.

Continens locos, primò de Cura Iuſtitiæ domeſticæ, poſt, de Cura interna orta; ſimulque de Cura externa, & de Cura patriſf. circa mortem.

EXPEDIVIMVS *curam domeſticam internam diſpenſatoriam, quæ ad prudentiam Oeconomicam præcipuè pertinet: ſequitur cura interna iudicialis, quæ ad iuſtitiam Oeconomicam pertinet. tit. Diſciplina domeſtica.*

Præmia virtutum domeſtica. Delicta domeſtica. Proceſſus iudicii domeſtici, & iudex domeſticus. Pœnæ domeſticæ, & quatenus ſe extendant. Cenſura quam paterf. in ſeipſum exercere debet, vtpote qui nullius legibus & executioni ex domeſticis eſt obnoxius. Exemplum, quo paterf. prælucere debet domeſticis a ſeipſo cenſurâ incipiendo. Leges iudiciales & diſciplinales, quas paterf. domeſticis præſcribit. Præmia danda coniugi. Animaduerſio & pœna in coniugem. Præmia & pœnæ in liberos. Præmia quæ dãtur virtuti liberorum. Benedictiones parentum in liberos. Caſtigationes liberorum adhuc paruorum. Ferula. Animaduerſiones in liberos iam adultos. Execrationes liberorum, ſiue maledictiones parentum in liberos. Animaduerſiones in ſeruos & ancillas. Præmia danda virtuti ſeruorum vel ancillarum; vbi de honeſta diſpenſatione ancillarum bene meritarum. De peccato domeſticorum in ſe mutuo, deque eius pœna. De peccato domeſticorum in rem domeſticam, deque eius pœnâ.

Tantum etiam de cura interna prima: ſequitur orta. Cura defenſionis quam paterf. præſtare debet.

Cura defenſionis perſonarum domeſticarum. Defenſio coniugis, filiorum, filiarum, ſeruorum, ancillarum. Defenſio rerũ domeſticarum. Defenſio rerum immobilium, vt domus & fundorum. Defenſio rerum mobilium, vt pecuniæ & ſupellectilis domeſticæ. Cura exornationis perſonarum. Cura exornationis & culturæ rerum, atque adeo cura ſplendoris domeſtici. Cura ſplendoris quoad res immobiles, atq; adeo etiam domum. Cura ſplendoris, quoad res mobiles & ſupellectilem domeſticam. Denique eſt cura amplificationis. Amplificatio perſonarum domeſticarum, inprimis famulitii; vbi cautelæ, quomodo & quando amplificandum ſit famulitium, quando vero contrahendum. Amplificatio rerum domeſticarum. Amplificatio rerum immobilium. Amplificatio circa fundos, domum. Amplificatio circa res mobiles, primo quidem circa pecuniam & opes. Modus ſtatuendus amplificationi opum. Cura amplificationis circa ſupellectilem domeſticam, victum, amictum & vtenſilia.

Fuit cura domeſtica interna, tam prima quam orta: ſequitur externa, id eſt, circa perſonas & res quæ ſunt extra domum & familiam patrisfamilias, quæ præcipue eſt quadruplex.

Nempe, cura circa agnatos & affines, circa amicos, circa vicinos, circa hoſpites in domũ aduentantes. Cura domeſtica circa cognatos & affines patriſf. Cura domeſtica circa cognatos & affines matriſf. Cura domeſtica circa affines, qui ex liberorum coniugio oriuntur, vt circa generũ, nurum, generique & nurus affines. Cura domeſtica circa cognatos ſeruorum & ancillarum, ne ſerui & ancillæ ab his ſeducãtur. Cura domeſtica circa vicinum. Vicinus & vicinitas: Patrisfamilias relatio ad vicinum. Matriſf. relatio ad vicinos. Liberorum relatio ad vicinos & vicinorum liberos. Seruorum & ancillarum relatio ad vicinos, & vicinorum, ſeruos atque ancillas. Mutuo aliquid dare vicinis. Repetere à vicinis. Cura patriſf. circa amicos ſuos, atque adeo cura amicitiæ. Oeconomicæ. Cura matriſf. circa amicas. Cura patriſf. circa hoſpites in domũ receptos. Cura matriſf. circa hoſpites. Relatio liberorum ad hoſpites. Relatio famulorum & famularum ad hoſpites.

Sic de Cura patriſf. in vita; reſtat Cura patriſf. in morte, ſiue moribundi.

Cura moribundi patriſf. quoad ſocietatem domeſticam & eius perſonas. Cura moribundi patriſf. quoad coniugem. Cura moribundi patriſf. quoad liberos. Adhortationes patris ad liberos ante mortem. Cura patriſf. moribundi quoad ſeruos, & ancillas fideles. Cura patrisfamil. quoad diſpenſationem rerum, atque adeo quoad debita & alias res domeſticas componendas. Teſtamentum & legata patrisfamil. tum quoad coniugem, tum quoad liberos. Teſtamentum & legata, quoad alios extra coniugem & liberos. Cura

matriſf.

Digitized by Google

matriſf. moribundæ. Cura matriſf. moribundæ quoad maritum, quoad liberos, quoad legata quæ relinquit marito vel liberis.

CASSIS V.

In qua continentur loci Oeconomici pertinentes primo ad ſtatum Oeconomicum eminentem, poſt ad ſtatum Oeconomicum imperfectum, & denique ad turbatum, &c.

TANTVM *de ſtatu Oeconomico abſolute & ſecundum honeſtatem conſiderato: ſequitur conſiderandus eminenter, & ſecundum gradum ſubliniorem, qui eſt tum in virtute ciuili heroica, tum in eruditione, tum in religione & pietate.*

Status Oeconomicus heroicus, ſiue heroum domus, vbi vel pater eſt heros, & materf. heroina. Heroum liberi. Heroum ſerui. Heroum cura circa res domeſticas.

Status Oec. eminens ratione doctrinæ & eruditionis.

Coniugiũ doctũ, quo vir doctus viuit cum docta coniuge. Liberorum educatio ſecundũ doctrinam tam ex parte patris, quam matris; cum nẽpe mater ipſa docte inſtituit liberos, vt Cornelia Gracchorũ mater. Liberi valde ingenioſi & cito docti. Puellæ doctæ. Pueri docti.

Status Oeconomicus eminens quoad religionem & pietatem Chriſtianam.

Coniugium pium. Paritas religionis inter coniuges. Exercitia mutua precum & pietatis inter coniuges. Cura pietatis in patrefamilias circa vitam & in vita. Cura pietatis quoad auſpicia coniugii. Ceremoniæ religioſæ circa nuptias & initia coniugii. Cura pietatis patriſf. in conuerſatione cũ coniuge, in educatione liberorũ, eorũq; inſtitutione, & formatione ad veram pietatem. Cura pietatis in patref. quoad ſeruos & ancillas, ad veram pietatem adducendas, inq; ea inſtituendas. Cura patriſf. quoad cognatos & affines ad verã pietatem ducendos. Cura patriſf. quoad amicos ad veram pietatem ducendos. Cura pietatis in patrefamilias quoad vicinos ad pietatem veram adducẽdos. Cura patrisfamilias quoad hoſpites domus ſuæ ad veram pietatem adducendos. Cura matriſf. quoad pietatem erga maritum. Cura matriſf. quoad pietatem erga liberos, erga famulitium, erga cognatos & affines. Cura matriſf. quoad pietatem erga vicinos. Cura matriſf. quoad pietatem reſpectu hoſpitum domus. Pietatis ſtudium in liberis erga parentes. Pietatis ſtudium in liberis erga ſe inuicem. Pietatis ſtudium in ſeruis & ancillis erga dominum & dominam, erga liberos heriles, erga ſe inuicem. Cura patriſf. quoad pietatem circa rerum diſpenſationem & impenſas in eleemoſynas, atque alios pios vſus. Pietas matriſf. hac in re. Pietas patriſf. circa mortẽ. Pietas eius circa mortem quoad coniugem, itemq; liberos. Benedictio liberorum paulo ante mortem. Pietas patriſf. ante mortem erga ſeruos & ancillas. Pietas matriſf. ante mortem & moribundæ erga maritum, liberos. Benedictio paulo ante mortem materna. Pietas matrisfam. moribundæ erga ſeruos & ancillas.

Tantum de ſtatu Oec. perfecte conſiderato, tam quoad gradum abſolutum, quam quoad eminentem: ſequitur imperfecte conſideratus.

Status Oec. imperfectus. Status imperfectus quoad ſocietatẽ perſonarũ. Oec. cœlibis viri, qui nullam vnquam vxorẽ duxit. Oeconomia cœlibis viri propria, quãdo nempe vel coquam, vel coquos alit in domo propria; qualis eſt canonicorum & ſimilium. Oeconomia cœlibis viri viuentis ad menſam alterius. Oeconomia cœlibis virginis in propria domo ſic viuentis. Oec. cœlibis virginis ad menſam alterius viuẽtis. Oec. imperfecta quoad ætatẽ coniugum. Coniugium iuuenis cũ valde vetula. Coniugium vetulæ cum valde iuuene. Oeconomia imperfecta quoad ſtatum vidui. Viduus. Oec. imperfecta quoad ſtatũ viduæ. Vidua. Oec. imperfecta quoad vota, ſeu nuptias ſecundas; vel tertias, vel plures. Mariti qui plures vxores duxerunt. Fœminæ quæ pluribus viris nupſerunt. Oec. imperfecta quoad liberos diuerſorum coniugiorum. Nouerca. Vitricus. Priuignus. Priuigna. Vnio prolium.

Imperfectum cõiugium, ratione ſtatus, quando iuuenis cœlebs ducit viduã, vel viduus ducit virginem.

Imperfecta Oeconomia ex coniugio valde impari inter maritum potentem & magnæ familiæ; contra vero coniugem humilem & deſpectæ familiæ. Oec. imperfecta ratione cõiugii, quã maritus humilis duxit coniugẽ potentem, aut valde opulentã, cum ipſe pauper fuerit. Oec. imperfecta propter diuturnã abſentiam patriſf. Oec. imperfecta propter diuturnã abſentiam matriſf. propter diuturnã ægritudinem patriſf. aut matriſf. Propter decrepitam ſenectutem patris & matriſf. Oec. imperfecta ob defectũ liberorum, ſiue coniugiũ ſterile. Sterilitas ex parte mariti, vel vxoris. Oec. imperfecta ob defectum famulitii, ita vt ipſe pater aut materf. cogatur obire munus ſerui & ancillæ. Oec. imperfecta propter orbitatem liberorum, i. e. quando omnes liberi mortui ſunt. Oec. imp. propter naturales de-

fectus liberorum, propter nimiam redundantiam ſeruorum & famulorum, propter externas perſonas in domum receptas, qualis eſt hoſpitum, qui publica hoſpitia aperiunt, & aliorum qui multos peregrinos in domum recipiunt. Oec. imperfecta propter defectum poſſeſſionis domeſticæ. Oecon. imperfecta propter initium & principium, ſiue primam inſtitutionem Oeconomiæ, atque adeo Oec. iuuenis mariti & vxoris nouiter & recèns inſtituta. Oec. imperfecta, propter defectum domus & certæ habitationis. Oec. imperfecta ex eo quod oporteat in aliena domo, ſiue conducta habitare, atque adeo ſæpe transferre familiam & ſupellectilem de domo in domum. Oec. imperfecta ex eo, quod oporteat cum alio quodam in vna domo habitare, & eodẽ foco ac menſa vti. Imperfecta Oec. ex eo quod multi patresf. in vnis ædibus habitent, etſi habeant diſtincta conclauia & focos ac menſas. Imperfecta Oec. ex eo quod in locis ſubterraneis & cellis habitandum ſit.

Tantum de imperfecta Oec. ex cauſis internis: externa cauſa imperfecta Oec. partim ſunt à cura aliena impoſita in Oeconomicis partim à cognatis & vicinis. Imperfecta Oec. ex cura aliena, eſt vel ex adoptatione, vel ex tutoria, vel ex curatela. Imperfecta Oeconomia ex eo quod liberos alienos adoptauit.

Adoptatio. Adoptiui. Imperfecta Oec. ex tutoria. Tutela. Tutela naturalis. Tutela datiua. Tutor, & quæ ad ius tutorium. Pupillus, atque adeo ius pupillorum. Imperfecta Oec. ex curatela. Curatela. Curator. Curatelæ ſubiectus. Imperfecta Oec. ex parte cognatorum & affiniũ. Oeconomia imp. ex parte vicinorum.

Tantum de imperfecta Oec. quoad ſtatum abſolutum:upereſt imperf. Oecon. quoad ſtatũ eminentem.

Imperfecta Oec. ex patre doctrinæ & eruditionis. Ex parte pietatis & religionis. Diſparitas relig. inter maritũ & vxorem. Diſparitas relig. inter parẽtes & liberos, inter dominos & famulos. Imperfecta Oeconomia ex parte poſſeſſionis, cum paterf. cogitur ſumptus facere in religionẽ ſuæ cõtrariam, vt cum Euangelicus cogitur dare decimas frugũ Põtificiis.

Hucuſque de ſtatu Oec. integro & tolerabili, tam perfecto, quam imperfecto: ſequitur male affectus & turbatus, qui nec perfecte integer eſt, nec imperfecte. Itaq. ſit iti. Status Oecon. male affectus & turbatus.

Cauſę perturbati ſtatus Oeconomici generales. Maledictio diuina ſupra domũ aliquam. Periodus Oeconomica. Vt enim Rerũpublicarũ, ita quoq; Oeconomiæ periodi ſunt fatales. Cauſæ mutationis Oeconomicæ, quoad ſtatũ abſolutum. Cauſæ mutationis Oeconomicæ internæ. Cauſę ſtatus Oecon. perturbati ex parte ſocietatis domeſticæ, Cauſæ ſtatus perturbati ex parte naturæ, ſine magna culpa patris aut matrisf. Cauſæ propter nimis inuẽculã ætatem patrisf. & matrisf. Cauſæ propter morbos patris vel matrisf. Separatio cõiugum quoad thorum, propter morbos contagioſos, vt leprá, morbum Gallicum, &c. *Cauſa quoad mortem patrisf.* Cauſa quoad mortem matrisf. Cauſa perturbati ſtatus propter incẽdium, & alia eiuſmodi damna, propter mala publica, propter bella & graſſationes, propter crebras migrationes familiæ, propter libidinem alterius patris. Adulterium perturbans ſtatũ Oeconomicum. Pellices. Cõcubinæ. Diuortium & ſeparatio coniugum propter adulteriũ, ita tamen, vt altera parte viuente, pars altera matrimonium inire non poſſit. Perturbata Oec. propterea, quod vxor prior quam repudiaueras, adhuc viuat, & alteram ſuperinduxeris. Perturbatio Oec. ex eo, quod coniuges ante legitimum tempus conſueuerint, & quod liberi nimis citò naſcantur. Cauſa perturbati ſtatus ex eo, quod maritus liberos ſpurios ante coniugium genitos ſimul educet cum legitimis. Cauſa perturbatæ Oec. ex eo, quod maritus quam pro virgine duxit, virginem non reperit. Cauſa perturbatæ Oec. propter prodigalitatem mariti vel vxoris. Cauſæ perturbatæ Oec. ex imperitia rei domeſticæ in marito aut cõiuge. Cauſa ex ignauia mariti vel cõiugis. Cauſa ex eo, quod pater neſciat recte educare liberos. Cauſa ex eo, quod mater neſciat. Cauſa ex eo quod liberi ſint valde degeneres, & crux parẽtũ. Cauſa ex eo, quod liberi inter ſe nõ ſint cõcordes. Cauſa eo, quod maritus neſciat ſeruos regere. Cauſa ex eo, qđ vxor neſciat famulitio præeſſe. Cauſa ex eo, quod ſerui & ancillæ malitioſæ ſint & nequã. Cauſa ex eo quod ſit ſumma anarchia in domo. Cauſa ex eo, quod nimia tyrãnis in domo ſit. Cauſa interna perturbati ſtatus ex parte domeſticæ poſſeſſionis. Cauſa ex eo, quod domũ paterf. nullã habeat. Cauſa ex eo, quod in ſpeluncis & ſubterraneis locis, inq; campis & ſiluis familiã alat, ſicut gẽs Troglodytica. Cauſa ex eo, quod vel ſub tẽtoriis, vel in plauſtris familia habeatur & circumferatur, qualis eſt ἁμαξοβίων, Scytharũ, Tartarorum, Zygarorũ. Status perturbatus ex neglecta diſciplina domeſtica, ex diſcordia, iurgiis, litibus, verberibus coniugum.

Status perturbatus ex indulgentia nimia parentum erga liberos.

Ex nimia crudelitate parẽtum aduerſus liberos, ex nimia crudelitate dominorum erga

ſeruos

Digitized by Google

ſeruos, ex nimia indulgentia dominorum in ſeruos, ex muratione Oeconomiæ vrbanæ in ruſticam, aur contra.

Status perturbatus ex cauſis externis.

Status perturbatus per infelicem acquiſitionem poſſeſſionum domeſticarũ, atq; adeo ex nimia paupertate. Status perturbatus ex nimia opulentia & amplitudine poſſeſſionũ domeſticarum. Status perturbatus propter paſſa damna ab igne, ab aqua & ſimilibus rebus naturalibus. Status perturbatus propter vaſtationes bellicas, ſpoliationes, prædationes, furta. Status perturbatus propter malos cognatos & affines; itẽ propter malos vicinos.

Sit de ſtatu perturbato quoad gradum abſolutum: reſtat quoad gradum Oeconomicum eminentiorem.

Status perturbatus propter diſparitatem & repugnantiam religionis inter coniuges. Status perturbatus propter repugnantiam coniugum circa educationem liberorum ad diuerſas & pugnantes religiones.

CLASSIS OECONOMICORVM TITVLORVM VLTIMA.

ABSOLVIMVS *titulos Oeconomiæ generalis: reſtant Oecon. ſpecialis, in qua ſtatus Oec. diſtinguitur, tũ ratione ſtatuũ diuerſorum inter homines; tum ratione diuerſorum modorum acquirendi; tum ratione quantitatis in poſſeſſione domeſtica, tum ratione loci, tum deniq; ratione temporis.*

Oeconomia ſpecialis ratione ſtatuũ diuerſorũ. Oec. perſonæ publicæ. Oec. imperatoris. Oec. imperatoris quoad ſocietates domeſticas, quoad poſſeſſiones domiſticas. Oec. Regis quoad ſocietatẽ domeſticã, quod ad poſſeſſionẽ domeſticã. Oec. potentis principis, ſiue ducis. Item, minus potentis, tum Comitis, Baronis & magnifici, ſatrapæ & præfecti, ſeu capitanei, tum nobilis non ſatrapæ: quoad ſocietatem domeſticam, quoad poſſeſſionem domeſticam. Oec. viri Senatorii in vrbe, quoad ſocietatem domeſticam, quoad poſſeſſionem domeſticam.

Sequitur diſtinctio Oeconomiæ quoad modos acquirendi, & primo quidem quoad modum acquirendi naturalem. Oeconomia agricolæ vel nobilis vel ruſtici, quoad ſocietatem domeſticam, quoad poſſeſſionem domeſticam.

Oeconomia talis agricolæ, qui ſimul ſit & hortulanus & vini cultor. Oec. talis agricolæ, qui ſimul ſit & pecuarius & venator, atque adeo piſcator. Oeconomia hominis ex ſiluis viuentis. Oec. hominis viuentis ex terræ foſſilibus. Oeconomia conſiderata ſecundum modum acquirendi artificialem. Oeconomia mercatoris proprie dicti, quoad ſocietatem, quoad poſſeſſionem. Oec. mercatoris im perfecte dicti ſiue numularii, & vſurarii. Oeconomia eius qui viuit ex profeſſione artium internarum, ſiue doctrinæ & eruditionis, atque adeo Oeconomia literata, quoad ſocietatem, quoad poſſeſſionem domeſticam. Oec. viuentis ex arte externa liberaliori. Oeconomia pharmacupolarum, typographorum, pictorum & ſimilium. Oec. opificum manualium & verſantium circa artes illiberaliores. Oec. viuentium ex officio, ſiue reditibus officii publici. Oec. Eccleſiaſticarum perſonarum quoad ſocietatem, quoad poſſeſſionem domeſticam. Oec. Politicorum officiariorum eminẽtium, vt ſunt cõſiliarii. Oec. Politicorum minus eminẽtium, vt ſunt Quæſtores & ſimiles. Oec. hominũ in officio ſcholaſtico viuentiũ. Oec. mercenariorum. Oec. mercenariorum ex motu, vt aurigarum, nautarum. Oec. mercenariorum ex opera portationis, vt gerulorum, baiulorum. Oec. mercenariorũ qui robur corporis locant, vt ligni ſectorũ & ſimilium.

Sequitur diſtinctio ex quantitate poſſeſſionum domeſticarum.

Oeconomia ampla & locuples, quam ſolus & vnicus paterf. adminiſtrare non poteſt. Vicarius paterf. in adminiſtratione poſſeſſionis amplæ. Vicarius paterf. in adminiſtratione poſſeſſionis quæ eſt ruri. Villicus. Villici leges ac præſcripta & munus. Villici recõpenſationes, vicarius poſſeſſionis amplæ vrbanæ. Munus & leges talis vicarii. Recompenſatio talis vicarii. Arcularius diſpenſator in ampla domo. Arcularia diſpenſatrix in ampla domo. Promus condus in ampla domo. Proma cõdá in ampla domo. Rationarius in ampla domo. Medioctis Oecon. Pauperior Oeconomia.

Sequitur diſtinctio Oec. ex loco & quidem primo ex loco magis generali.

Oeconomia pagana & eius propria. Oec. diſtincta ratione ſpecialiorum locorum. Oec. Italica. Gallica. Germanica. Polonica. Belgica. Boruſſa: quæ ſingulę Oeconomiæ ſecundũ gẽtes, imò & vrbes diſtributæ, iterũ ſic diſtribui poſſunt, vt exemplũ demus certum: Ritus procandi in Polonia. Ritus nuptiales in Polonia. Propria coniugũ in Polonia, & primo quidẽ maritorum & vxorum. Propria filiorũ, filiarum, famulorum, famularum. Propria acquirendæ poſſeſſionis. Propria ſeruãdæ poſſeſſionis. Propria impenſarũ domeſticarũ & erogationum. Eodem modo diſtribuantur etiã Oe-

conomiæ vrbium, vt Oeconomia Dantiſcana, quo ad initia procandi, quo ad ritus nuptiales.

Reſtat Oeconomia diſtinctio reſpectu temporis.

Oeconomia tempore pacis. Oec. tempore belli. Oeconomia propria tempori veris. Propria tempori æſtatis. Obſeruanda in Oec. tempore autumni, tempore hyemis.

Et hi etiam ſunt Loci Communes OECONOMICI.

LOCI COMMVNES POLITICI.

LOCORVM POLITICORVM CLASSIS I.

Continens titulos, de fine & obiecto diſciplinæ Politicæ.

POLITICA *prudentia, ſeu diſciplina.*

Imprudētia & imperitia Politica, ſeu neglectus diſciplinæ Politicæ, aut etiā minus dextra traditio. Politicę diſciplinæ autores, atque adeo cauſæ efficientes. Politici, ſiue viri Prudentiâ Politicâ præditi, ſeu, Politicæ diſciplinæ periti. Finis, fructus, vtilitas diſciplinæ Politicæ. Finis primarius Politicæ diſciplinæ, ſiue felicitas & ſalus publica, ſeu bonū publicum. Salus publica abſolutè ſpectata. Salus publica abſolute ſpectata primaria, videlicet honeſtas publica aut Reipublicæ. Voluptas, ſeu iucunditas & tranquillitas, ac pax interna Reipub. Cōmoditas & vtilitas Reip. pax externa Reip. Honor & decus Reip. Splendor Reip. ſeu decus magnū, atque adeo claritas Rerumpublicarum. Potentia Rerumpubl. Inhoneſtas publica, atque adeo turpitudo Reipublicæ. Perturbatio interna Reip. oppoſita paci & tranquillitati internæ. Incommoditates publicæ, atque adeo etiam turbæ externæ. Dedecus Reip. Impotentia & imbecillitas Reip.

Tantum de fine Reip. abſoluto: finis eminens ſuo loco conſiderabitur; tranſimus ergo ad Obiectum, quod eſt vel primarium, vel ſecundarium. Primarium eſt ſocietas politica, ex domeſticis nempe ſocietatibus & familiis combinata.

Societatis politicæ conſtitutio. Societatis politicæ conſtitutio ex materiali, atque adeo multi homines, & multæ domeſticæ familiæ, quatenus materia ſunt Reip. & non tantum obiectum Politicæ. Societatis politicæ formale, nempe vnio multarum familiarum domeſticarum ad ſtatum publicum cōſtituendum. Huius vnionis Politicæ fundamentum, ſeu cauſa efficiens remotior. Conſenſus, vel tacitus, vel expreſſius cohabitandi in vno loco, atque adeo multarum familiarum domeſticarum in vno loco collectio & cohabitatio. Vnionis Politicæ cauſa efficiens propinqua prima, nempe obligatio ſingulorum mēbrorum iſtius ſocietatis erga totam communitatem, ſeu totum corpus iſto certo loco collectum, atque adeo erga corporis etiam iſtius caput, ſeu communitatis partem principem. Obligatio ſingulorum membrorum erga communitatem iſtam totaliter ſpectatam, quę & dicitur *Obligatio erga communem patriam.* Communis patria pro loco communitatis politicæ accepta. Communis patria, pro communitate politica in iſto loco collecta. Ius Politicum, quatenus ſignificat obligationem erga politicam communitatem, & quod oritur ex obligatione iuris naturæ, & iuris Oeconomici. Origo & ſumma analogia iuris Politici & iuris Oeconomici, ſeu promanatio iuris Politici ex iure Oeconomico. Obligationis politicæ obiectum, nempe bonum, ſeu virtus quod bonum eſt vinculum iſtius communionis. Communio habens ſaltem ſpeciem communionis Politicæ, non autem rem ipſam, cum non deuinciatur obiecto boni, ſeu virtutis, qualis eſt Reſp. latronum.

Sic de fundamento, ſeu cauſa efficiente propinqua prima: ſequitur fundamentum propinquum à primo ortum, videlicet participatio & communicatio boni Politici tam ad neceſſitatem, quam ad commoditatem vitæ humanæ pertinēs, vt omnia membra iſtius communionis, certa quadam proportione participent bono honeſto, iucundo, vtili & honorifico, iſtius ſocietatis ſeu communitatis proprio.

Inæqualis & iniqua partitio bonorum pulicorum inter membra communitatis publicæ, per quam partitionem forma Reip. aboletur. Malorum ſeu incommodorum, quæ humanitus accidere poſſunt æqua & proportionalis participatio inter membra eiuſdē communionis, atque adeo inſtitutum, ſicut bona, ita quoque mala, ſeu damna & incommoda communiter ferendi in ſocietate politica. Iniquitas quà membra cōmunionis politicæ cupiunt tantum bona participare, mala autem & incommoda ferre nolunt, atque adeo tempore afflicto Remp. deſerunt. Deſertio communionis Politicæ, non vt incommoda declinentur, ſed vt vel conſcientiæ conſulatur, vel iſta ceſſione aliis Reip. membris conſulatur.

Vt, ſi locus aliquis non ſufficiat alendis omnibus incolis, quis aliò migret, & aliam communionem politicam ſibi eligat, vt Scoti.

Sic de fundamento ſocietatis & communionis Politicæ: ſequitur terminus & finis Politicæ communionis, qui eſt κοινοπραξία, ſiue præſtatio & communicatio mutua, & mutuum auxilium in promouendo inuicem bono politico.

Hominis inſufficientia, quâ ſolus ſibi ſufficere nō poteſt extra ſocietatem. Hominis inclinatio naturalis ad ſocietatem Politicam. Homo ἄπολις, i.e. talis, qui ſocietate Politicâ vel non eget, vel ex ea ſe excludit, tanquam otio, nullius certæ ſocietatis ciuis. κοινοπραξία, ſiue conſpiratio & auxilium mutuum in bono honeſto, in bono iucundo, in bono commodo & vtili, in bono honorifico, ſiue in decore publico. Participatio rerũ Politicarũ communium, atq; adeo res Politicæ communes. Participatio in rebus non communibus, ſiue in tetum priuatarum vſu inter eiuſdem ſocietatis membra.

Tantum etiam de ſocietatis Politicæ termino, ſeu fine: ſupereſt ſocietatis Politicæ diſtinctio. Eſt autem ſocietas Politica vel ex natura tantum, vel ex inſtituto etiam. Sit itaque tit.

Societas Politica tantũ ex natura orta. Societas Politica naturalis minor. Societas Pol. naturalis minor homogenea, i.e. ea quæ conſtat ex hominibus ſocietatis domeſticæ talibus, qui ex vna ſtirpe, ſeu capite orti ſunt, atque adeo ſunt inter ſe cognati, agnati, & affines. Societas naturalis minor heterogenea, nempe familia, in quam alii quoque aſſciti ſunt. Societas naturalis maior homogenea, ſiue integra, gens & populus ex familiis vnius ſtirpis ortus. Societas naturalis maior heterogenea, ſiue gens & populus non ortus ex vna ſtirpe, ſed ex pluribus.

Fuit ſocietas magis ex natura: ſequitur partim ex natura, partim ex inſtituto, quæ eſt vel continens, vel contenta: itaque ſubtitulus nouus ſit: Societas ex inſtituto continens.

Societas ex inſtituto continens prima. Societas prima heterogenea, nempe in vicis & pagis, vbi homines ad vnam ſtirpē reduci non poſſunt. Societas prima homogenea, quando nempe homines qui ad vnam ſtirpem reduci poſſunt, conſtituerunt inter ſe villas, vicos, aut etiam pagos.

Ludouicus Viues ſuper caput 8. lib. 15 Auguſt. de ciuitate Dei: Fuit, inquit, memoria patrum noſtrorum vicus pene centum domorum in Hiſpania, cuius omnes incolæ erant à ſene quodam, qui adhuc viuebat, progeniti, ita vt propinquitatis nomen iam deeſſet, quo à minimis natu iſte ſenex vocaretur. Lingua enim noſtra, i.e. Hiſpanica ſuper abauum non aſcendit.

Societas continens orta minor, & primo quidem in caſtellis & oppidis, ſecundo, in vrbibus. Societas orta maior primo in diſtrictibus, ſecũdo in prouinciis & ducatibus, tertio, in regnis quæ plures ducatus continent. Societas orta maior in imperiis magnis, quæ plura regna continent.

Hic pulcre admodum conſpicitur progreſſus, ſeu amplificatio ſocietatis, ſeu generis humani prima, & reliquarum omnium ſocietatum, principium eſt coniugalis, hinc primo propagata fuit familia homogenea minor, tanquam ſimpliciſſima & ſocietatum politicarũ prima; ex hac plures familiæ vicos (vnde viciniæ dictæ eſt) inhabitarunt, ex vicis pluribus coniunctis factus eſt pagus, & caſtellum; ex pagis & caſtellis, ciuitates & vrbes, vrbes numero auctæ deduxere colonias, & veluti filiales alias vrbes conſtituerunt, quæ cum metropoli coniunctæ, effecerunt diſtrictus, ex diſtrictibus orti ducatus, ex pluribus ducatibus regna, ex his imperia, quæ monarchiæ κατ᾽ ἐξοχὴν vocantur, & quatuor numerantur, vt notum eſt.

Tantum de continente ſocietate: contenta ſocietas eſt ſodalitas, collegium, conuentus hominum in Politica ſocietate, quæ ſocietatis collegia hic prælibantur, vt obiectum ſuo autem loco ex profeſſo tradentur.

Tantum de Obiecto Politicæ primario: Obiectum ſecundarium ſunt Res extra hominem, quæ conſiderantur vel vt ſubiecta & obiecta, vel vt circumſtantiæ. Sint itaque ſubtituli:

Res Politicæ quatenus conſiderantur vt Obiectum. Res Politicæ naturales. Res naturales inanimatæ. Res naturales animatæ. Res artificiales immobiles. Res artifi. mobiles. Res vt ſunt circumſtantiæ. Circumſtantia temporis Politici. Loci Politici.

Hæc ob eſt. delibantur tantum h. l. velut in præcognitis. nam quatenus ad eatum principis pertinent, infra ex profeſſo traduntur.

Hucuſque de fine & obiecto Politicæ: ſequuntur Media, per quæ finis iſte obiecto applicatur, & pro eo acquiritur. Itaque ſit titulus generalis, MEDIA POLITICA, *Subtit.*

Medium Politicum, primum ac principale, videlicet regere, ſeu adminiſtratio ſtatus Publici. Medium Politicum à primo ortum, & ſecundarium, videlicet parere. Ex quibus duobus mediis & eorum natura, Politica diſciplina diuiditur in generalem & ſpecialem. Ac generalem quidem primo videamus.

POLITICÆ GENERALIS TITVLI, *ſeu* LOCORVM POLITICORVM

CLASSIS II.

Continens titulos de Principatu, ſeu *Monarchia*, & eius cauſis.

STATVS *Politicus, ſiue adminiſtratio ſtatus Politici eſt vel prima, & principalis; nẽpe Monarchia; vel orta & minus principalis, nempe Polyarchia. Itaque ſit titulus:* MONARCHIA.

Monarchia excellentior. Monarchia excellentior, ſpectata ratione finis abſoluti. Monarchia excellentior ſpectata, quatenus integra & incorrupta eſt. Princeps, ſeu Monarcha.

In Principe autem duo ſpectanda ſunt; primo, cauſa & fundamentum imperii, ſeu principatus. Secundo, finis, ſeu terminus imperii & principatus.

Cauſa efficiens, ſeu fundamentum principatus. Hoc autem eſt duplex, vel aptitudo imperandi, vel poteſtas. Itaque alius titulus: Aptitudo imperandi.

Aptitudo imperandi generalis, & primo naturalis. Aptitudo imperandi naturalis indeterminatior, & primo ex ſexu maſculino. Secundo, ex ætate matura, ſiue ætas matura Principis. Aptitudo naturalis reſtrictior, & primo ratione corporis. Temperamentum corporis in Principe. Spectabilitas & auguſta forma in Principe. Forma principis minus ſpectabilis. Aptitudo naturalis reſtrictior, ratione animi. Aptitudo animi quoad ingeniũ. Aptitudo ingenii in Principe, quoad cito apprehendendum. Stupor Principum. Aptitudo ingenii in Principe quoad dextre iudicandum. Iudicii ineptitudo in Principe. Memoria Principum felix. Memoria infelix. Aptitudo animi quoad voluntatem, appetitum & affectum, ſiue bonitas & probitas naturæ in principibus.

Tantum de aptitudine imperandi naturali: ſequitur aptitudo imperandi acquiſita.

Quicquid in Politicis de magiſtratu in genere legitur, id ſub titulos de Principe notandum eſt, cum Princeps ſit magiſtratus perfectiſſimus.

Aptitudo imperãdi acquiſita ratione mentis, ſeu, virtus Principis Intellectualis. Inſtitutio & informatio Principis in diſciplinis. Informatores & præceptores Principis. Amor & impetus Principis ad doctrinas liberales. Inſtructio Principis in diſciplinis inſtrumentalibus. Inſtitutio Principis in diſciplinis inſtrumentalibus, ſolummodo ad ſermonem pertinentibus. Inſtitutio in linguis antiquis. Inſtitutio in linguis Orientalib. vt Hebræâ, Græcâ, Latinâ. Inſtitutio Principis in linguis recentibus. Inſtitutio in lingua peregrina, gentis vicinæ ipſius ditioni. Inſtitutio in linguis recentibus gentium non̈ vicinarum; vt lingua Gallicâ, Hiſpanica, &c. Si iſtæ gentes non ſint vicinæ Principi. Sic de Germanica, de Polonica. Inſtitutio Principis in Grammaticis. Inſtitutio in Scriptura. Inſtitutio Principis in ſcriptura occulta; vbi de occultis literarũ notis. Inſtitutio in diſciplinis inſtrumentalibus pertinentibus ſimul ad ſermonem & ad res. Ars Logica in Principe. Ars memoriæ in eo. Ars Rhetoricæ in Principe, ſiue ſtudium eloquentiæ & oratio Principis diſerta. Poeticæ, ſi non peritia, ſaltem amor in Principe. Inſtitutio Principis in diſciplinis principalib. Inſtitutio Principis in diſciplina principali prima & communiſſima, quæ [illegible] dicitur, in qua agitur de omnium diſciplinarum natura. Inſtitutio principis in diſciplina orta, & ſpecialiore. Inſtitutio Principis in contemplatione abſolutè. Inſtitutio in θεοσοφία, id eſt, in ea diſciplina, quæ agit de eſſentia & natura Dei, tanquam prima cauſa omnium. Inſtitutio Principis in Metaphyſica, ſaltem aliqualis. Inſtitutio in Pneumatica, ſiue in diſciplina de ſpiritibus, bonis & malis angelis, deque animabus rationalibus. Inſtitutio Principis in Phyſicis. In Phyſiognomia, vt diſcat noſſe homines ex aſpectu faciei, frontis, & totius conſtitutionis corporis. Inſtitutio Principis in diſciplina contemplatiua ſecundum quid. Inſtitutio in diſciplina contemplatiua ſecundum quid, prima. Diſciplina contemplatiua ſecundum quid prima, abſtracta, ſiue Mathematica. Inſtitutio in Geometria. In Arithmetica. In Mathematica concreta. In Aſtronomia. Aſtrologia. Geographia. Optica. Muſica vocali. Muſica inſtrumentali. Inſtitutio Principis in Mathematica orta. In Geodeſia, ſiue menſurandis longitudinibus & diſtantiis, latitudinibus & agris, altitudinibus ſiue turribus, profunditatibus, ſiue foſſis, puteis. Inſtitutio in Architectonica; & quidem Organica, ſiue Mechanica, quoad machinas cõficiendas. Inſtitutio in Architectonica ædificatoria; & primo quidem ciuili; ſecundo militari, atque adeo in doctrina de dirigẽdis tormentis bellicis.

Sequitur Inſtitutio in diſciplinis merè operatricibus; & primo quidem in practicis.

Inſtitutio principis in practicis primis, ſiue in Philoſophia practica. Inſtitutio principis in Ethicis. In Oeconomicis; In Politica, & iis diſciplinis quæ Politicæ ſubordinantur, vt eſt *Padeutica*, ſiue diſciplina de ſcholarum conſti-

tutione

Digitized by Google

tutione & regimine. In Gymnaſtica, itidem Politica ſubordinata. In diſciplina monetaria; vbi de proba metallorum, quam Princeps noſſe debet. In Polemica ſiue militari. Inſtitutio principis in diſciplina practica orta & ſuperiori, & primò quidem in Iuriſprudentia tam generali, quàm ſpeciali. In Theologia generali. In Theologia ſpeciali, ſiue in doctrina de Eccleſiaſtica diſciplina.

Et ſic de inſtitutione Principis in præceptis Practicarum diſciplinarum: ſequitur inſtitutio in Exemplis, ſiue Hiſtoriis, quæ ſunt collectiones exemplorum, tam in cogitatu, ſiue conſiliis, & in dictis, quam denique in factis.

Tantum de inſtitutione Principis, quoad diſciplinas operatrices practicas: Sequitur quoad factiuas, ſiue artes propriè dictas.

Inſtitutio Principis in arte eminentiori, nempe Medicina. In arte minus eminenti, & primo quidē in Chyrurgicis. In Pharmaceutica arte. In Chymica arte, & Alchymia. In arte pictoria & adumbratoria. In fuſoria. In arte ſculptoria. In arte cælatoria. In tornatoria; ſi nempe talibus artibus delectetur.

Hucuſque de inſtitutione Principis in virtutibus mentis: ſequitur inſtitutio Principis, ſeu aptitudo eius quoad morales virtutes; & primo quidem quoad virtutes Ethicas, quarum vel finis, vel ipſa virtutes in ſeſe ſpectantur. Finis virtutum Ethicarum in Principe conſideratus habet hos ſubtitulos:

Bonum morale principale, abſolutè ſpectatum in Principe, ſiue ipſa honeſtas, actio & operatio omnium virtutum. Apparens honeſtas & operatio virtutum in Principe. Totius vitæ turpitudo in Principe. Bonum principale à primo ortum, ſeu voluptas & lætitia interna, ſiue bona conſcientia Principum. Mala conſcientia & cruciatus principum, tum in vita, tum circa mortem. Bona fortuna, ſeu Proſperitas Principum, atque adeo Principes fortunati. Miſeria principum, & Principes infortunati ac calamitoſi. Communes calamitates Principum. Tragicæ calamitates Principum. Felicitas Principum quoad corpus. Sanitas Principum. Principes valetudinarii. Robur corporis in Principe. Imbecillitas in Principe. Vita longæua Principum, & Principes longæui. Princeps breuis vitæ. Εὐθανασία Principis, ſiue felix mors. Mors triſtis Principis, & tragici exitus. Mors præmatura Principis. Felicitas Principis poſt mortem in poſteris ſuis. Infelicitas princ. poſt mortē in poſteris ſuis. Pulcritudo corporis in Principe. Deformitas. Voluptates corporis in Principe & recreationes ac delitiæ. Infelicitas Principum circa voluptates, atque adeo Principes tormentis cruciati. Libertas vitæ in viris Principibus. Viri Principes in ſeruitutem deducti. Bonum honoris in Principibus, ſiue Principes magnis honoribus affecti. Principes clari, & magnis laudibus celebrati. Principes ignominiâ magnâ notati. Principes obſcuri. Libertas externa p.i … pis. Captiuitas & carceres principum. Principum opes & diuitiæ. Potentia. Pau… Impotentia. Immunitas principum à periculis externis; ac primo quidem iis, quæ à natura inferuntur, vt à periculis aquæ, ignis. Principes periculis talibus expoſiti aut pericliti. Immunitas principum periculi à beſtiis. Periculum principum à beſtiis & hominibus & eorum inſidiis. Immunitas principum à periculis quæ homines inferunt, vel vi, vel inſidiis. Periculum principum ab hominum vi vel inſidiis.

Tantum de requiſitis in principe Ethicis, ſecundū finem conſideratis: ſequuntur requiſita ſecundum media, nempe ſecundum ipſas virtutes, atque adeo aptitudo principis, quoad ipſas virtutes Ethicas.

Aptitudo quoad virtutes Ethicas generales. Principium virtutis ſuperius & eminentius, nempe afflatus diuinus, ſicut rectio & gubernatio diuina, quâ principis voluntas & affectus reguntur ad virtutem. Principium inferius virtutum; & primo quidem virtus dirigens, analogicè dicta.

Virtus analogicè dicta, ſublimior & prima.

Metus diuini numinis, & religioſitas principis. Profanitas princ. Superſtitio principis.

Virtus dirigens, analogicè dicta, orta.

Amor virtutis in principe. Impetus & motus heroici in principe. Amor gloriæ in principe. Metus infamiæ in principe: contemtus omnis infamiæ in principe. Aſpernatio omnis gloriæ.

Sic de virtute dirigente analogica ſublimiori. Sequitur Inferior.

Amor ſuiipſius in principe. Suiipſius cura & cuſtodia. Suiipſius neglectus in principe. Suiipſius odium. Amor nimius & Φιλαυτία in principe. Amor aliorū hominum in principe. Amor aliarum rerum extra hominem.

Tantum de virtute dirigente analogica in principe, ſequitur virtus dirigens perfectè dicta.

Iuſtitia vniuerſalis in principe. Obœdientia legum in Principe. Violatio omnis iuris & legum. Ὕβρις, ſeu iniuria contra omnes leges à Principe aliis illata. Prudentia, nempe Ethica in Principe. Perſpicacitas Principis & ſolertia. Prudentiæ præcepta Principi data. Ex-

perientia, quâ Princeps acquirit prudentiam. Experientia domeſtica. Experientia in locis peregrinis. Peregrinatio. Imprudentia Principũ. Prudentia conſultrix in Principe. Conſilium Principis, & omnes ſpecies conſilii. Prudentia conſultrix primariò dicta, quæ ipſum conſilium inuenit. Prudentia ſecundariò dicta, quâ audit aliorum bona cõſilia. Stupor Principis in conſilio inueniendo. Aſpernatio alieni conſilii. Prudentia iudicatrix. Æquanimitas Principis in iudicando de rebus; de perſonis; de dictis perſonarum; de factis perſonarum; de ſorte & euentu. Prudentia executrix. Prudentia executrix ſeruiens circumſtantiis; perſonarum, locorum & temporum. Prudentia executrix captans occaſiones rerum gerendarum. Prudentia executrix orta, quæ & *circumſpectio* & *cautio Principis* dicitur. Vigilantia Principis intẽta in omnes occaſiones. Securitas Principis negligens occaſiones. Diſſimulatio in Principe diſſimulandorum. Non poſſe diſſimulare Principem. Diffidentia bona in Principe. Nimia diffidentia in Principe. Nimia credulitas & ſedulitas in Principe. Nimia diſſimulatio, atque adeo nimia eius verſutia & calliditas. Cunctatio Principis, quando cunctandum. Feſtinatio, quando feſtinandum. Præcipitantia quando cunctandum eſt. Prudentia Principis ordinans bona media ad bonum finem. Prudentia Principis mutans mala admiſſa, vel mala neceſſariò toleranda in bonũ finem. Prudentia Principis directa & aperta. Prudentia Principis directa & obliqua, ac occulta, quæ per ſtratagemata agit.

Reſtat conſtantia inter virtutes dirigentes.

Conſtantia Principis, ſiue perſeuerantia. Perſeuerantia Principis in bono propoſito. Conſtantia in propoſiti executione. Nimia obſtinatio in propoſito. Nimia obſtinatio in propoſiti executione. Lenitas in propoſiti executione.

Tantum de virtutibus princip. vniuerſalibus ſeu dirigentibus: ſequitur virtus particularis; quæ eſt vel perfectè, vel imperfectè dicta. Et perfectè dicta iterum vel quoad nos, vel quoad alios; vel partim ad nos, partim ad alios. Sit itaque titulus:

Virtus moderatrix Principis quoad ſeipſum. Virtus quoad ſeipſum generaliter ſpectata, quâ Princeps poteſt ſeipſum regere, ſuasque cupiditates & affectus frenare. Virtus moderatrix in Principe ſpecialius conſiderata, quoad cupiditatem, quæ *Temperantia* generaliter dicitur. Temperãtia voluptatum corporearum in Principe. Intemperãtia harum voluptatum. Temperantia voluptatum internatum; primò quidem primarũ. Temperantia circa nutrimentum. Intemperantia nutrimenti & crapulæ principum. Abſtinentia, ſeu continentia cibi. Bona diæta Principum in cibo. Intemperantia & mala diæta Principum in cibo. Sobrietas Principum. Abſtinentia naturalis in Principibus. Bibacitas & ebrioſitas Principum.

Sic de Temperantia nutrimenti: Sequitur Veneris.

Caſtitas Principum. Libidines Principum.

Sequitur Temperantia Principum circa ſomnum, atque adeo vigilantia Principum.

Somnolentia Principum. Temperantia Principum circa corporis mundationes, lotiones, vnctiones, & exornationes. Intemperantia Principũ circa has. Temperãtia Principis circa corporis recreationes, & primo quidem amœnitates ſectandas. Intemperantia circa amœnitates, atque adeo etiam amœnitatem venationis. Temperantia circa voluptates auriũ, & Muſicas oblectationes. Intemperantia circa eaſdem. Temperantia circa luſus, & primò quidem ſedẽtarius, vt ſunt; aleæ, chartæ. Intemperantia. Temperantia Principum circa luſus, qui fiunt cum motu, vt ſunt luſus haſtæ in equis, & equorum certaminib. Intemperantia circa has. Temperantia circa voluptates, quas capiunt ex rebus pretioſis naturalibus, vt ex gemmis, &c. Intemperantia. Temperantia circa voluptates, quas capiunt ex rebus egregiis artificialibus, vt ex rebus Chymicis, picturis, ſculpturis. Intemperantia circa hæc. Temperãtia principum circa voluptates ex veſtitu. Intemperantia circa veſtes. Temperantia ex domus habitatione & ſupellectile domeſtica. Intemperantia.

Tantum de temperantia Principum: ſequitur virtus moderatrix honoris in Principe.

Magnanimitas Principis in tuendo honore & autoritate ſua. Nimius faſtus Principis circa tuendũ honorem. Puſillanimitas Principis in honore & autoritate tuenda.

Sequitur αὐτάρκεια Principis, quando vel contenti ſunt ſuâ ditione & imperio. Oppoſitum αὐταρχείας, quandò non ſunt contenti ſuis viribus, ſed maiora captant.

Ὀλιγωρία Principis, ſiue neglectus earum rerum, quas honeſtè poſſit habere.

Sequitur Grauitas & Diligentia, ſeu, Sedulitas *Principis in efficiendis negotiis.*

Ignauia Principum, in qua omnia negotia Reip. à ſe remonent, & aliis imponunt. Nimia ſatagentia, quando plus ſuſcipiunt, quam poſſunt effi-

Digitized by Google

ſunt efficere. Πολυπραγμοσύνη Principum. Occupatio Principum circa res friuolas.

Sequitur virtus opum rectrix, & primo quidem circa acquiſitionem.

Auaritia principum, quâ ſemper plus opum cupiunt congerere; quod vitium πλεονεξία propriè dicitur.

Sequitur virtus rectrix circa Diſpenſationem, quæ dicitur Parſimonia.

Nimia profuſio & prodigalitas principum. Nimia tenacitas & ſordes principum. Æquabilitas animi in Principibus, & non inſoleſcere rebus ſecundis. Inſolentia in reb. ſecundis. Laſciuia Principum in recreationibus: in conuiuiis.

Sequitur virtus moderatrix triſtitiæ, & doloris imprimis.

Tolerantia & patientia Principum in omni genere malorum præſentium. Intolerantia & impatientia Principum in hiſce. Fortitudo Principum in adeundis periculis. Temeritas principis in adeundis periculis. Timiditas & puſillanimitas Principum. Fortitudo & animoſitas principum in propulſandis periculis. Timiditas & Puſillanimitas in propulſandis periculis. Fortitudo principis bellica. Timiditas bellica.

Tantum de virtute in Principe, quoad ſeipſum: ſequuntur ea, quæ ad alium. Sit itaque titulus:

Virtus Principis ad alium relata; & primò quidē in genere ſpectata. Princeps ſuū cuique tribuens, & rectè ſe erga alios gerens. Malè ſe erga alios gerere. Iuſtitia diſtributiua in Principe. Iuſtitia diſtributiua fida. Fida erga viuos; erga aliorum vitam: erga aliorum valetudinem. Fida quoad aliorum libertatem; quoad aliorum honorem, & quatenus Principes aliis honores debeant. Quomodo Principes aliis verbis honorare debeant. Quomodo geſtibus. Quomodo factis. Quomodo ſe debeat gerere erga ſuperiores, atque adeo etiam erga benemeritos; vbi de gratitudine Principum. Quomodo erga pares. Quomodo erga inferiores.

Hucuſque fuit inſtitutio Principis fida: ſequitur correctiua; quæ eſt circa præmia & pœnas.

Virtus Principum diſtributiua præmiorum. Iniuſtitia Principis in diſtribuendis præmiis. Iniuſtitia in diſtributione pœnarum. Seueritas Principis in iniquis pœnis. Ἐπιείκεια, ſiue moderatio rigidi iuris à Principe facta. Nimia crudelitas Principum in pœnis. Nimia lenitas principum in pœnis infligendis.

Hucuſque fuit Iuſtitia diſtributiua Principum erga viuos: ſequitur erga non viuos, id eſt, eos, qui vel mortui ſunt, vel nondum viuunt, ſed victuri ſunt.

Iuſtitia Principum erga maiores ſuos, à quibus prognatus. Iniuſtitia erga maiores ſuos. Iuſtitia Principum erga anteceſſores, à quibus non eſt prognatus. Iniuſtitia erga eoſdem. Iuſtitia Principum erga recèns mortuos. Iniuſtitia & ſæuitia in mortuos. Iuſtitia Principum erga nondum viuos, ſed victuros; primò erga poſteros ſuos; ſecundò, erga ſucceſſores, qui ex eo non naſcentur. Iniuſtitia erga tales ſucceſſores.

Tantum de Iuſtitia diſtributiua: ſequitur Commutatiua.

Iuſtitia Principum in pactis & conuentis. Iniuſtitia. Iuſtitia Principum in emendo & vendendo. Iniuſtitia Principum in hiſce. Iuſtitia in mutuo & debito. Iniuſtitia in debito ſoluēdo. Iuſtitia circa præſcriptiones. Iniuſtitia circa res præſcriptas. Iuſtitia circa adeundas hæreditates. Iniuſtitia. Iuſtitia Principum circa ea, quæ per alluuionem, vel accretionem accepit. Iniuſtitia circa hæc.

Tantum de Iuſtitia: Sequitur Beneficentia *Principum.*

Φιλανθρωπία Principū, ſeu amor hominū & ſtudium benefaciendi hominibus, atque adeo clementia Principis. Inclemētia Principum. Crudelitas & tyrannis Princ. in malefaciendo hominibus. Facilitas in commendandis. Facilitas in annuendo aliorum petitioni. Difficultas in hac parte. Nimia facilitas in hac parte. Facilitas Principum in dādis commendationibus ad alium. Difficultas in hac parte. Nimia facilitas in hac parte.

Liberalitas & Magnificentia Principum.

Liberalitas & Magnificentia muneratoria, quæ dicitur *Munificentia Principum.* Auaritia muneratoria Principum, ſeu tenacitas in dandis muneribus. Magnificentia Principum tractatoria, ſiue magnifica Principum conuiuia. Luxuries Principum in conuiuiis. Sordes & tenacitas Principum in hac parte. Magnificētia Princ. in publicum. Nimia profuſio Princ. in publicum. Nimiæ ſordes in publicum. Magnificentia erga priuatos. Nimia profuſio erga eos. Nimiæ ſordes erga eos. Magnificentia Princ. in excipiendis peregrinis Principibus, aut aliis primariis perſonis. Nimia profuſio Principum in hac parte. Nimiæ ſordes in hac parte. Magnificentia Principum erga peregrinos exules. Nimia profuſio in hac parte. Nimiæ ſordes in hac parte. Magnificentia Principum eleemoſynaria, ſiue in pauperes. Nimium in hac parte. Defectus in hac parte.

Tantum etiam de Beneficentia, Liberalitate & Magnificentia: *Sequitur ὁμιλητικὴ virtus principum; & primo quidem comitas.*

Comitas pr.erga abſentes. Salutatio pr. abſentibus data. Literæ comes ad abſentes datæ. Moroſitas pr. erga abſentem. Nimia comitas erga abſentes. Comitas princ. erga præſentes. Libenter admittere ad ſe qui admitti debent. Comiter excipere eos. Affabilitas princ. Non dimittere à ſe triſtes. Moroſitas princ. in hac parte, & nolle ad ſe admittere alios. Abigere ab ſe alios qui admittendi erant. Nolle audientiam dare aliis. Nimia affabilitas princ. Comitas pr. in dimittendis aliis à ſe, ſiue in valedicendo abituris peregrè. Moroſitas in hac parte. Nimia comitas in hac parte.

Sequitur vrbanitas principis.

Ioci quos ſpargunt principes in communi conſiderati. Ioci & facetiæ principis menſales. Ioci quos audiunt principes ab aliis. Homines faceti, quibus vtuntur principes. Motiones princ pũ. Homines mordaces & ſcurriles, quos ipſi principes ſpargunt. Inurbanitas & Ruſticitas principis.

Tantum de virtutibus ad alios ſpectantibus: ſequuntur virtutes partim ad nos, partim ad alios.

Studium tranquillitatis in principe. Studium turbarum in principe. Principis inquieti turbulenti, rixoſi. Princeps qui multa poteſt ſufferre, & multas iniurias diſſimulare ſtudio pacis. Princeps qui nihil poteſt ſufferre.

Humilitas principis quatenus eius ſtatui conueniet.

Superbia & Inſolẽtia principis, qua ſe aliis præfert, quibus non debebat, & quâ alios contemnit & deſpicit. Nimia abiectio principis. Hypocritica humilitas principis.

Manſuetudo principis & refrenatio iræ.

Iracundia principis. Lenitudo principis. Virtus, ſeu manſuetudinis ſpecies ea, quæ eſt refrenatrix vindictæ, ſiue placabilitas in principe. Nimia vindictæ cupiditas, & crudelitas in vindicando. Neglectus iuſtæ vindictæ; vbi prin. nõ vindicat id quod debebat ex officio.

Veritas principum abſolute ſpectata.

Mendaciũ principis. Sophiſtica principũ, ſiue ſermones ambigui, qui modò in hanc, modò illam partẽ verti poſſunt. Veritas principis prolata de perſona ſua, quæ & *integritas ac ſinceritas* dicitur; item *ſimplicitas* &, *Candor* principis. Candor princ. in verbis, in geſtibus, in factis. Simulare principem ſimulanda, Diſſimulare diſſimulanda. Curuitas & obliquitas princ. oppoſita candori. Hypocriſis & ſimulata probitas principum. Iactantia & Arrogantia pr. Ironiæ pr. de ſeipſis loquentium. Affectationes principum in ſermone, geſtibus & aliis rebus. Veritas princ. de perſona alterius. Calumniæ principis aduerſus alios. Admittere calumnias libenter. Credere calumniis. Opprimere alios per calumnias.

Sequitur veritas pr. conſiderata reſpectu eius, cui dicitur. Fides à principe data. Promiſſiones pr. Fœdera à principe ſeruata. Promiſſiones à principe expletæ. Promiſſiones nõ expletæ. Fides à principe violata. Vota principũ. Satisfactio votorum. Quando princeps vota frangit.

Sic de veracitate principũ: Sequitur εὐλαλία, & quidẽ primo εὐλαλία reſpectu eius quod loquẽdũ eſt.

Res de quibus princeps loqui debeat. Turpiloquia principũ. εὐλαλία pr. reſpectu quantitatis, quâ loquendum eſt. Principum ſermo breuis & neruoſus. Verboſitas pr. Garrulitas. Scribacitas principis. Nihil planè loqui principem, cum loquendum eſt. Nimis breuiter & pauca loqui principem.

Sequitur εὐλαλία conſiderata reſpectu inſtrumentorum, quibus loquendum eſt.

Voce maſcula ac grauia loqui principẽ. Ore diſerto & iucundo loqui principẽ. Voce muliebri prin. loqui. Ore blæſo vel alio oris vitio principem loqui. Tarditas articulata pr. in loquendo. Præcipitantia princ. in loquendo. Affectatio idiomatis peregrini in principe. Sermo principis conuenienti corporis geſtu prolatus. Sermo princ. conuenienti corporis geſtu, ſermo prin. inepto & abſurdo geſtu corporis prolatus. Verbis aptis princ. loqui. Verbis perſpicuis. Verbis efficacibus & neruoſis. Verbis inuſitatis & obſcuris ac barbaris loqui principem. Verbis affectatè ornatis principem loqui. Tempori, perſonis & loco conuenienter aut inconuenienter principem loqui.

Sequitur εὐλαλία, conſiderata reſpectu obiecti cum quo loquimur.

Quando princeps ſecũ ipſo loquitur. Loquela principis cum alio. Suſurrationes & muſſitationes prin. Compellationes quibus princ. vtitur ad alios. Verba quibus princ. alios ad ſe vocat. Nutus principis, quib. aliquid aliis ſignificat. Interrogationes & quæſt. principũ.

Sequitur εὐλαλία principum reſpectu reſponſionis.

Reſponſa principum. Reſponſio apta, grata, ingrata; inepta principum.

Sequitur εὐλαλία pr. reſpectu eius, cũ quo loquitur.

Colloquium & compellatio parium à principe facta. Colloquium & compellatio ſuperiorum à principe. Colloquiũ & compellatio diſpariũ & inferiorũ à principe. Colloquium cũ hominibus miſeris, humilibus, & pauperib. Colloquia principis cum fœminis, itẽ pueris.

Sequitur

Sequitur ἀλαλία reſpectu eius, pro quo loquitur.

Principis loquela pro ſeipſo. Apologiæ & defenſiones Princ. pro ſeipſo. Loquela Princ. pro aliis. Apologiæ aliorū à Princip. ſuſcepta.

Sequitur ἀλαλία Principis reſpectu modi tacendi conſiderata.

Plane tacere principem, vbi tacendum eſt. Non plane quidem tacere Principem, ſed temperare ſermonem vbi opus eſt; ſiue parcè loqui principem. Patienter principem audire alium. Non ſingulis aliorum dictis & verbis ſe opponere principem. Interpellare alios. Temerè principem contradicere aliis. Secreta ſua tacere & non communicare facilè cum aliis. Secreta ſua non poſſe tacere, ſed effutire. Secreta aliorum tacere principem. Effutire aliorum ſecreta Principem.

Sequitur Ciuilitas morum Principum; & primò quidem ciuilitas inſita, eaq; primo reſpectu ſitus corporis, vt reſpectu ſedendi, ſurgendi, eundi, equitandi.

Ruſticitas principis in hac parte. Nimia ciuilitas princ. in hac parte. Ciuilitas reſpectu qualitatis corporis, i.e. reſpectu munditiei totius corporis & ſingularū partium. Ruſticitas & immundities principis. Ciuilitas princ. circa certas actiones corporis. Ruſticitas in hac parte. Ciuilitas princ. in ſumendo cibo & potu. Ruſticitas in hac parte. Ciuilitas circa excrementa corporis. Ruſticitas in hac parte. Ciuilitas principis reuerentialis & ceremonialis, ſiue aſſumta. Ciuilitas reuerentialis circa ſingulos homines ſeparatim. Ruſticitas in hac parte. Ciuilitas reuerentialis circa homines collectim conſideratos, ſiue integrū cœtum hominum. Ruſticitas princ. in hac parte.

Grauitas principum & maieſtas morum.

Leuitas in moribus. Grauitas affectata & ruſtica in moribus. Grauitas principis erga ſuperiores, & leuitas circa eoſdē. Grauitas principis erga pares. Leuitas erga pares.

Sequitur virtus conuerſatrix principum, & primo quidem priuata.

Conuerſatio cum bonis. Conuerſatio principum cum malis; cum ſuperiori; cū paribus; cum inferioribus & abiectis. Conuerſatio cōuiualis. Conuiuia à principe apparata. Conuiuia, ad quæ princeps inuitatur ab aliis. Conuiuia princ. imperfectè dicta; cum nēpe comeſſationes à cœna inſtituunt. Principes ad comeſſandum inuitati. Virtus conuerſatrix cū abſentibus. Familiares ſalutationes. Epiſtolæ principum ad alios frequenter datæ. Epiſtolæ ad principem ab aliis datæ. Virtus conuerſatrix in publico. Prodire principē in publicum. Nimium prodire principem in publicum. Nimis rarò apparere in publico, ſed ſemper deliteſcere. Principum ſalutationes & compellationes in publicum. Principum comitatus & deductiones in publicū. Conuerſatio, ſeu præſentia princ. in conuentibus ſolennibus. Inconueniens conuerſatio princ. in talibus conuentibus.

Hucuſq; de principis virtutibus Ethicis propriè dictis: Sequitur virtus principis Ethica analogicè dicta.

Pudor principis. Ruſticus pudor principis. Impudentia principis. Moderata deſideria principum. Immoderata deſideria principū. Moderata ſpes principis. Nimis facilis ſpes principis. Immoderata ſpes principis. Compaſſio & miſericordia principis. Immiſericordia principis, & ferrea durities, atq; adeo crudelitas, quatenus immiſericordiam ſignificat. Nimia compaſſio & miſericordia principum. Ἐπιχαιρεκακία, ſeu congaudentia principum in aliorū rebus ſecundis. Gratulationes principū. Ἐπιχαιρεκακία princ. ſiue gaudiū in alienis malis. Suſpicio principis. Immunitas principum à ſuſpicione. Nimia ſuſpicacitas principum. Minus ſuſpicacem eſſe, quam decebat principem. Immunitas princ. ab inuidia. Inuidia & liuor principis. Zelus princ. pro re bona, quæ *Nemeſis* dicitur. Vacuitas, ſeu carentia zeli in Pr. vbi zelus eſſe debebat. Nimius zelus principū. Æmulationes honeſtæ principum. Neglectus æmulationis in principe. Nimia æmulatio in princ. Pœnitentia princ. Dolor principis ob admiſſa peccata. Eorum emendatio quę peccauit. Palliare principem crimina. Nimia pœnitentia & deſperatio principū.

Fuit diſtinctio virtutum Ethicarum in principe ſecundum ſpeciem: ſequitur ſecundum gradus.

Virtus mediocris in principe. Communia vitia in principe & aliis. Virtus heroica in pr. Principes heroes. Heroici afflatus principum. Heroici ſucceſſus. Principum heroum exitus. Feritas, immanitas, & abominanda ſcelera principum. Principes alaſtores, & monſtra humani generis.

Fuit primum medium in principe, videlicet Virtus: ſequitur alterum medium à primo ortum, videl.
AMICITIA.

Amicitia principum perfectè dicta, ſeu honeſta. Amicitia principum cum paribus, ſeu cum principibus. Amicitia princ. cum inferioribus, ſeu cum non principibus. Amicitia principum cum ſubditis; cum exteris. Inimicitia principum propter virtutem ſuſcepta. Amicitia princip. iucunda cum paribus; cum diſparibus & inferioribus. Amicitia princ. vtilis cum paribus; cum inferioribus.

Fuerunt media, ſeu requiſita princ. Ethica generalia: reſtant ſpecialia.

Felicitas principum, puerorum. Infelicitas. Felicitas principum adoleſcentum & iuuenũ. Infelicitas. Felicitas princ. in ætate virili. Infelicitas. Felicitas principum in ætate ſenili. Infelicitas. Mores & virtutes principum. Mores & virtutes principis pueri. Vitia eiuſdem. Mores principis adoleſcentis & iuuenis. Vitia. Mores principis ſenis. Vitia. Amicitia pr. puerorum. Inimicitia. Adoleſcentia principũ adoleſcentum & iuuenũ. Senũ. Inimicitia.

Requiſita Ethica Princ. ſpecialia reſpectu certarum gentium, vt principum Europæorum, Aſiaticorum, &c. ad ſpecialem Politicam reducenda ſunt.

Vidimus requiſita Princ. Ethica; ſequuntur Oeconomica, quæ conſiderantur vel vt finis, vel vt media: Ratione finis ſunt:

Felicitas princ. Oeconomica. Infelicitas. Tragici & miſerandi caſus in ſocietate Oeconomica principum. Tragici caſus reſpectu famulorum principum.

Sequuntur media quoad poſſeſſionem domeſticam principum.

Affectus & virtutes Oeconomicæ princip. quatenus ſunt fundamenta affectuum & virtutum politicarum. Bonus Oeconomus facit bonum politicũ. Virtus Oeconomica princ. quoad ſocietatem, ſeu affectum maritalẽ. Virtus Oeconomica princ. quoad relationem patris erga filios. Virtus Oeconomica princ. quoad ſocietatẽ domini erga famulos. Virtus Oeconomica quoad virtutem filii erga patrem. Quomodo ſe gerere debeat filius princeps erga patrem principẽ. Quomodo erga patrem plebeium, vel ſaltem non principem. Virtus Oeconomica princ. quoad poſſeſſiones acquirẽdas. Virtus Oeconomica, quoad poſſeſſiones conſeruandas. Virtus Oeconomica pr. quoad erogationes & expenſas domeſticas. Virtus Oeconomica principis cœlibis. Virtus Oeconomica principis vidui.

Et ſic etiam de requiſitis ſeu virtutibus princ. Oeconomicis: ſequitur virtus ſeu requiſita fundamentalia, quæ conſiderantur, vel vt finis, vel vt media. Requiſita politica conſiderata vt finis, habet hos ſubtit.

Felicitas principum politica, ſiue ſucceſſus circa adminiſtrationem & regimẽ. Infelicitas & mali ſucceſſus principũ, quoad regimen & adminiſtrationẽ Reip. Autoritas princ. & decus maieſtaticum, quod habet apud ſubditos. Cõtemptus & deſpectus princ. apud ſubditos. Bona affectio ſubditorum erga principem, quatenus eſt pars felicitatis in principe. Odiũ & auerſatio ſubditorum aduerſus principem, quatenus eſt pars infelicitatis in principe. Autoritas principis apud exteros. Vires, nerui & potentia politica. Impotentia principum & defectus virium ac neruorum politicorum.

Finis politicæ conſideratus, vt eſt intentio principis, ſeu quid princeps intendere debeat in Reip. gubernatione. Subditorum ſalus ſpectata à principe primariò. Subditorũ ſalus neglecta à principe. Propria ſalus ſecundariò ſpectata à principe. Propria ſalus publicæ prælata à principe. Propria ſalus nimis neglecta à principe. Commoda publica priuatis prælata. Priuata commoda publicis prælata à principe. Publicæ ſalutis plenaria euerſio à principe intentata, quæ etiam *Tyrannis* dici ſolet; quod vocabulum hoc loco ſumitur, quatenus opponitur vniuerſo ſcopo & bonæ intentioni, quam princeps habere debeat in Republica.

Tantũ de fine politico in principe: ſequuntur virtutes, quæ ſunt vel dirigẽtes, vel directæ. Dirigens iterũ eſt, vel imperfectè dicta, vel perfectè dicta. Imperfectè dicta eſt notitia ad affectus, habetq; hos ſubtitulos:

Notitia gentis, cui princeps imperat. Ignorantia gentis cui imperat. Notitia conſuetudinum & iurium gentis cui pr. imperat. Ignorantia. Amor gẽtis iſtius cui imperat. Odium gentis cui imperat.

Fuerũt virtutes dirigẽtes imperfectæ: ſeq. perfectæ.

Prudentia politica in princ. Peritia & experientia rerum polit. in principe, nempe quę ad res politicas iſtius principatus, cui præeſt, pertinẽt. Imprudẽtia politica princ. Prudentia politica conſultatrix primariò dicta. Conſilia principũ. Politica quæ ipſe inuenit. Prudentia cõſultatrix principũ ſecundariò dicta, quâ aliorum politica conſilia audit & recipit. Imprudentia principis in conſiliis aliorũ recipiendis. Reiectio bonorum conſiliorũ politicorũ. Iuſtitia principis politica. Iuſtitia princ. diſtributiua Politica, per quã ſubditis ſuis tribuit, quod tribuendũ eſt, ſeruãdo leges fundamentales principatus, & pacta ſpecialia. Leges fundamẽtales regni & principatus. Pacta ſpecialia principum & ſubditorum. Iniuſtitia diſtributiua princ. politica. Violatio legũ regni. Violatio pactorum ſpecialiũ. Iuſtitia correctiua, ſiue iudicialis politica. Iuſtitia in præmiis politicis. Iniuſtitia in his. Iuſtitia pr. in pœnis politicis. Iniuſtitia in his. Conſtãtia pr. politica. Pertinacia in rebus politicis. Leuitas in his.

Sic dirigens: ſequitur directa. Sedulitas & actuoſitas principis in rebus politicis. Ignauia principis in reb. politicis, vt in capiendis conſiliis, & in Reip. adminiſtratione.

Fortitudo principis politica & bellica.

Audacia

Audacia & temeritas princ. Puſillanimitas princ. Veracitas & fides princ. in promiſſionibus & pactis politicis. Violata fides in his.

Abſoluimus aptitudinem imperandi in principe: Sequitur poteſtas imperandi, quæ eſt vel prima, vel orta. Itaque ſit tit.

Poteſtas principis prima. Prima abſolute conſiderata. Poteſtas principum abſolutè conſiderata diuina. Similitudo Principũ cum Deo. Vices Dei quas princeps gerit in his terris. Deſignatio & collatio, principatus à Deo facta. Signum diuinæ deſignationis ad principatum in verbis illis tituli principalis: *Dei gratia.*

Singularis cura Dei circa principes. Peculiares angeli & genii principum. Peculiaria fata † principum; quibus ſingulariter reguntur in mundo præ aliis hominibus.

† Per fatum autem intelligitur peculiaris cura Dei & angelorum circa principes. Prout etiam ſingulares inclinationes ſiderum, quibus principes reguntur.

Commiſſio principatus humana. Commiſſio principatus facta tacita ſubditorũ conſenſu. Commiſſio principatus ordinaria. Ordinaria cõmiſſio principatus per ſucceſſionẽ. Vbi de ſucceſſione principum; ac eius requiſitis ac legib. Commiſſio principatus per electionem. Vbi de electione principum & regum, deque modis eligẽdi. Commiſſio principatus extraordinaria; & primo quidem frequentior. Frequẽtior mediis pacificis, vt iure dotis & teſtamenti, cum aliquis principatum adipiſcitur dote vel legato. Frequentior facta iure belli. Occupatio principatuum per arma & bellum. Debellatio gẽtium barbararum, earumque ſubiectio. Suſceptio debellatorum in deditionem. Imperium in dedititios. Commiſſio principatus extraordinaria. Commiſſio rarior peculiari caſu facta, vt cum Bohemi elegerunt principẽ comedentem ſuper mẽſa ferrea, ſeu ſuper ſomere aratico. Rarior ſortitione facta.

Hucuſque commiſſio regni, ſeu principatus abſolute ſpectata: ſequitur commiſſio regni cum certa relatione ſpectata, ſeu certis ſignis confirmata.

Iuſiurandum quo ſe ſubditis obligat princeps. Iuſiurandũ quo ſe ſubditi obligant principi. Inauguratio principis. Proclamatio. Coronatio. Publica acclamatio. Epulæ & conuiuia inauguralia. Spectacula inauguralia, & ludi omnis generis. Inſignia adepti principatus & inaugurationis. Corona, vel quodcunque aliud diadema principis. Sceptrum principis. Amictus, ſeu habitus principalis & regius. Thronus regius & tribunal maieſtatis. Gladius. Inſignia principis. Sigillum. Symbolum principis. Tituli eminentiæ principalis. Tituli ditionum principis.

Sequitur fundamentum ortum; quod eſt vel primarium, vel ſecundarium.

Primarium eſt ius deſpoticum, ſeu ius dominandi, quod originem trahit ex iure principis in filios; vocatur & *Regalia principis*. Regalia principis vniuerſalia. Regalia principis particularia. Capita iuris deſpotici, ſeu iuris maieſtatis.

Eſt autem ius deſpoticum, ſeu ius Maieſtatis, vel diſpenſatorium, vel obligatorium.

Ius maieſtatis diſpenſatorium, quo nimirũ princeps poteſt diſpẽſare de iis omnibus, quæ ad ſtatum politicum pertinent. Ius maieſtatis obligatorium, quo ſcilicet princeps habet obligatos ſubditos ad ſummam reuerentiam. Fundamentum principatus ortum ſecundarium. Authentia, ſeu valor principis, chirographi & manus, ſeu ſubſcriptionis. Subſcriptio principis. Imitatores ſubſcriptionũm principis.

CLASSIS III.
LOCORVM POLITICORVM,
Continens titulos de Officio Principis in genere.

ABSOLVIMVS *hactenus conſtitutionum & fundamenta principatus: ſequitur vt perſequamur titulos pertinẽtes ad officium & curã principis.*

Officium, regimen & cura principis. Officium & cura principis conſiderata primario, nempe in eius vita. Officium & regimẽ princ. in vita ſpectatũ ratione principii. Prima conſtitutio regiminis & Reip. collapſi regiminis inſtauratio. Regimen principis ſpectatum ratione progreſſus & continuationis. Conſtitutio principalis regiminis. Cauſa dirigens, ſeu norma, ſecundum quam principis regimen conſtituitur. Lex quâ princeps gubernat ſubditos. Lex naturalis, ſecundum quam gubernat. Lex naturalis prima, quæ abſolutè *Lex naturæ* dici ſolet. Lex naturalis orta, quæ lex, ſiue ius gentium dici ſolet. Lex poſitiua, ſecundum quam princeps regit. Lex poſitiua generalior, nempe regulæ Ethicæ, Oeconomicæ, Politicæ, Iuridicæ, quibus princeps ſubditos gubernat. Lex poſitiua ſpecialis indefinitè conſiderata. Voluntas, arbitrium, placitum & decretum principis. Placitum & decretũ principis immediatè propoſitũ per ipſum principẽ. Arbitriũ & decretum principis mediate per eius miniſtros promulgatum. Lex ſpecialis poſitiua definite ſumpta, ſiue conſtitutio principis.

Conſtitutio Princ'pis ſolitaria. Conſtitutio Princ. ſocia. Socia minus ſolennis. Conſtitutio ſolennis, ſiue ea, quæ fit in comitiis. Comitia quatenus ad ſanciendas cõſtitutiones habentur. Conſtitutionum comitialium relatio in acta publica. Conſtitutio Princ. publica, id eſt, talis, quæ ad ſtatum totius Reip. pertinet. Conſtitutio Princ. priuata, quæ vtilitatem & commoditatem ſubditorum concernit. Edictum. Decretum. Conſtitutio ordinaria. Conſtitutio extraordinaria. Indulta principum.

Sic de Lege proprie dicta; ſequitur minus proprie dicta.

Lex minus proprie dicta tacita, ſeu conſuetudines in Republica receptę. Lex minus proprie dicta expreſſa. Principis adhortationes ad ſubditos. Principis poſtulata ad ſubditos, directa, obliqua.

Fuit diſtinctio legis: ſequitur eius functio.

Functio legis primaria. Sanctio legis. Sanctio legis prima. Conceptio, ſeu poſitio legis. Legislatores Politici. Legum conſcriptio & tabulæ. Legis ſanctio orta, id eſt, ea quæ Principis autoritate & ſubſcriptione munita eſt. Promulgatio & publicatio legum & mandatorum principum. Publicatio legum, quæ fit voce preconum. Publicatio mandatorum, quæ fit affixo diplomate principali. Diplomata Principum. Sigilla diplomatibus affixa. Refixio diplomatum & violatio. Functio legis ſecundaria. Functio legis directa. Confirmatio legis. Interpretatio. Functio legis ſecundaria indirecta. Obrogatio legis. Derogatio. Abrogatio legum & mutatio. Mutatio conſuetudinum in Rep. receptarum. Subſtitutio nouarum legum pro veteribus.

Fuit functio legis: reſtat Executio; itaque ſit ſubt. Executio legum in principe.

Tantum de norma regiminis principalis: ſequuntur partes eſſentiales, conſtituentes regimen.

Eorum quæ ad principatus procurationẽ pertinent, cognitio. Eorum quæ dubia ſunt & ambigua, prę uio conſilio determinatio. Conſiliũ Politicũ. Modus inueniendi conſilia Politica; & primo quidẽ modus ſeu media intellectualia. Conſilia de re ſimplici primo abſoluta; 2, cõparata. Conſilia de re, ſiue themate coniuncto, 1 abſoluto; 2, comparato, quando quæritur, an hoc ſit illo melius vel deterius. Conſilia de methodo & ordine, ſeu diſpoſitione rei inſtituẽda. Requiſita conſilii moralia. Requiſita moralia prima. Fidelis affectus erga Remp. pro qua conſiliũ capitur. Mens compoſita in conſilio, & immunitas ab affectibus ac perturbationibus. Libertas in conſilio capiendo. Taciturnitas in conſilio celando.

Tantum de conſilio priori parte eſſentiali regiminis: ſequitur Procuratio & adminiſtratio diuerſorum officiorum in Rep. quæ eſt altera pars eſſentialis.

Adminiſtratio facta per principem ipſum, quantum homini poſſibile eſt. Adminiſtratio diuerſorum munerum in Rep. facta per alios quidem, ſed ita tamen vt à principe pendeat. Reſignatio & neglectus munerum ad Remp. pertinentium; & iſtius muneris commiſſio officiariis tota relicta, ita vt nihil ipſe princeps agat in iis munerib. Adminiſtratio principis in ſuſtinendis Reip. muneribus. Adminiſtrorum delectus. Aſſumptio & promotio ad munera politica. Obreptio in munera politica. Venditio munerum politicorum. Emptio munerum Politicorum. Remotio ab officio politico. Spontanea reſignatio munerum politicorum. Emeritum eſſe & rude donatum in Rebuſpubl. Adminiſter principis directus. Adminiſter pr. ad informandum. Conſiliarius. Conſiliarii requiſita primaria. Affectus ſincerus conſiliarii erga Rempublicã. Fidelitas conſiliarii erga Remp. & principem. Iuramentum. Prudentia, Libertas, ſeu mens libera. Taciturnitas conſiliarii. Secundaria requiſita conſiliarii. Conſiliarium eſſe indigenam principatus in quo dat conſilium, aut non eſſe. Ætas. Conſtitutio corporis; ſeu perſona conſiliarii.

Fuerunt requiſita conſiliarii: ſequitur functio, ſeu actus & vſus conſiliarii. quæ eſt Conſultatio.

Conſultatio ſeparatim accepta, quæ eſt principis cum vno conſiliario. Conſultatio collectim accepta, quæ eſt principis cum pluribus, vel omnibus conſiliariis, quæ dicitur *Conſilium*. Locus quo habendum concilium. Tempus quo inſtituendum concilium. Concilium ordinarium. Concilium extraordinariũ. Proceſſus & partes conſultationis primo externæ. Indictio concilii. προβουλεύματα, ſeu pręparatio ad futuram conſultationem. Conuentus conſiliariorum ad concilium. Conſeſſus in concilio.

Sequuntur interna partes concilii.

Propoſitio conſultationis. Perſona proponens, ſiue Præſes. Rogatio votorum. Dictio. Examen votorum. Examen factum à conſiliariis, quorum vnus inquirit in votum alterius. Examen votorum factum à principe. Examen principis tacitum. Examen principis apertum. Conſultationis concluſio.

Tantum etiam de partibus, ſeu progreſſu conſultationis: ſequitur diſtinctio, ſiue diuiſio.

Conſultatio ſtata, quæ fit apud principem

&ad

& ad eius aulã. Conſultatio ſolennior, quæ fit in comitiis. Comitia conſultatoria, quatenus ad ſtatum Monarchicum pertinent. Locus comitiorum. Tempus comitiorum. Proceſſus, ſeu partes comitialis conſultationis. Emiſſio literarum deliberatoriarum. Indictio & nominatio comitiorũ, & propoſitionis, præcipua capita promulgata. Confluxus & conuentus ad comitia. Cõſeſſus in comitiis. Propoſitio in comitiis facta. Vota in comitiis data. Expenſio votorum. Concluſio. Concluſionis relatio in acta. Solennis miſſio & diſceſſus è comitiis. Conſultatio ordinaria. Conſultatio extraordinaria ratione modi, quo conſultatio inſtituitur. Conſultatio extraordinaria ratione perſonæ, cum qua conſultatio inſtituitur. Conſultatio & cõcilium communius. Concilium ſanctius, quando in rebus ſumme arduis, pauciſſimi tantũ adhibentur, ein Außſchuß. Conſultatio oretenus inſtituta. Scriptis inſtituta conſultatio.

Fuit etiam conſiliarii functio ſiue conſultatio: ſupereſt eius partitio, ſeu diſtinctio.

Conſiliarius intimus & eminentior. Conſiliarius minus intimus, & inferior. Conſiliarius ſenex, iuuenis, veteranus, qui diu ſeruiuit principi. Conſiliarius nouitius qui recèns acceſſit. Conſiliarius ordinarius. Conſiliarius extraordinarius, & vel proprie dictus. Conſiliarius extraordinarius præſens ad aulã. Conſil. extraordinarius abſens ab aula, vel etiam ditione principis. Conſiliarius ſupernumerarius. Conſiliarius honorarius, qui tantum titulũ habet conſiliarii, non rem ipſam. Conſiliarius honorarius, qui quidem adhibetur ad conſilia honoris cauſa, ſed non ex officio. Adhibitio parẽtis principis & cognatorum proximorum ad conſilia. Remotio coniugis ſeu principiſſæ à conſilio, quantũ fieri poteſt. Remotio liberorum à conſiliis. Remotio famulorum, qui ſemper ſunt circa Principem à conſiliis.

Sic de informatore conſiliario: ſequitur informator Iuridicus, quo Princeps vtitur ad conſilia iuridica, aut ad ius dicendum, ein Gerichtsrath. *Reſtat informator hiſtoricus qui ſuggerit principi, non quidem conſilia, ſed alia ſcitu neceſſaria.*

Informator hiſtoricus, quo ad res gerendas, admonens principem de forma & partibus regiminis, & quid agatur in ipſius principatu. Informator hiſtoricus quoad res geſtas. Informator hiſtoricus, quoad res geſtas veterum. Informator, quoad res quæ nunc geruntur, Aviſen. Cura rerum nouarum in principe, & modi quibus res, quæ in orbe terrarum geruntur, princeps reſciſcat. Hiſtoricus principis narrator, ſimul & ſcriptor, qui annotat ea, quæ tam in ditione, quam extra geruntur. Commentarii hiſtorici principum.

Tantum de adminiſtro principis informatore: ſequitur adminiſter principis, quoad res gerendas, qui Officiarius *ſpecialiter dicitur.*

Officiarius internus, ſiue is, cuius operâ & officio princeps in ipſo regno ſuo vtitur. Officiarius internus ſimplex. Officiarius ſimplex publicus. Offic. publicus magis ad integrum, ſeu pacatum Reip. ſtatum pertinens. Officiarius ad integrum Reip. ſtatum pertinens generalior. Officiarius officii magis ſtati: Officiarius officii magis ſtati ſeparatim conſideratus, & primo quidem ſuperior. Cancellarius. Vicecancellarius. Libellorum ſupplicum magiſter. Referendarius. Secretarii maiores. Inferior officiarius. Secretarii minores. Notarii concipiſtæ, ſeu ſcribæ vulgares. Tabelliones principis. Officiarius ſtati officii collectim conſideratus, conſtituit cœtum, qui vulgo dicitur *Cancellaria Principis.* Membra cancellariæ. Regimen & ordo cancellariæ. Inſtrumenta cancellariæ omnis generis, vt ſunt libri, literæ. Archiuum principis, in quo omnis generis priuilegia, & alia maioris momenti aſſeruantur. Diſpoſitio cancellariæ & archiuorum, atque adeo certus ordo, quo inſtrumenta cancellariæ & archiui componuntur. Regeſtum cancellariæ, & regeſtores, ſeu *regiſtratores*, vt vulgo vocantur.

Sequitur officiarius magis ſolennis, ſiue ſolennium actuum & conuentuum director, qui dicitur Mareſcallus *principis.*

Tantum de Officiario generali: ſequitur particularis, qui non ita ad totam ſummam regiminis pertinet; ſed ad certas gubernationis partes in ſpecie.

Officiarius particularis mediatus. Informatores iuuentutis. Doctores & informatores populi. Officiarius particularis immediatus, qui nempe partem aliquã gubernationis attingit. Officiarius immediatus ſuperior. Proprinceps, ſeu præfectus. Præfectus maior. Præfectus minor, ſiue *Capitanei*, vt hîc vocãtur. Theſaurarius principis. Officiarius inferior, Primo dignior. Officiarius ad regendum & iudicandum. Magiſtratus in vrbibus, oppidis, pagis, vicis. Officiarius dignior ad rerum curam gerendam. Hylarchæ, ſeu præfecti ſyluarum. Præfecti metalli fodinarum. Quæſtores. Indignior officiarius. Scribæ, apparitores.

Sic de officiariis ad ſtatum pacatum, præcipuè pertinentibus: Officiarii ad ſtatum bellicum, vt & officiarii aulici ſuo loco enumerabuntur.

Et ſic etiam de officiario ſimplici: officiarius mixtus conſtituit ſingularem titulum, qui ſit:

De mixtura officiorum in Republica, vt togatum & bellicum, &c.

Sic de officiario interno: externus ſuo loco.

Hactenus de officiario directo: ſequitur indirectus.

Officiarius indirectus occultus, quo princeps vtitur occulte, vel ad explorandū vel ad alia. Officiarius indirectus extraordinarius. Officiarius ſupernumerarius. Officiarius honorarius & titularis tantū, (vt ſunt ſecretarii regii in hoc regno.)

Tantum de officiarii diſtinctione ratione obiecti, circa quod verſatur: ſequitur diſtinctio ratione temporis.

Officiarius veteranus. Officiarius nouitius. Offic. adhuc iuuenis. Officiarius emeritus.

Huc uſque de cauſis regiminis adiuuantibus, atq; adeo de principis miniſtris: ſequitur regiminis, ſeu cura principis partitio.

Cura principis publica. Cura publica interna, Cura interna prima. Cura prima magis ad prudentiā & ſedulitatē principis pertinēs, quæ in ſpecie *Curæ gubernationis & diſpenſationis* dicitur, Cura diſpenſationis prima. Cura circa homines. Cura circa homines generalior. Cura circa vitam ſubditorum. Cura circa vitam ſubditorum indeterminata. Peritia principis circa ingenium, & qualitates ſubditorū. Peritia pr. circa quātitatem & numerum ſubditorum. Cura determinata, & quidem abſoluta, quâ princeps curat vt viuant ſubditi. Cura principis circa natiuitatē ſubditorum, ſeu modum naſcendi. Cura legitimæ natiuitatis. Cura grauidarum. Cura de obſtetricib. Cura de nutricibus. Cura circa victum & annonam ſubditorum; vbi etiā tituli de annona publica. Granaria publica. Agrorum cura quantum ad annonā. Exportatio è regno, quantū ad annonā. Forum annonæ. Pretiū. Præfecti annonę. Annona victus, vbi de pretio ponendo piſtoribus, laniis, piſcatorib. Cura annonæ quoad potū; vbi de modo ponendo Oenopolis, Cereuiſiariis, &c. Fames publica. Caritas annonę publica. Inſpectores horreorum publicorū. Actuarii, i. e. ii qui erogant annonā tempore neceſſitatis. Erogatio annonæ tempore neceſſitatis. Venditio annonæ tempore neceſſitatis. Elargitio in pauperes tempore neceſſitatis. Exoneratio hominū tempore neceſſitatis & famis publicæ; atque adeo colonia deducta propter defectum annonæ.

Cura principis circa ſanitatem ſubditorum, eaque primo in genere.

Cura mundi aeris. Cura mundæ aquæ. Cura munditiei in locis habitatis, atq; adeo expurgatio rerum ſordidarum, quæ ſunt in publico. Prouiſores ſanitatis. Medici. Conſtitutiones circa empiricos. Chirurgi, Pharmacopolæ, & pharmacopolia eorundemque reuiſio. *Νοσοκομεῖα* & cura ſanitatis in ſubditis pauperibus. Cura ſanitatis in ſpecie tempore cōtagii, ſiue peſtis. Conſtitutiones principis tempore peſtilentiæ. Fuga in peſte.

Sic de cura principis vt ſubditi viuant abſolute: ſequitur cura principis, vt ſubditi bene viuant; quæ eſt vel primaria, vel ſecundaria. Primaria eſt vt ſubditi ſecundum virtutem & honeſtatem viuant. Itaque ſit tit.

Cura principis vt ſubditi ſecundū virtutē viuant. Cura principis prima circa primam ætatem. Educatio iuuentutis in Rep. Educatio iuuentutis, reſpectu mentis. Educatio iuuentutis reſpectu morum. Scholæ in Republica. Scholarum magiſtri. Scholarum ordinatio. Scholaſtica inſtitutio, & eius modus. Scholaſtica diſciplina.

Hic ſubordinatur Politicæ peculiaris diſciplina de Rep. ſcholaſtica, cuius tamen præcipuos titulos hic habent Politicæ ſtudioſi.

Ordo claſſium in ſcholis. Inſtitutio inferiorū claſſium. Inſtitutio ſuperiorū claſſium. Scholæ triuiales, ſeu particulares. Schola triuialis vrbana. Schola pagana. Schola clandeſtina. Schola publica. Emancipatio ex ſchola triuiali. Schola Academica. Schola Academica in ditione principis. Schola Acad. extra ditionē principis. Emiſſio iuuentutis in ſcholas & Academias exteras. Reuocatio iuuentutis ex Academiis exteris. Schola quatenus pueris accommodata. Schola & inſtitutio puellarum ac virginum. Informatio iuuentutis reſpectu corporis. Exercitia corporis communia, vt luſus pilæ & alia; quatenus iuuentuti à principe permittenda. Exercitia corporis ſingularia & magis grauia, quæque aliquem in Rep. & bellis vſum habent.

Hic etiam peculiaris diſciplina ſubordinatur Politica, quæ dicitur Gymnaſtica, *olim florentiſſima, nunc ingenti Rerump. detrimento neglecta.*

Palæſtræ & gymnaſia iuuentutis. Modus exercendæ iuuentutis naturalior, nempe in eſuriendo, ſitiendo, in vigilando, in diu ſtando, in currendo, in natando, in ſaltando. Modus exercendæ iuuentutis in equitando, aurigando, baiulando magna onera in brachiis aut humeris. Modus exercendæ proiiciendo onere, vt grauibus diſcis, lapidibus. Modus exercendæ in tractatione armorum ſecantiū, nempe in gladiis, enſibus, pugionibus, ſicis.

Modus

Modus exercendæ in tractatione armorum haſtatilium, ſiue exercitia haſtilia. Modus exercendæ iuuenturis in armis iaculantibus. Exercitia ſagittandi. Exercitia bombardarum & ſclopetorum. Præfecti palæſtræ & gymnaſii iuuenturis. Præmia his exercitiis propoſita. Qualis à principe conſtituenda ſit gymnaſtica puellaris.

Tantũ de Cura honeſtatis prima, quæ eſt circa primam ætatẽ: ſequitur orta, quæ eſt circa maturã ætatẽ.

Cura Ethica. Cura Ethica generalis. Cura Eth. mediata, auertens omnis generis prolectamenta, occaſiones & illecebras vitiorum. Amolitio librorum obſcœnorum & malorũ. Amolitio picturarum obſcœnarũ & ſtatuarũ. Amolitio laſciuarum Comœdiarum aut Tragœdiarum. Animaduerſio in ſcurras, lenones, ganeones, magiſtros gulæ & nequitiæ, atq; adeo corruptores iuuẽturis & ætatis ẽt maturæ.

Sequitur cura honeſtatis Ethica immediata.

Cura virtutum dirigentiũ, & primo quidẽ analogice dictarũ. Cura circa amorẽ & timorem diuini numinis, quantum ad honeſtatẽ pertinet. Cura circa amorem virtutis ſubditis implantandi. Cura circa amorẽ famæ honeſtæ. Cura circa amorem ſui ipſius. Quid de iis princeps ſtatuere debeat, qui ſeipſos lædũt vel interficiunt. Cura circa amorẽ proximi. Quid de μισανθρώποις & hoſtib. humani generis princeps debeat ſtatuere. Cura virtutum Eth. perfecte dictarũ. Conformatio & aſſuefactio ſubditorum ad generalem obedientiam & obſeruantiã omniũ legũ. Aſſuefactio ad circumſpectionem & prudentiã. Quid de ſtupidis, ſtultis & ſtolidibus ac nimis etiam ſimplic. princeps ſtatuere debeat. Quid de nimis verſutis & callidis. Cura conſtantiæ in ſubditis. Quid de nimium peruicacibus princeps ſtatuere debeat. Quid de leuibus nimium & inconſtantibus.

Sequitur cura virtutum directarum, ſiue particularium. Cura virtutum particularium perfecte dictarum, & primo quoad nos.

Cura Temperantiæ ſubditorũ circa nutrimentum, & 1 quidem, circa cibum. Auerſio omnium illecebrarũ gulæ à ſubditis, atq; adeo animaduerſio in eos qui ſubditorũ gulam irritant ſui quæſtus cauſa. Animaduerſio in eos, qui omnis generis fructus crudos obtrudunt ſubditis. Animaduerſio in nimis voraces. Cura temperantiæ circa potũ. Auerſio irritamẽtorum in potu. Animaduerſio in compotationes & helluationes nimias. Animaduerſio in helluones, qui gloriantur ob multa & magna pocula exhauſta. Cura temperantiæ circa res venereas. Auerſio prolectamentorũ libidinis. Animaduerſio in libidinis adminiſtros, in ſcortatores, in ſcorta & meretrices, in ſtupratores virginũ, in raptores virginũ, in portentoſas libidines. Cura temperãtię circa ſomnũ. Animaduerſio in id vt labores diurni & quies nocturna certis interuallis deſignentur. Animaduerſio in conuentus nocturnos, in graſſationes nocturnas. Temporis matutini amorẽ & æſtimationẽ, quomodo princeps implãtare debeat. Cura temperantiæ circa mũdationes corporis. Cura circa balnea. Cura circa inunctiones corporum; circa exornationes corporis, ne ſe viri in modum fœminatũ ornent, neve alio modo hîc peccetur. Cura temperantię circa amœnitates. Quomodo princeps curare debeat, ne ſubditi amore tẽporũ, hortorũ, &c. irretiti, ſuas operas negligant. Cura temperantiæ circa luſum, circa luſum aleæ, chartarum, & alios luſus ſedentarios. Cura temperantiæ circa luſus non ſedentarios. Circa voluptates autium. Circa Muſicam vocalem; vbi de prohibendis cãtionibus laſciuis in Rep. Cura temperantiæ circa muſicã inſtrumentalem. Cura temp. circa veſtitum ſubditorum. Quid de materia veſtium nimis precioſa ab exteris nationibus importata, princeps ſtatuere debeat. Quid de ſartoribus laſciuiæ huius adminiſtris, itemq; ſutoribus, pellionibus, & ſimilibus veſtiariis princeps ſtatuere debeat. Cura temp. circa pretioſas res naturales, circa rem gemmariam. Quid de gemmariis, ſiue iubilariis princeps ſtatuere debeat. Cura temperantiæ circa habitationem & domum. Quid de immodicis ſtructuris ſubditorum princ. ſtatuere debeat. Quid de neglectu õnis ſtructuræ princeps ſtatuere debeat. Cura tẽperantię circa ſupellectilem domeſticã. Quid in luxum ſupellectilis domeſticæ princeps ſtatuere debeat. Cura princ. circa αὐτάρκειαν ſubditorũ. Quomodo infinitã habẽdi cupiditatẽ princeps coercere poſſit. Cura ſedulitatis, & quomodo ignauiã, atq; otiũ à ſubditis propulſare debeat & poſſit. Cura circa virtutem acquiſitricem. Quomodo auaritiã in acquirẽdo princeps coercere poſſit. Cura parſimoniæ. Quomodo princeps prodigalitatẽ & profuſionẽ propulſare poſſit & debeat. Quomodo ſordes & tenacitatem auertere à ſubditis poſſit. Cura φιλοτιμίας. Quomodo honoris ſtudia moderata princeps in ſubditis alere debeat. Quomodo ambitionem auertere. Quomodo ſuperbiã in mediocribus honoribus auertere. Quatenus magnanimitatẽ pr. ſubditis cõcedere debeat. Quomodo faſtũ & inſolentiam in magnis dignitatibus & honoribus auertere

Digitized by Google

debeat. Cura æquabilitatis in rebus ſecundis, & quomodo princeps ſubditos in ea moderatione rerum ſecundarum retinere debeat; ne laſciuiant & petulantes fiant. Nimia gaudia & exuperantes lætitias cohibere principẽ. Cura Tolerantiæ in malis non promeritis. Quomodo ad tolerantiam famis, frigoris, ſitis ſubditi aſſuefaciendi ſint. Quomodo ad tolerãdas Reip. neceſſitates ſubditi aſſuefaciendi ſunt. Quomodo ad tolerantiam mortis. Quomodo ad fortitudinem adeuntem pericula. Quomodo ad fortitudinem propulſantem pericula aſſuefaciendi. Quomodo temeritas & audacia propulſanda ſit à ſubditis. Cura iuſtitiæ diſtributiuæ fidæ in ſubditis. Cura iuſtitiæ fidæ, quoad vitam aliorũ. Quomodo princeps homicidia auertere debeat. Quid ſtatuere debeat in percuſſores & vulneratores. Quid ſtatuere debeat in plagiarios. Cura iuſtitiæ fidæ, quod ad bona animi, & quomodo curare debeat vt ſubditus ſubdito bona animi communicet. Cura iuſtitiæ quoad libertatem vitæ. Quid ſtatuere debeat princeps in eos qui alios inuadunt & capiunt. Cura iuſtitiæ circa honorem alterius. Quid princeps ſtatuere debeat in detrectatores, calumniatores. Quid in eos qui alios grauiter infamãt. Quid de libellis famoſis, & eorum autoribus princeps ſtatuere debeat. Cura iuſtitiæ quoad bona fortunæ. Quid ſtatuendum in eos qui aliorum bona lædunt. Quid in eos qui aliorum bona inuadunt. Quid in eos qui aliorum bona furantur. Quid in prædones, latrones. Quid in eos qui malo titulo aliorum bona poſſident. Quid in eos qui inuenta non reddunt. Cura iuſtitiæ inferiorum erga ſuperiores. Erga ſuperiores dignitate. Erga ſuperiores beneficiis, ſiue, Cura gratitudinis. Quid in ingratos princeps ſtatuere debeat. Cura iuſtitiæ ſuperiorum erga inferiores. Cura iuſtitiæ & æqualitatis paris erga pares. Cura iuſtitiæ diſtributiuæ correctiuæ, quomodo princeps procurare debeat vt ſubditi eos quos debeant, præmiis afficiant. Quomodo princeps curare debet vt ſubditi eos quos debent, pœnis afficiant. Cura iuſtitiæ paſſiuæ quâ exiguntur præmia. Cura iuſtitiæ paſſiuæ, quâ ſufferuntur pœnæ promeritæ. Cura iuſtitiæ ſubditorum erga maiores. Cura iuſtitiæ erga recens mortuos. Cura iuſtitiæ ſubditorum erga eos, qui iam moriuntur & expirãt. Cura erga dudum mortuos. Cura iuſtitiæ ſubditorum erga nondum viuos, ſiue poſteros. Cura iuſtitiæ cõmutatiuæ, ſiue iuſtitiæ in contractibus ſeruandis. In contractu permutationis rei cũ re. In contractu permutationis operæ cum opera: item operæ cum precio. In contractu emptionis & venditionis. In contractu locationis. In contractu oppignorationis. In contractu donatiuo. In cõtractu depoſiti. In contractu commodati. In contractu mutui. In hæreditate. In ſponſione ſeu fideiuſſione. In accretione & alluuione. Cura beneficentiæ ſubditorum. Cura officioſitatis. Cura liberalitatis. Cura hoſpitalitatis. Cura liberalitatis eleemoſynariæ. Quid in magnificentia princeps ſubditis indulgere debeat. Cura humanitatis & comitatis ſubditorum. Quomodo popularitatem princeps inter ſubditos fouere debeat. Quomodo & quatenus vrbanitatẽ, atque adeo quatenus ſubditis indulgendæ facetiæ. Quomodo mordacia ſcommata inhibenda. Cura tranquillitatis & concordiæ inter ſubditos. Quomodo turbæ, rixæ, lites auertendæ à ſubditis. Quomodo cohibendi πολυπράγμονας, litium concinnatores & ſeminatores diſcordiarum. Cura humilitatis inter ſubditos. Quomodo refrænanda ſuperbia. Quomodo hypocriſis, & ſimulata humilitas confundenda. Cura manſuetudinis inter ſubditos. Quomodo iracundia ſubditorum refrænanda. Quomodo vindictæ cupiditas refrænãda. Quomodo implacabilitas auertenda à ſubditis. Modi & viæ quibus ſubditi inter ſe conciliari poſſint. Cura veracitatis inter ſubditos. Quomodo rumores rerũ nouarum moderandi. Quomodo mẽdacia compeſcenda & auertenda. Candor & fides quomodo inter ſubditos fouenda. Violata fides & promiſſiones. Periuria quomodo auertẽda. εὐλαλίας cura inter ſubditos. Cura ciuilitatis inter ſubditos. Quomodo inciuilitas & ruſticitas in ſubditis auertenda. Cura grauitatis in ſubditis. Virtus bene conuerſandi quomodo in ſubditis fouenda. Malorum conuerſationes quomodo auertendæ. Quomodo regenda conuerſatio in priuato. Quomodo regenda conuerſatio ſeria. Quomodo regenda conuerſatio conuiualis primario dicta. Modus ſumptuum conuiualium. Quomodo regendæ conuerſationes conuiuales imperfecte dictæ, vt ſunt conuerſationes poſt cœnã. Quodnam tempus præfiniendum his comeſſationibus. Mutationes conuiuiorum quatenus concedendæ. Conuerſatio ſubditorum in publico quomodo regenda. Conuentus fortuiti in publico quomodo regendi. Conuerſationes ſolennes in publico quomodo regendæ.

Sic de cura virtutum Ethicarum perfectè dictarum: reſtat imperfectè dictarum Cura.

Cura

Cura pudoris & verecundiæ in ſubditis. Quomodo moderanda ſpes ſubditorũ. Quomodo cōpaſſiones & miſericordia. Quid ſtatuendũ in crudeles & immiſericordes. Quomodo ſuſpiciones malæ amoliendæ à ſubditis. ne ſcilicet mutuis ſuſpicionibus malis ſubditi laborent. Quomodo inuidia & liuor auertendus. Quomodo in iis accendendus zelus pro re bona & graui. Cura pœnitentiæ in ſubditis, Procuratio emēdationis vitæ in ſubditis, & ne in eadem peccata ſæpius impingant. Quid faciendum ad deprecationes ſubditorum. Quid ſtatuendũ in impœnitentes & palliantes commiſſa crimina. Quid ſtatuendũ in deſperātes.

Sic de cura virtutis ſecundum ſpecies ſingulas: ſequitur cura virtutis ſecundum gradus conſiderata.

Cura virtutis communis, ſeu mediocris. Quid de mediocribus & communibus vitiis ſtatuere debeat princeps. Cura virtutis heroicæ. Reſpectus heroũ inter ſubditos. Feritatis & immanitatis propulſatio à ſubditis. Quid in alaſtoras ſtatuere princeps debeat.

Fuit cura primi medii Ethici, nempe virtutis: reſtat cura amicitiæ.

Cura amicitiæ honeſtæ inter ſubditos. Propulſatio inimicitiæ huic oppoſitæ. Cura amicitiæ iucundæ quatenus indulgenda ſubditis. Cura amicitiæ huic oppoſita auertendi.

Hucuſq. cura principis circa Ethicam honeſtatem in genere: ſequitur procuratio principis circa Ethicam honeſtatem in ſpecie; & primo quidem circa virtutem ſpecialem.

Procuratio honeſtatis Ethicæ, reſpectu diuerſi ſexus. Cura principis vt ſexus recte diſtinguantur, ne vnus ſexus alterius veſtitu abutatur; atque adeo, ne viri muliebri habitu incedant, vel contra. Procuratio honeſtatis in ætate iuuenili virorum. Procuratio honeſtatis circa ætatem ſenum, ſeu ſenes, circa virgines, circa matronas, circa vetulas. Cura principis circa conuerſationē ſpecialem. Cura principis circa conuerſationem adoleſcentum & iuuenum cum adoleſcentibus & iuuenibus. Cura princ. circa conuerſationem adoleſcentium & iuuenum, cum viris & ſenibus, cum puellis & virginibus. Cura principis circa conuerſationem virorum maturorum cum viris maturis; ſenum cum ſenibus; virorũ cum matronis; virginum inter ſeſe; virginum cum matronis, matronarum inter ſeſe.

Hucuſque procuratio honeſtatis Ethicæ: ſequitur procuratio honeſtatis Oeconomicæ.

Honeſtas Oeconomica quatenus à principe procuranda. Commoditates Oeconomicę ſubditorum, quatenus à principe procurandæ. Honor & decus Oeconomiarum ſubiectarum, quatenus procurandum. Cura honeſtatis Oeconomicæ circa ſtatũ Oeconomicum perfectũ. Cura principis circa Oeconomicā ſubditorum gubernationem, quatenus contradiſtinguitur diſciplinæ Oeconomicæ. Cura principis circa ſocietatem Oeconomicā ſubditorum. Cura pr. circa coniugiorum ſanctiones, atque adeo circa procos, procas, conciliationes nuptiarum, atq; adeo contractum coniugalem. Cura pr. circa ritus ſponſalitios; atque adeo circa proclamationes ſponſi & ſponſæ. Cura pr. circa coniugia legitime contrahēda. Cura pr. circa legitimam procreationem liberorum. Quid in eos ſtatuendum, qui ante nuptias concubuerunt. Quid in natos illegitime ſiue ſpurios. De legitimatione ſpuriorum facta à principe. Quid ſtatuere debeat princeps in ſuppoſititios. De expoſititiis eorumq; cura, atq; adeo domo expoſititiorũ der gefundenen Kinder hauß. Quid ſtatuere Princeps debeat in eos qui fœtus abigunt. Quid in eos, qui pregnantes & grauidas lædunt. Quid in eas, quæ fœtum iam editum necant. Quid in faſcinatores maritorũ. Quid in adulteros. Quid in adulteras. Diuortia & repudia quatenus à principe cōcedenda vel nō, & in quibus caſibus. Cura principis circa patremfamil. & quomodo ſingularē in omnes ſubditos reſpectum & oculum quaſi cōuertere debeat princ. in patresfamilias, tanquam principalia ſubditorum membra, vnde reliqua omnia pendēt. Procuratio recti officii patrisf. erga matremf. & quid ſtatuendum in ſæuos ac crudeles patrisfam. erga coniuges. Cura matrisf. & procuratio recti officii erga maritos. Quid in malas mulieres princeps ſtatuere debeat; & quomodo debeat ex hac parte tranquilla connubia reddere. Quomodo nouarum nuptarum; & nouorum maritorum rationē princeps ducere debeat. Cura ſocietatis inter parentes & liberos. Quomodo parentes ducendi à principe ad rectam liberorum procreationem, & quomodo ac quando fœcunditatem ac multitudinē prolis princeps promouere debeat. Quomodo abortus per principis curam prohibendi. Circa ſobolem iam vicinam partui cura princ. Cura princ. circa obſtetrices, circa puerperas, circa officium parētum erga infantes tenellos. Cura princ. circa liberos iam adoleſcentes. Cura principis circa educationem domeſticam puerorum & adoleſcentum, vt nempe eam curam non totam reſignet parentibus, ſed ipſe quoque prouideat ne parentes educationem negligant. Cura principis

circa educationem puerorum, puellarum. Cura principis circa peculiare officiũ patris erga liberos. Cura pr. inc. circa peculiare officium matris erga liberos. Cura princ. circa officium patris erga liberos iã adultos. Cura princ. circa officium matris erga liberos iam adultos. Cura princ. circa reſpectum libero rum erga parẽtes. Cura princ. circa pietatem liberorum erga vitam parẽtum. Quid in percuſſores parentum princeps ſtatuere debeat. Quid in parricidas. Cura principis circa obedientiam liberorum erga parentes. Quomodo inobedientes liberi a principe ad officium compellendi. Quid in inſigniter degeneres & immorigeros ſtatuere debeat. De ergaſterio, vom Zuchthauß, atque adeo de peculiari quodam carcere immorigerorum. De deportatione immorigerorum, & miſſione vel in bellum, vel ad loca periculoſa. Cura princ. circa officium liberorum inter ſe mutuo. Cura pr. circa diſtinctionem liberorum. Cura primogenitorum, vltimogenitorum. Quid ſtatuendum cum impius eſt frater in fratrem, ſoror in ſororem, fratet in ſororem.

Sequitur cura pr. circa ſocietatem inter herum & famulum.

Qualem reſpectum herorum & dominorum princeps habere debeat, vt nempe eorum autoritas vindicetur. Quid in heros iniquos princeps ſtatuere debeat. Quid in heros crudeles & ſæuos. Quid in heras ſæuas ſtatuendum. Cura famulorum. Cura ſeruorum & mancipiorum. Cura famulorum conductitiorum. Quomodo procuranda fidelitas famulorum erga dominum. Quid ſtatuendum in ſeruos infideles erga vitam dominarum aut dominorum. Quid ſtatuẽdum in ſeruos erga bona dominorum aut dominarum infideles. Quid ſtatuendum in ſeruos & ancillas ignauas, immorigeras & petulantes. Ἐργαστήριον, ſeu peculiaris carcer deſtinandus nequam famulitio, vel ſane damnatio famulitii nequam ad lapides, ad carras, metalla, item triremes, auf Galeen. Cura principis erga officium famulitii inter ſe mutuo.

Sit de cura principis erga ſocietatem domeſticam; quatenus nempe ea per prudentiam gubernanda eſt: ſequitur cura pr. circa domeſticam poſſeſſionem.

Cura principis circa res domeſticas immobiles. Cura principis circa domum patris familias, circa fundus patrisfamilias, circa res domeſticas mobiles, atque adeo circa ſupellectilem domeſticam. Cura pr. circa modum acquirendi domeſticum. Cura circa acquiſitionem per agriculturam. Per agriculturam in fundo proprio. Per agriculturam in fundo emphyteutico. Cura circa acquiſitionem in agro arẽdario. Cura circa acquiſitionẽ per viniculturam. Cura circa acquiſitionem per horticulturam; & primo per hortum pomarium. Per hortum herbarium. Per hortum lupularium. Per hortum olerarium. Cura circa acquiſitionem ſilueſtrem. Cura circa acquiſitionem per venationes. Per pecuariam manſuetam. Per aucupium. Per piſcationes. Cura acquiſitionis per metalli fodinas. Per lapicidinas. Per ſaliſfodinas. Cura circa acquiſitionem per mercaturam permuratoriam. Per mercaturam negotiatoriam, & primo quidẽ ſummariam. Cura circa acquiſitionem per mercaturam minutam. Per numulariam. Cura principis circa acquiſitionem ex officio publico, atque adeo de modis acquirendi, quibus officiarii principis vtuntur, & quomodo horum Oeconomicas poſſeſſiones princeps reſpicere debeat. Cura circa acquiſitionem per operam locatam, ſeu mercenariam. Cura circa acquiſitionem per artes liberales pretio doctas vel exercitas. Cura circa acquiſitionẽ per mechanicas artes. Cura circa acquiſitionem mixtam ex variis. Cura circa acquiſitionem extraordinariam directã, & primo quidẽ per ſucceſſionem. Cura circa acquiſitionem per hæreditatem, legatum, donationem, ceſſionem, dotem, inuentionem rei, atque adeo foſſionem theſauri. Præſcriptionem, accretionem & alluuionem. Cura circa acquiſitionem indirectam. Cura circa acquiſitionem per certamen depoſiti pignoris, per luſum ſiue aleam.

Tantum de cura principis circa modos acquirendi: ſequitur cura pr. circa adminiſtrationem domeſticam: debet enim princeps aduertere, quomodo quilibet paterf. ſuas poſſeſſiones adminiſtret.

Cura circa tractationẽ & conſeruationem, ac cuſtodiam poſſeſſionũ immobilium. Cura circa tractationem rerum domeſticarum mobilium. Cura circa conſeruationẽ rei domeſticæ in genere, atque adeo cura parſimoniæ patrumfamilias. Cura circa erogationem & diſpẽnſationem victus in Oeconomiis ſubditorum. Cura circa præparationes ciborum in Oeconomiis ſubditorum. Cura circa præparationem potus in Oeconomiis ſubditorum. Cura circa erogationes & expenſas in amictũ.

Fuit cura principis Oeconomica ad prudentiam, ſeu diſpenſationem Oeconomicam pertinens: ſequitur cura circa diſciplinam Oeconomicam ſubditorum, quomodo nempe princeps patrisfamilias iuuare debeat in pr amiorum diſtributione.

Quomo-

Quomodo princ. patremfam. iuuare debeat in pœnis domeſticis infligendis, & quantum in hac re princeps patrif. indulgere debear.

Hucuſque de cura princ pis interna prima: ſequitur orta.

Quomodo princeps patremf. iuuare debeat in defenſione domus. Quomodo in exornatione. Quomodo in amplificatione domus.

Tantum de cura domeſtica interna principis: ſequitur externa.

Quomodo princeps patrem familias iuuare debeat in cura circa agnatos & affines. Quomodo circa peregrinos hoſpites in domum receptos. Quomodo iuuare debeat in cura circa vicinos.

Tantum de cura princ. circa patremfam. in vita: ſequitur quomodo princ. patremfam. iuuare debeat in cura circa mortem.

In cura reſtamentaria. In cura legati. In diſpoſitionem domus totius circa mortem.

Tantum de cura Oec. circa ſtatum perfectum:

Cura principis circa Oeconomiam cœlibum. Cura princ. circa eos qui ad alienā menſam viuunt, cum ipſi eā ætate ſint, vt propriam Oeconomiam habere poſſint. Cura princ. circa coniugia valde iuuenculorum, quatenus nempe talia princ. permittere debeat. Cura princ. circa coniugium valde vetulæ cum iuuene, & an eiuſmodi coniugium concedere debeat. Cura princ. circa coniugium ſenis effœti cum puella iuuencula. Cura princ. circa ſtatum viduorum. Quando princeps viduis ſecundas nuptias concedere debeat. Cura principis circa eos, qui admodum ſæpe nuptias iterant. Cura princ. circa Oeconomiam in qua ſunt multi liberi diuerſorum coniugiorum. Cura principis circa Oeconomiā vitrici, circa Oeconomiā nouercæ. Cura principis circa vnionem prolium, circa Oeconomiam imparium, quā maritus humilis duxit potentem vxorem; vel contra. Cura princ. circa Oeconomiam. à qua diu abeſt pateſf. Cura princ. circa Oeconomiam, in qua diuturno morbo tenetur pater aut materfam. Cura princ. circa Oec. in qua pater aut materf. eſt admodum ætatis decrepitæ. Cura pr. circa coniugia ſterilia ex aliis cauſis, quam impotētia alterius partis. Circa Oeconomiam laborantem defectu famulorum & famularum. Cura principis circa Oeconomicam, in quā multi hoſpites ſunt recepti. Cura principis circa Oeconomias, nouitias, variis adhuc defectibus laborantes. Circa Oecon. laborantes defectu poſſeſſionis domeſticæ, atque adeo circa patreſf. qui coguntur alteris cohabitare. Cura pr. circa Oeconomias imperfectas; propterea quod patresfam. cogantur in locis ſubterraneis & cellis habitare. Cura principis circa Oec. imperfectas, in quibus ſunt adoptiui liberi. Cura principis circa patremfamilias, qui tutorem vel curatorem agit. Cura principis circa ſtatum Oeconomicum turbatum; & primo quidem turbatum ex parte mariti. Turbatum ex parte vxoris. Ex parte liberorum. Ex parte ſeruorum. Ex defectu domus. Ex defectu poſſeſſionum in domo.

Sic de cura principis Oeconomica generali: ſequitur ſpecialis cura Oeconomica principis.

Cura principis circa Oeconomiam illuſtrium, nobilium, ciuium, ruſticorum. Cura princ. circa Oeconomias amplas, circa Oeconomias mediocres, circa admodum tenues, circa Oeconomias certarum diſtrictuum in ſuo regno, circa Oec. certarum vrbium in ſuo regno, circa Oec. minorum oppidorum, pagorum in ſuo regno. Cura princ. circa Oeconomiam ſubditorum tempore verno, æſtiuo, autumnali, hyberno. Cura princ. circa Oeconomiam ſubditorum tempore pacis, itē belli.

Hucuſque de cura principis circa honeſtatem Oeconomicam ſubditorum: reſtat circa honeſtatem politicam ſubditorum principis cura. Virtus autem politica ſubditorum partim exercetur circa vniuerſum Reip. corpus ſiue patriam, partim erga principem, partim erga conciues ſigillatim conſideratos. Itaque ſint ſubtituli:

Cura Politicæ virtutis ſubditorum erga vniuerſum Reip. corpus, ſeu patriam. Procuratio amoris ſubditorum erga patriam. Procuratio fidelitatis ſubditorum erga patriā. Quid in proditores patriç ſtatuere debeat princeps. Procuratio tolerantiæ ſubditorum in publicis patriæ neceſſitatibus. Procuratio fortitudinis ſubditorum in patria defendenda. Quatenus princeps arma debeat cōcedere ſubditis. Exercitia & præludia bellica. Præludia bellica ſubditis præſcripta. Præludia eiuſmodi bellica, 1. in genere ſpectata: 2. in ſpecie, & primo quidem armorum exercitia. Armorum defenſiuorum exercitia. Armorum offenſiuorū exercitia. Armorum verſatiliū, iaculatoriorum, atq; adeo de exploſionibus bombardarum & exercitiis circa has. Exercitia circa arma minora. Exercitia circa maiora. Præludium, ſiue exercitium bellicū reſpectu operis quo aſſuefiunt ſubditi ad ordinem ſeruandum, ad caſtra ponenda, ad curſum & ſimilia. Exercitiū bellicum peditum, Exercitium bellicum equitū. Exercitium & præludia tyronū. Præludia eorū, qui iam non ſunt tyrones. Cura & aſſuefa-

Digitized by Google

ctio ſubditorum ad virtutes Politicas, erga ipſam perſonam principis. Aſſuefactio & cura amoris ſubditorum erga principẽ, ſeu quibus mediis princeps ſubditis ſe amabilẽ reddere debeat. Aſſuefactio & cura fidelitatis ſubditorum erga principem. Quid ſtatuendum in eos qui iniuria principem afficiunt, & crimen læſę maieſtatis committunt. Aſſuefactio & cura ſubditorum obedientiæ erga principẽ. Quid ſtatuendum in inobedientes & contumaces ſubditos. Quid ſtatuendum in rebelles ſubditos. Aſſuefactio & cura obſeruantiæ ſubditorum erga principem. Quid ſtatuendum in eos qui contemptim de principe loquuntur. Quid in diffamatores principis. Quid in eos qui libellos famoſos aduerſus principem ſcribunt, vel ſpargunt. Cura ſubditorum virtutis Politicæ erga conciues ſuos. Cura concordiæ ciuium erga ciues. Quomodo diſcordię auertendæ. Quomodo factiones inter ciues auertendæ. Quomodo animaduertendũ in turbulentos & turbatores pacis publicæ. Cura fidei in contractibus in genere. Cura mutuæ beneuolentiæ & præſtationis off. ciuis erga ciuem.

Hucusque d cura, quã procurare princeps debet vt ſubditi honeſte viuant, quæ fuit cura primaria: reſtat cura, circa vitam ſubditorum ſecundaria.

Cura principis vt ſubditi honorifice viuant tam in regno, quam extra regnum. Cura principis ne ſubditi monſtroſi naſcantur, atq; ob id contẽnatur ab aliis. Cura pr. vt ſubditi concinno idiomate & lingua vtantur. Cura pr. ne ſubditi propter abſurdos geſtus & veſtitum in contemptũ veniant. Cura princ. ne propter ipſum princ. ſubditi contẽnantur. Cura pr. ne propter abſurdam regiminis formam contemnantur ſubditi.

Fuit cura ſubditorum vita honorifica: ſequitur cura vita commoda & iucunda.

Commoditas & Iucunditas vitæ procurata ſubditis per principis virtutem & commodã regiminis formam. Commoditas vitæ procurata ſubditis per copiam & varietatem rerum naturalium ad victum & ſanitatem pertinentium. Populoſitas ditionis principis. Defectus populi & ſolitudo in ditione principis. Partes ditionis cultæ & habitatæ, & media quibus ditio inculta excolẽda ſit. Nimia populoſitas ditionis principis impediens commoditates ſubditorum. Coloniæ quæ ducuntur vt ſubditi commodius viuant. Amœnitas agrorum, hortorum, ſyluarum, fontium, fluminum, ex qua ſubditi commoditatem ſuam & iucunditatem capere poſſunt. Procuratio importationis earum rerum, quæ ad commoditatem & iucunditatem faciunt. Conuiuia quatenus ad commoditatem & iucunditatem faciunt. Ludi. Spectacula publica quatenus ad iucunditatem ſubditorum permittenda; vbi de comœdiis & ſimilibus ſpectaculis. Theatra & apparatus ſpectaculorum.

Hucusq; de Cura principis circa vitam ſubditorum: ſequitur Cura pr. circa mortem ſubditorum.

Cura principis circa diſpoſitiones teſtamẽtarias. Cura pr. circa legata. Cura ne moribũdis moleſtia faceſſatur. Procuratio quoad cadauera ante ſepulturam ſeruanda, abſolute ſpectata & extra tempus peſtis. Qualia indicia mortuorum publice propoſita princeps ſtatuere debeat. Cura circa ritum ſepulturæ. Procuratio loci, vbi mortui ſepeliendi, atque adeo de cœmiteriis. Procuratio circa monumenta & ſepulturas mortuorum. Procuratio quoad epitaphia mortuorũ. Procuratio quoad ea, quæ cum mortuis humari conſueuerũt; &, an Princeps permittere debeat vt theſauri cum mortuis defodiantur. Procuratio quoad parentationes & laudes funebres mortuorũ. Procuratio quoad libitinarios. Veſpillones, & alios exequiarum adminiſtros. Sepulturæ ignominioſæ quæ, & quatenus ordinandæ.

Hucusque de cura ſubditorum in genere: ſequitur vt diſponantur tituli de cura ſubditorum in ſpecie, ſiue ſecundum ſingulos ſubditorum ſtatus atque ordines.

Subditus principis ſeparatim conſideratus. Subditus pr. ſeparatim conſideratus primario & immediate dictus, nempe Paterfamilias, qui vel actu domum habet, vel iure eam habendi gaudet. Subditus primario dictus, ſuperioris ſtatus. Dignitarius. Dignitarius Illuſtriſſimus. Dux. Landgrauius. Marggrauius. Dignitarius illuſtris. Comes. Baro. Dignitarius generoſus & nobilis, Equus auratus. Vbi de equitibus aurei velleris, aureæ periſcelidos, de equitibus S. Michaelis & ſimilibus. Nobilis ſimpliciter dictus. Nobilis antiquæ familię. Nobilis nouus. Viri ob virtutem militarẽ clari. Viri ob prudentiam politicam clari in Rep. Viri ob ſingularem eruditionem clari in Rep. Subditus altioris ſtatus beneficiarius. Beneficiarius ordinarius. Feudum. Feudum ſimplex. Feudũ Lygium. Feudatarius. Vaſallus. Beneficiarius extraordinarius, quẽ princ. ſingulari aliquo beneficio & priuilegio in Repub. ornauit. Subditus eminẽtioris ſtatus. Officiarius. Officiarius realis. Officiarius honorarius & titularis. Subditus inferioris ſtatus primo publicus. Subditus inferior publicus cum magiſtratu. Subditus ſine magiſtratu.

Subdi-

Subditus priuatus. Subditus priuatus integer 1, dignior. Viri docti priuati. Milites priuati. Cura & conſtitutio de iis qui ex propriis fundis viuunt. Cura & conſtitutio de iis, qui alienos fundos arenda tenent. Cura & conſtitutiones de iis qui ex terræ fodinis viuunt, atq; adeo qui habent fodinas vel metallorum, vel ſalis. Cura & conſtitutio de iis, qui terræ fodinas arenda tenent. Cura & conſtitutio de iis, qui permutationibus vtuntur in mercando. Cura & conſtitutiones de mercatoribus propriè dictis; & primo quidē de ſummatiis mercatoribus. Conſtitutiones de diuerſis generibus ac diſtinctionibus mercatorum. Conſtitutiones de diuerſis mercibus mercatorum. Conſtitutiones de emptione & venditione mercatoria. Cōſtitutiones de precio mercīū. Conſtitutiones de iis qui foro cedunt. Conſtit. de iis qui bonis cedunt. Conſtit. de publicatione & ſubhaſtatione bonorum. Conſtitutiones de venditione bonorū ſub auctione, **vom außruffen.** De præcone & ſcriba venditionis ſub auctione.

Conſtitutiones de mercatura, & mercatoribus negotiantibus iis rebus quæ ad victum pertinent.

Conſtit. de mercatoribus frumentariis. Conſtit. de dardanariis, de mercatoribus vini, de mercatoribus aromatum, de mercatoribus carnium & quæ ad carnem, de mercatoribus piſcium, de mercatoribus cereuiſiæ. Conſtit. de mercatura & mercatoribus rerum pertinentium ad amictum. Conſtit. de mercatoribus lini, canabis. De mercatoribus pellium precioſarum, de mercatoribus pellium communium. Conſtit. de mercatoribus corii, de mercatoribus panni; 1, pretioſioris; 2, communioris. Conſtit. de mercatoribus materiarum ſericarum, de mercatoribus materiarum laneatū, de mercatoribus ligni, picis, cineris. De mellis, ceræ. De mercatoribus gemmarū. mercatoribus mineralium. De mercatoribus rerum artificialium. De mercatoribus veſtium iam paratarum. De mercatoribus ſupellectilis domeſticæ omnis generis. De mercatoribus inſtrumentorum bellicorum omnis generis. Conſtit. de mercatura librorum, ſeu bibliopolis. De mercatoribus minoribus, qui à ſummariis emunt, quos vulgo *inſtitores* vocant. De inſtitoribus materiæ ſericæ. De inſtitoribus panni. De inſtitoribus aromaticis. Cōſtitutiones circa mercaturam terreſtrem. Conſtitutiones circa mercaturam nauticam. Conſtitutiones de exercitatoribus nauium. Conſtit. circa naues mercatorias. Conſtit. circa nautas nauium mercatoriarum. Conſtitut. circa portum, quatenus ad mercaturam pertinet. Conſtit. circa emporia. Conſtit. circa fora mercatoria. Conſt. circa ambulacra mercatorum. Conſt. circa granaria mercatorum. Conſt. circa librationes mercium, item circa grues, **Kranordnung.** Conſtitut. circa nundinas. Nundinæ hebdomadales. Nundinæ annuæ. Modus mercaturæ transferendæ de loco in locum. Modus mercaturæ collapſæ inſtaurandæ. Conſtitut. de parariis, de inſtitoribus, ſeu factoribus, de rationariis. Conſtitut. de libris & rationibus mercatorum.

Sic de conſtitutionibus mercaturæ propriè dictæ: ſequitur impropriè dicta; ſiue Numularia.

Conſtitutiones circa numulariam. Conſtitutiones circa mercaturam ſolitariam. Cōſtitut. circa ſociam mercaturam, ſiue ſocietatem mercatoriam. Conſtitutiones circa vſurarios & fœneratores; vbi de legitima & illegitima vſura. Conſtitutiones circa emptiones chirographorum. Conſtitut. circa eos, qui ex locatis ædibus viuunt. Conſtit. circa eos, qui ex rebus locatis mobilibus viuunt. Conſtit. circa cambium. Conſt. circa aſſecurationem.

Fuit conſideratio Politica mercatorum: ſequitur opificum dignorum.

Conſtitutio de opificibus præſtantioribus. Conſtit. circa ſocios opificum, ſiue operarios quos conducunt in officinam. Conſtit. circa ipſam officinam & eius inſtrumenta. Conſtitutiones circa tyrones horum opificum. Conſtit. in pharmacopœos, quatenus vt opifices conſiderantur. Conſtitutiones in chyrurgos, typographos, bibliopegos, pictores qui coloribus pingunt, in pictores qui acu pingunt; atque adeo etiam in taperiarios, in ſculptores, in ſtatuarios, in cælatores, in fuſores, in aurifabros, in monetarios, in fabros ferrarios, præſtantiores nempe, in ſtannifabros, in marmorarios, in metallorū politores, in gemmarum politores, in tornatores omnis generis, in tinctores præſtantiores, in chartarios, ſiue qui chartam parant; eorumque officinas, ſeu molas, in architectos, in murarios præſtantiores, in lignifabros præſtantiores, atque adeo in clinopegos & arcularios, in carminarios præſtantiores.

Tantum de cura ſubditorum priuatorum digniorum; reſtat indigniorum, qui vel ſunt ruſtici, vel vrbani.

De ruſticis, atque adeo conſtitutiones in agricolas. Conſtitutiones in hortulanos. Conſtit. in pecuarios manſuetos. Conſtit. in venatores. Conſtit. in piſcatores. Conſtit. in operarios ruſticorum. Conſtitutio in colonos, &

diuerſa colonorum genera. Conſt. in emphyteutas, atque adeo de ἐμφυτεύσει. Conſt. in partiarios, id eſt, qui partem redituũ dant. Conſtitutio in ſubditos priuatos inferiores vrbanos, vel ſaltem qui magis ad vrbem pertinent. Conſtit. in molitores & mulendina. Conſtit. in piſtores. in laneos, in fartores, in ſalſamentarios, in coquos, in popinarios, in caupones, in cereuiſiæ coctores, in artium Apitianarum magiſtratus, in balneatores, in tonſores & comptores, in vnguentarios, in ſaponarios, in ſartores, in ſutores, in textores, in aurigas omnis generis, in ephippiarios, in eos qui exercent artes vaniores, vt hiſtriones & ſcenicos, in funambulos, in circulatores & præſtigiatores, in ſortiarios. Conſtit. in mercenarios, in tabellarios, in baiulos & gerulos omnis generis, in operarios ad res quotidianas, in operarios ad ſtructuras. Cura pr. circa ſubditos conſideratos, ratione opum acquiſitarum. Cura pr. circa valde opulentos ſubditos. Cura pr. circa mediocriter opulentos. Cura pr. circa pauperiores. Cura pr. circa mendicos plane. Cura pr. circa miſerabiles ſubditos. Cura pr. circa viduas miſeras. Cura pr. circa orphanos & pupillos. Conſtitutiones de bonis pupillorum & tutoria eorum. Conſtit. circa orphanotrophẽa. Cura. pr. circa ægrotos. De hierocomiis. De noſodochiis. Cura principis circa valde ſenes & vetulas; deq; peculiaribus etiam horum domiciliis. Cura princ. circa pauperes ex publico alendos. πτωχοτροφία, domicilium pauperum eiuſmodi, qui ex publico viuunt. Conſtitutiones eleemoſynariæ. Modi collectarum faciendarum pro pauperibus. Conſtit. circa eos, quibus autoritate publica permittitur mendicare. Cura principis circa mentis impotes & de horum ergaſtulis.

Reſtant conſiderandi ſubditi ratione obligationis.

Subditi liberiores. Subditi minus liberi & eorum varia genera.

Sic de ſubditis immediate & primario dictis: ſequuntur ſubditi mediate & improprie dicti.

Subditi qui patribusfam. ſociati ſunt, ſiue de fœminis & matribusfamilias quatenus ſubditi. Liberi patrisfamilias quatenus ſubditi. Serui patrisf. quatenus ſubditi. Aduenę qui ad tempus in Rep. habitant.

Sic de ſubditis ſeparatim ſpectatis; ſequuntur ſubditi collectim conſiderati. Sit ergo tit.

Subditorum communio. Subditorum cõmunio, quæ eſt ex natura. Communio ex natura maior, nempe integra gens ſubditorum; & quid princeps circa totam ſubditorũ gentẽ ſpectare debet. Communio ſubditorum ex natura minor, ſeu Familia. Cura pr. circa familias, & primò quidẽ primario dictas. Cura principis circa familias illuſtriſſimas. Cura pr. circa familias illuſtres, generoſas & nobiles, circa familias patritias. Cura pr. circa caput familiæ. Cura principis circa minores in familia, ſiue eos qui à capite deſcenderunt. Cura principis circa familiæ inſignia. De iure & priuilegiis familiarum. Cura principis circa familiam antiquam. Cura principis circa familiam nouam. Cura principis circa familiam quæ videtur ad interitum vergere. Circa familiarum inter ſe concordiam. Circa familiam plebeam. Circa familiam plebeam inſigniorem. Circa familiam plebeam viliorem. Circa familiam ignominiâ notatam, & quomodo integræ familiæ ignominia notandæ ſint vel non. Cura principis circa familiã ſecundario dictam. Circa adoptiones in familiam. Circa inſititios in familiam. Circa ſtelliones qui mentiuntur familiam.

Sequitur communio ſubditorum ex inſtituto.

Communio ciuilis continens, eaque prima. Communio ſubditorum diſperſim habitantium in villis & quid circa illos qui ſic ſparſim habitant, conſtituere princeps debeat. Communio ſubditorum cohabitantium in vicis. De magiſtratu vicorum. De membris vicorum. De conſtitutionibus vicorum. Cura pr. circa ſubditos cohabitantes in pagis. De ſitu & fundatione pagorum. De magiſtratu & regimine pagano. De illis qui magiſtratui pagano ſubiecti ſunt. De conſtitutionibus paganis. Metrocomia, ſeu pagus ſuperior. Pagus inferior. Cura principis circa ſubditos habitantes in ciuitate. Iura ciuitatis. Priuilegia & libertates ciuitatis. Commoda ciuitatis. Ciuitas quatenus cuiquã patria eſt. Receptio in ius ciuitatis. Ciuis proprie dictus. Ciuis manſio. Ciuis migratio. Cenſus bonorum, ſi ciuis migret. Iuramentum ciuile. Iuramentum ciuile expreſſum, tacitum, quod intelligitur præſtitiſſe filii ciuium. Ciuis paterfamilias. Ciuis paterfamilias, qui etſi domum & familiam in ciuitate non habet, iure tamen eam habendi gaudet. Ciuis plenus, ſiue qui habet maius ius ciuitatis. Ciuis qui tantum habet minus ius ciuitatis. Ciuis originarius, ſiue natus ex ciue. Ciuis aſſumptus. Ciuis ſecundario dictus; primò inquilinus, id eſt, qui quidem indultum habet habitandi in ciuitate, ſed non fruitur priuilegiis ciuium. Ciuis improprie dictus extraneus, qui ius ciuitatis habet, etſi in ea non habitet. Ciuis honoratius, vt hodie ciues Romani. Ciuis liberior.

liberior. Ciuis aſtrictior. Ciues digniores. Ciues indigniores & feces ciuitatis. Ciues qui ſimul ſunt magiſtratus, ſiue magiſtratus ciuiles. Ciues qui publicũ officiũ habent, ſed ſine magiſtratu. Ciues qui nec magiſtratũ nec officiũ gerunt. Ciuitas communior, quæ non eſt metropolis. Ciuitas ſpecialior, ſeu metropolis & mater reliquarum ciuitatũ, eiusq; iura & prærogatiuæ. Ciuitas ſecundario dicta, ſiue parua ciuitas. Municipiũ. Magiſtratus municipales. Ciues municipes. Oppidum. Pagus vel vicus iure ciuitatis donatus. Ciues pagani, i. ruſtici iure ciuitatum donati; & quá cautione pagis & vicis maiorib. iura ciuitatis cõcedenda ſint.

Tantum etiam de ciuitate: ſequitur tractus, ſiue diſtrictus aliquot pagis, vel vrbibus conſtans.

Diſtrictus paganus, in quo tantũ ſunt pagi. Diſtrictus vrbanus in quo & pagi & vrbes. Præfectura & toparchia, ſiue ſatrapia præfecturarum. Præfecturarũ dimenſiones. Earũ cõſtitutiones, Regimen præfecturarum. Præfectura magna quæ *Satrapia* proprie dicitur. Præfectura minor.

Sic de tractu minori: maior tractus eſt vel primus, vel ortus. Primus dicitur prouincia.

De dimenſionibus prouinciarũ, & de modo quo diſtrictus ſint redigendi in prouincias. De proprinc. ſeu præfectis prouinciarum. De conſt: prouincialib. De regimine prouinciali.

Tractus maior ortus aliquot prouinciis conſtans.

Ducatus ex variis prouinciis conſtans. Magnus ducatus. Regnũ ex multis ducatib. conſtans. Imperiũ quod è multis regnis conſtat.

Tantum de communione ſubditorum continente: ſequitur contenta, quæ eſt vel particularior vel vniuerſalior. Itaque ſit tit.

Particularior contenta communio. Communio particularior ex cõſilio. Sodalitas ſubditorum. Sodalitas in vicis. Sodalitas in pagis. Collegium. Primocerius. Secundocerii. Collegioruum conſtitutiones & iura. Epulæ collegiales. Collegium eminens. Collegiũ conſiliariorum principis. Collegium aliorum officiariorum principis. Collegium magiſtratuũ, primo paganorum. Collegium magiſtratuũ in magnis vrbibus. Collegium magiſtratuum in paruis. Collegia virorum doctorũ. Collegia militum. Collegium inferius mercatorum, proprie dictorum, deq; eius collegii conſtitutionibus & iuribus. Collegium numulariorũ. Collegiũ inſtitorum, ſeu mercatorũ non ſummariorũ. Collegium artificium primariorum. Collegium opificũ mechanicorum. Collegiũ opificum plane vilium. Collegium propolarũ viliorum. Collegium mercenarium. Collegiũ nauticum. Coll. aurigarum, tabelliorũ, baiulorum & gerulorum, & qui his ſimiles mercenarii. Collegium minus, quod ad minimum tribus perſonis conſtat. Collegium maius, ſiue centuria & tribus. Tribules. Iura & conſtitutiones tribuum.

Tantum de ſodalitate & collegiis, ſequitur conuocatio ſubditorum.

Conuocatio ſubditorũ, quæ fit affixo mandato & diplomate regis. Conuocatio ſubd. quæ fit voce præconis. Conuocatio ſubd. per campanas. Præco publicus & eius officium. Quando ſint conuocandi ſubditi, quando nõ. Conuocatio ſubditorum in villis in pagis, in oppidis, in vrbibus maioribus. Conuocatio integrorum diſtrictuũ. Conuocatio integrarũ prouinciarum. Communio ſubditorum ex caſu. Conuentus & concurſus ſubd. in locis publicis. Concurſus in locis priuatis. Concurſus ſubd. voluptatis & delectationis cauſa. Conuentus ſubditorum temerarius ortus ex terrore, vel alia cauſa.

Sequitur ſtatus ſubditorum, qui vel abſolute ſpectatur, vel comparate.

Status ſubditorum eminentior. Status Illuſtriſſimorũ. Status Illuſtriũ. Nobilium. Patritiorum. Status ciuiũ digniorũ, ciuiũ viliorũ & plebeus vrbanus. Status ruſticanus, ſeu plebeus paganus. Status comparate cõſideratus. Concordia & vnio ſtatuum inter ſeſe. Vnio ſtatus Illuſtriſſimorũ cum ſtatu Illuſtriũ. Vnio huius ſtatus cum ſtatu Nobilium. Diſtinctio horũ ſtatuum inter ſeſe. Vnio ſtatus nobilium cũ ſtatu ciuiũ. Diſtinctio horũ ſtatuũ inter ſeſe, quoad modos acquirẽdi & alia; vbi de mercatura nobilium. Vnio ſtatus ciuilis dignioris cum viliori. Diſtinctio horum ſtatuum inter ſeſe. Vnio ſtatus ciuilis cum ſtatu ruſticano. Diſtinctio horũ ſtatuum, quoad modos acquirendi, vbi de eo, an ruſticis mercatura ſit concedenda.

Abſoluimus curam principis primariam, quæ eſt circa homines ſiue ſubditos: ſequitur cura & diſpenſatio, ſeu conſtitutio principis ſecundaria, quæ eſt circa res extra hominem; quæ ſpectantur vel vt obiecta politica, vel vt circũſtantia rerum aliarum. Itaq; ſit tit.

Ius principis in res principatus. Cõſtitutio principis circa res animatas, ſeu animalia. Conſtitutio pr. circa animalia manſueta, circa armenta, circa pecus gregarium, circa equos. Equilia principis. Præfecti equilium, & ſtabularii. Occupatio principis circa canes. Canes communes. Quomodo prohibendum ſit communium canum incrementum; atque adeo de canicidio in Republ. Canes vena-

tici. Cura princ. circa animalia fera. Cura pr. circa feras ſeparatim ſpectatas. Cura pr. circa feras terreſtres, atque adeo venatio ferarum terreſtrium, quatenus iſta venatio non conſideratur vt oblectatio principis, ſed vt quid neceſſarium in Repub. Venatio ferarum minorum. Venatio ferarum maiorum. Feræ terreſtres collectim conſideratæ, atque adeo viuaria principis. Cura principis circa aues & aucupia. Cura princ. circa piſces & piſcaturas. Cura principis circa res inanimatas; & primo quidem immobiles. Cura principis circa res immobiles naturales i. ſimplices. Cura princ. circa terram. Cura princ. circa terram aquæ vicinam. Cura princ. circa littora maris. Cura princ. circa littora & ripas fluminum. Cura princ. circa portum, circa promontoria. Cura princ. circa terram ab aqua remotiorem. Cura princ. circa agros & eorum culturа. Cura princ. circa prata, circa campos, montes, valles, vineas, ſiluas, hortos. Cura princ. circa hortos olerarios, circa hortos lupularios. Cura princ. circa viridaria, circa ſiluam cæduam, vbi de conſtitutionibus ſiluarum. Cura princ. de hyliarchis, ſiue præfectis ſiluarum & lignorum. Silua cædua & materiaria. Cura princ. circa nemus, circa ſaltus, circa arbuſta, circa dumeta, circa ſaliceta, & cura, vt ſalices, aliæque eiuſmodi arbores ſint inuiolabiles. Cura princ. circa metallifodinas. Cura princ. circa ſalisfodinas, circa lutifodinas, circa calcisfodinas, circa arenæfodinas, circa lapidicinas. Cura principis circa terram limitaneam, ſeu conterminam, atque adeo circa limites ducendos. Præfecti quibus demandata eſt dimenſio limitum. Cura & conſtitutio princ. circa aquam, circa maria & Oceanum, atque adeo circa rem maritimam & nauticam. Ius & dominium principis in mare. Conſtitutio princ. circa flumina maiora. Conſtit. circa æſtuaria, circa lacus, circa ſtagna, circa piſcinas, circa paludes, circa fontes, circa riuos, circa thermas.

Sequitur conſtitutio rerum naturalium mixtarũ.

Conſtitutio circa fruges. Conſtitutio circa ligna & cineres. Conſt. circa mella & ceram. Conſtit. circa vinum, circa fructus hortenſes, circa olera, circa legumina, circa ſal, metalla, ſuccinum.

Sequitur cura rerum immobilium artificialium.

Cura circa ædificia. Cura circa architectos. Cura circa materiam ædificiorum. Cura circa ligna, ſaxa, lateres, & eorum cocturam. Cura circa calcem, circa arenam, circa fundamenta ædificiorum in loco firmo, circa fundamenta in loco paluſtri. Ædiles & eorum conſtitutio ac officium. Ædificia quatenus hæc ſarta tecta ſeruanda. Ædificia ſeparatim ſpectata. Ædificiorum pars anterior. Ædificiorum pars interior. Conſtitutiones de aquæductibus, de cloacis. Ædificiorum pars poſterior. Cura circa ædificia publica, primo primaria. Cura principis circa ædificia informatoria, circa baſilicas, circa templa, circa arcem & palatium principis. Cura princ. circa βουλευτήρια, ſiue curias ſenatus & conſiliariorum. Cura princ. circa cancellariam & eius ædificium. Cura princ. circa ſcholarum ædificia. Cura princ. circa δικαστήρια, & curias iudiciarias. Cura princ. circa tribunal dicaſterii. Cura principis circa cuſtodias & carceres, circa arces & caſtella, circa turres & cataractas, ac propugnacula. Cura pr. circa archiuum, circa ærarium, circa bibliothecas, circa armamentarium, circa granaria & frumentaria omnis generis. Cura pr. circa ædificia palæſtrica & theatrica. Cura pr. circa pergulas, Xyſtos, ambulacra, ſubdialia. Cura pr. circa ædificia principis ad amœnitatem ſpectantia. Cura pr. circa ædificia priuata. Cura pr. vt amor ædificandi ſubditis implantetur. Conſtitutio circa ædificiorum ſumptus. Conſtitutio circa formam ædificiorum. Conſt. circa ſitum & quantitatem, circa ordinẽ & ſeriem. Conſt. circa ædificia munienda contra incendium. Conſt. circa ædificiorum recenſiones. Libri in quibus recenſentur ædificia, die Erbbücher. Recenſio pecuniæ, quo ſingula oppignorantur aut hypothecantur ædificia.

Sic de ædificiis ſeparatim ſpectatis: ſequitur cura ædificiorum collectim conſiderata.

Conſtitutiones circa ſtructuras villarum. Conſtit. de ſitu, fundatione & ædificiis vicorum, pagorum, municipiorum & oppidorum. Conſtit. de ſitu vrbium, de fundatione vrbiũ, de translatione vrbium, de vicis in vrbibus, de ſerie domorum in vicis, de plateis, ſeu interſtitio ſubdiali inter vicos oppoſitos, de magnis plateis, de paruis plateis & angiportibus, de pomœriis, de mœnibus, de vallis, de foſſis vrbis, de ſuburbiis, de anteurbiis, de vrbium ampliatione.

Tantum de cura & conſtitutionibus ædificiorum: ſequitur cura & conſtitutio machinarum immobilium.

Machinarum autem nomine generaliter comprehendimus omnem ſtructuram, quæ ad habitandum vel cuſtodiendum facta non eſt.

Cura principis circa aggeres ad portum aggeſtos. Cura principis circa aggeres ad flumina, & alibi congeſtos. Cura principis circa molas.

molas. Cura princ. circa totarias molas, circa mallearias, circa papyraceas, circa coriaceas, circa cortaceas. Cura princ. circa machinas pneumaticas, quæ vento mouentur. Cura pr. circa machinas tractorias, circa automata, circa pontes maiores, circa pontes minores; quatenus nempe pontium ſtructura conſideratur.

Sic de cura principis circa res immobiles: ſequitur Cura principis circa res mobiles.

Cura principis circa rem mobilem vniuerſalem & aliarum rerum menſuram. Cura pr. circa pecuniam, ſiue monetam. Ius cudendi monetam. Ius immediatum, quo ipſe Princeps vtitur. Ius mediatum quod princ. aliis largitur. Percuſſio monetæ. Mixtio monetæ. Probatio monetæ, & proba metallica, quatenus huc pertinet. Signatio monetæ, atque adeo imago principis in moneta. Officina monetaria. Monetarius. Operarii adiuncti monetario. Moneta aurea. Moneta argentea, ærea. Moneta vilioris metalli, quam eſt æs. Moneta aliunde cuſa quam ex metallo. Moneta communis. Monetæ communis valor. Valor monetæ ſtatus. Valor monetæ mutatus. Monetæ exportatio è regno. Moneta peregrina importata in regnum. Moneta ſolennior, quâ non communiter vtitur princeps, ſed tantum ad ſolennitates. Moneta ſolennior ad ſpectacula. Moneta miſſilis ſeu ſparſio monetæ. Moneta ſolennis honoraria, quam princeps diſtribuit honoris cauſa legatis aut aulicis.

Res mobilis particularis.

Res particularis, pertinens magis ad corpus. Res omnis temporis. Res omnis temporis pertinens magis ad neceſſitatem & commoditatem. Machinæ portatiles omnis generis. Inſtrumēta curulia omnis generis. Inſtrumenta nautica omnis generis, quatenus iis princeps vtitur. Curatores talium inſtrumentorum. Inſtrumenta omnis generis, quatenus iis princeps vtitur. Curatores talium inſtrumentorum. Inſtrumēta omnis temporis, magis ad ornatum aut voluptatem pertinentia. Tapetia & aulæa principis. Omnis generis vaſa aurea & argentea. Horum ſeruatores & cuſtodes. Omnis generis monilia. Omnis generis apparatus ad luſus & ſpectacula. Inſtrumenta certi temporis, nempe belli. Arma omnis generis minora. Arma maiora. Arma defenſiua. Arma offenſiua.

Sequuntur inſtrumenta, quæ magis ad mentem pertinent.

Inſtrumenta ad mentem pertinentia artificialia. Inſtrumenta artificialia primaria. Libri & commentarii principis ſecreti. Commentarii Politici generales. Commentarii curarum & conſtitutionum regiminis. Cōmentarii hiſtoriarum memorabilium in regno & ditione principis. Commentarii prouinciarum. Commentarii diſtrictuum & præfecturarum. Cōm. metropolium; vrbium aliarum, oppidorum, pagorum, vicorum. Acta & commentarii conſiliorum. Acta & commentarii mandatorum. Priuilegiorum, iudiciorum. Commētarii redituum. Rationarii libri quibus rationes redituum perſcribuntur. Volumina epiſtolarum à principe ſcriptarum. Volumina epiſtolarum aliunde acceptarum. Volumina libellorum ſupplicū oblatorū. Commentariorum notarii. Commentariorum diſpoſitores & digeſtores. Commentarii aulici. Commentarii quibus nocumenta & perturbationes principatus notantur.

Sic de libris ſecretis: libri publici, ſeu Bibliotheca.

Bibliotheca principis magis ſecreta, quæ eſt ad palatium & cubiculū principis. Bibliotheca principis aulica magis patens. Bibliothecæ quas pr. inſtituit extra aulam ſuam paſſim, circa templa & ſcholas, &c. Bibliothecarii. Modus diſponendarum bibliothecarum.

Sequuntur inſtrumenta ſecundaria.

Tabulæ ſeu mappæ Geographicæ. Opera marmorea omnis generis. Picturæ omnis generis. Sculpturæ & cælaturæ artificioſæ. Opera fuſa artificioſa. Opera alia manu facta artificioſa & ſingularia. ταμιεῖα & κειμηλιαρχεῖα: ſeu domicilia talium operum.

Sequuntur inſtrumenta naturalia, nempe omnis generis mineralia, metalla, gemmæ, lapides, exuuiæ animalium, plantæ & herbæ, quæ ſeruantur ad principum magnificentiam & delectationem: imo & inſtructionem, ſiue in principis ditione prouenerint, ſiue ex peregrinis terris allata.

Domicilia, & ταμιεῖα atque antiquaria pro talibus rebus.

Fuit diſtinctio rerum, quas princeps curare debet, ſecundum materiam.

Res communes & publicæ. Res magis priuatæ. Res magis occultæ, ſiue eæ quæ vel in terra, vel alibi defoſſæ, & occultatæ ſunt, & quatenus eorū cura ad principem pertineat. Res manifeſtæ. Res ſacræ. Res inuiolabiles & priuilegiatæ. Res profanæ. Res non priuilegiatæ.

Hucusque de cura rerum, quatenus ſunt vel obiecta, vel ſubiecta. Reſtat cura rerum, quatenus ſunt circumſtantiæ tum hominum, tum aliarum rerum in Republica.

Procuratio temporis facienda à principe.

Cura calendariorum & faſtorum. Conſtitutio annorum, menſium, dierum; dierum feſtorum, dierum nefaſtorum & profeſtorum. Conſtitutiones horarum. Horologia, & horarum indices. Campanæ. Horarum proclamatores.

Tantum de cura temporis: ſequitur cura loci.

Cura locorum naturalium. Cura viarum publicarum, earumque complanatio, vel refectio. Itinerum ambiguorum notificatio per manus ligneas aut alia ſigna. Vada & eorũ indicatio. Traiectiones fluminum ad itinera expedienda, & quomodo traiecta curandã à principe. Cura locorum limitaneorum. Cura locorum artificialium. Cura viarum ſtratarum extra vrbes. Cura viarũ intra vrbes. Cura pontium, tum maiorum tum minorum. Cura locorum ſacrorum. Cura locorum profanorum. Cura locorum priuilegiatorum. Cura locorum non priuilegiatorum. Cura locorum manifeſtorum. Cura locorum occultorum. Cura cryptarum. Cura locorum, ad quæ patet aditus. Cura locorum ad quæ non patet aditus. Cura locorum fœdorum. Cura non fœdorum locorum. Cura locorum quatenus ſunt publica. Cura locorum quatenus ſunt priuata.

CLASSIS IV.

Continens titulos de Cura Principis interna orta.

FVIT *prior pars curæ principis internæ primæ, videlicet cura diſpenſationis circa homines & res: ſequitur pars poſterior, curæ internæ primæ, quæ eſt cura iuſtitiæ iudicialis; ſiue iudicii.*

Iuſtitia iudicialis principis. Iudicia conſtituere. Iudicia reformare. Actus ſiue partes iuſtitiæ. Præmium. Gratia principis & clementia, quâ diſtribuit virtuti præmia, & æquitas in diſtribuendis præmiis. Iniquitas detrahens præmia virtuti, & inclemẽtia præmiorum detractrix. Præmium ordinarium. Præmium honoris. Præmium honoris expreſſum. Honorum contributio. Eminentis honoris contributio. Dare alicui honorem Ducis. Dare alicui honorem Marchionis, Landgrauii, Comiti. Comitis Palatini, equitis aurati. Dare alicui nobilitatis honorem. Nobilitatio. Inſignium nobilitatis collatio. Merita in Remp. quibus eiuſmodi honores illuſtriſſimorũ & illuſtrium acquiruntur. Merita in Remp. quibus honores equitum, & nobilium acquiruntur. Contributio honoris ex ſingulari prudentia. Contributio honoris propter ſingularem doctrinam & eruditionem; vbi de doctorum gradu. Licentiatorum, Magiſtrorum, &c. Contributio honoris propter facinus aliquod bellicũ, propter alia peculiaria merita in principem, aut Remp. Contributio honoris indeterminatioris & magis impliciti. Contributio honoris indeterminatioris priuata. Ad menſam à principe aliquem adhiberi. Imagine principis donari. Dextræ porrectione & encomiis honorari. Contributio honoris indeterminatior publica & ſolennior. Publicis acclamationibus & ſpectaculis aliquem à principe cõdecorari. Locum ſecundum à principe honoris cauſà conſequi. Honor impropriè dictus. Honor ex gratia principis nõ promerita. Homines qui gratias principum aucupãtur, quas non promerentur. Honor à principe tributus ex diſſimulatione, & ex neceſſitate.

Sic de præmio ordinario honoris: ſequitur muneris.

Stipendia quæ dat princeps merentibus. Dona & congiaria quæ dat princeps.

Sic de præmio ordinario: ſequitur extraordinarium, nempe priuilegium.

Priuilegium dare, habere, amittere. Documenta priuilegii. Confirmatio priuilegii. Priuilegium priuatum, ſeu priuato datum. Priuilegium perſonale. Priuilegium reale. Priuilegium publicum, ſeu toti communitati datum. Priuilegium vicis & pagis datum. Priuil. municipiorum & oppidorum. Priuil. vrbium maiorum. Priuil. diſtrictus; prouinciæ. Priuil. multarum prouinciarum, atque adeo integræ gentis. Priuilegium familiæ. Priuilegium ſodalitatis & collegii. Priuilegiũ fruitionis. Priuilegium immunitatis commune, ſeu generale. Priuilegium ſpeciale & ſingulare.

Tantum de priori parte iuſtitiæ iudicialis, nempe diſtributione præmiorum: ſequitur altera pars diſtributio pœnarum.

Ira & zelus princ. aduerſus iniuſte facta. Seueritas principis. Ἐπιείκεια & clementia principis in condonandis. Clementia in mitigandis pœnis. Iniuſtitia princ. & iniquitas circa pœnas. Dare veniam coruis, & vexare columbas. Impunitas omnium ſcelerum ſub principe. Nimia crudelitas pœnarum ſub principe, & principes delectantes crudelitate pœnarũ. Pœna promerita. Pœna non merita, atq; adeo punitio innocentium. Pœna ordinaria. Pœna extraordinaria. Pœna priuata, ſeu vnius priuati hominis. Pœna publica totius ſocietatis. Pœna publica ſocietatis minoris, vt ſodalitatis, collegii. Crudelitas pœnæ in ſocietatẽ minorem. Pœna ſocietatis maioris. Pœna pagorum. Pœna oppidorum & vrbium. Crudelitas

in has

in has communiones. Pœna integri diſtrictus, prouinciæ & gentis. Crudelitas in integrum diſtrictum, prouinciam & gentem. Pœna in ſpecie conſiderata reſpectu perſonæ principis. Diſgratia principis. Excluſio à principis facie.

Tantum de iudicio in genere: ſequitur iudicium in ſpecie.

Iudicium forenſe. Iudicium forenſe magis publicum. Iudicium forẽſe minus publicum. Res iudicanda. Iudex. Citatio. Compatitio & eius oppoſitum. Pœna cõtumaciæ. Litis conteſtatio. Sedere pro tribunali. Proceſſus iudicialis. Prolongatio proceſſus. Vtramque partem audire. Actor. Actoris propoſitio & probatio. Reus. Exceptio. Proteſtatio. Replica. Duplica. Aduocati. Procuratores. Rabulæ & cauſidici, & ars rabularia. Teſtes & teſtimonia. Scribæ iudiciales & notarii omnis generis. Impenſæ iudiciariæ. Appatitores. Libelli in iudicio oblati. Acta. Liber actorum. Archiua iudiciaria. Sententiam dicere. Abſoluere. Cõdemnare. Cuſtodia. Carcer. Carceris iura. Carceris violatio. Carceris præfecti. Incarcerati, & eorum tractatio. Executio ſententiæ. Iudicium ſolitarium. Iudicium ſocium, ſiue collegium iudiciale. Præſes iudicii. Propoſitio præſidis. Aſſeſſores in iudiciis. Vota aſſeſſorum. Concluſio facta à præſide. Iudicium ciuile, ſeu ciuiliũ cauſarum. Ciuiles cauſæ. Iudicium ciuile propriè dictum. Iudicium ciuile impropriè dictum, quod fit per arbitros. Arbitri. Compromiſſarii. Pignus litis ciuilis.

Sic de iudicio ciuili: ſequitur criminale.

Iudicium criminale cauſarum minus grauium. Iudicium de vulneratione. Iudicium de communibus iniuriis. Iudiciũ grauiorum criminũ. Crimen in ſeipſum. Crimen *αὐτοχειρίας*. Crimen in Deum: vbi *de crimine blaſphemiæ*. Crimen in principem, vbi *de crimine læſa maieſtatis*, & ſimilibus. Crimen in alios præter principem. Crimen in alios ſeparatim ſpectatos. Crimen in parentes & ſanguine iunctos. Crimen in non ſanguine iunctos. Crimen in inquilinum. Crimen in officiarium principis. Crimen in conciuem alium, qui non eſt officiarius. Crimen in extraneos. Crimen in vitã aliorum; vbi de pœna homicidii. Crimen in famã aliorum; vide pœna diffamationis. Crimen in bona aliorum, vbi de pœna furti, rapinæ & inuaſionis. Crimen ſtellionatus. Crimen in vitam & bona ſimul; vbi de crimine incendiariorum. Crimen in alios collectim conſideratos. Crimen in totam Remp. Crimen proditionis. Crimen violatæ pacis publicæ: Crimen in pagos & vicos. Crimen in vrbes. Crimen in ſodalitates & collegia.

Sic de obiecto criminalis iudicii grauioris: ſequuntur actus, ſeu partes huius iudicii.

Inueſtigatio criminoſorum. Veſtigatores & exploratores criminoſorum. Deprehenſio criminoſorum. Deprehenſio in ipſo facto. Deprehenſio extra factum. Criminoſos effugere. Criminoſos ad aſyla ſe recipere. Aſyla, & quatenus toleranda. Criminoſos capere. Carcer criminoſorũ & tractatio in carcere. Inquiſitio inſtituta in criminoſos. Modi acuti & ſubtiles, quibus in criminoſos inquiri poſſit ſine tortura. Negatio criminis. Confeſſio criminis vltranea. Deprecatio criminis coram principe, ein Fußfall. Deprecatio criminis coram iudicibus inferioribus. Inquiſitio per torturam; vbi de torturis & earum moderamine. Modi huius inquiſitionis moderati, crudeles. Productio criminoſi in iudicium publicum. Sententia in criminoſum. Sententia in eum, qui non videbatur criminoſus, & innocens repertus eſt, eiuſque abſolutio. Compenſatio eorum, qui innocentes reperti ſunt. Abſolutio per accidens & extraordinaria facta ex ſingulari fauore principis. Interceſſio pro criminoſis apud iudicem. Sententia condemnatoria. Detentio criminoſi poſt latam ſententiam criminatoriam. Productio criminoſi ad pœnam. Pœna pecuniaria. Confiſcatio bonorum. Pœna carceris, ſeu captiuitatis. Pœna temporaria carceris. Dimiſſio poſt pœnam carceris. Cautio à dimiſſo data, ein Reuerß. Captiuitas & carcer perpetuus. Condemnatio ad exilium, ſeu proſcriptio. Publicũ programma proſcriptionis. Deportatio in inſulas, & alia certa loca. Relegatio, ſiue proſcriptio ad tempus. Proſcriptio perpetua tum expreſſa, tum implicita: vt cum dicitur aliquis relegatus ad centum annos, quos nunquam eſt victurus. Interdictio igni & aqua. Pœna quoad famam: Degradatio & ſpoliatio honoris ac muneris. Suſpenſio ab officio. Reductio ad officium poſt ſuſpenſionem elapſam. Pœna infamiæ magna. Recantationes & palinodiæ infames. Supplicia corporis non capitalia. Condemnatio ad labores, ad metalla, ad carthos, ad lapides, ad famem certi temporis; ad ſitim. Condemnatio ad virgas, ad fuſtigationem. Cauterium inuſtum. Condemnatio ad diuulſiones membrorum, ad truncationem membrorum. Truncatio manuum, nariũ, aurium. Pœnę & ſupplicia corporalia capitalia. Supplicia capitalia dubia cũ periculo ancipiti. Pœna

gladiatoria. Condemnatio ad beſtias. Supplicia capitalia magis certa. Supplicium capitale certum ordinarium. Supplicium ordinarium lenius. Percuſſio & decollatio facta gladio. Decollatio facta ſecuri. Pœna capitalis ordinaria acerbior. Suſpendiũ & laqueus. Crucifixio. Suffocatio in aquis. Defoſſio in terram. Supplicium capitale ordinariũ acerbiſſimum. Rogus. Forcipes ignitæ. Diſtractio per equos. Sectio quadrifariam facta. Supplicium capitale extraordinarium & minus vſitatum. Sectio venarum omnium. Cicuta & venenum præbitum. Lapidario.

Sic de condemnatione à pœna ad pœnas: ſequuntur proceſſus iudicii capitales.

Fractio baculi iudicialis. Traditio in manus carnificis. Carnifex. Carnificis iura. Carnificis adminiſtri. Eductio facinoroſi. Area ſupplicii. Spectatio ſuppliciorum. Executio ſupplicii. Mors facinoroſorum in publico. Cadaueris ſepultura, aut etiam abiectio.

Fuit diſtinctio iudicii ratione obiecti: ſequitur ratione gradus.

Iudicium inferius. Iudex inferior. Iudex caſtrenſis. Iudex paganus, oppidanus. Iudicia caſtrenſia. Pagana, oppidana. Iudex vrbanus, & iudicia vrbana. Sententia iudicis inferioris. Acquieſcere in ſententia huius iudicis. Appellatio à ſententia iudicis inferioris. Appellatio ordinaria, extraordinaria. Permiſſio appellationis. Inhibitio appellationis. Iudicium ſuperius. Tribunalia prouinciaria. Iudices prouinciales. Præſes. Aſſeſſores & eorum vota. Aduocati prouinciales. Procuratores. Notarii & ſcribæ. Acquieſcere in ſententia prouincialis tribunalis. Appellatio ab hoc tribunali. Summum tribunal & iudicium principis. Curia & δικαστήριον ſummum principis, quod in Germania, **Kammerrath**, in Gallia, *Parlamentum* vocatur. Thronus iudicialis. Princeps in propria perſona præſes. Princeps in vicarii perſona præſes. Aſſeſſores huius iudicii, eorumq; vota. Aduocati. Procuratores. Notarii. Scribę. Acta ſummi tribunalis. Libri actorum. Archiuum actorum.

Sequitur diſtinctio iudicii ratione modi.

Iudicium ordinarium. Iudicium extraordinarium.

Sic de iudicio forenſi: ſupereſt Cenſorium.

Iudiciũ Cenſorium. Cauſæ cenſoriæ. Cauſæ Cenſoriæ Ethicæ. Oeconomicæ. Politicæ. Cenſores. Cenſorum adminiſtri, 1, aperti; 2, occulti & exploratores cenſorii. Vocatio in cenſuram. Apparitio. Inquiſitio cenſoria. Notatio & pœna cenſoria.

Abſoluimus curam primam Principis: ſupereſt orta; quæ eſt vel primaria, vel ſecundaria.

Cura orta primaria ſeu defenſio. Defenſio imperialis. Defenſio imperialis vniuerſalis, quæ eſt tam hominum quam rerum. Defenſio contra res inanimatas. Defenſio contra aquã & exundationes, vbi de aggeribus qui mari & fluminibus opponuntur. Defenſio contra ignem. Conſtitutio de incendio auertendo. Conſtitutio de incendio reſtinguendo. **Fewrordnung**. Procuratores harum conſtitutionũ, Operarii circa incendium. Inſtrumenta ad incendium reſtinguendum. Labra, conti, ſcalæ, &c. Conſtitutio de cuſtodia rerum tempore incendii durantis. Defenſio contra terræmotus. Defenſio contra famem. Defenſio contra peſtem. Defenſio contra res animatas. Defenſio contra beſtias ſæuas, vt vrſos, lupos. Defenſio contra beſtias non ſæuas quidem, ſed noxias tamen; vt contra ceruos, lepores, vulpes & alias feras terreſtres, quæ agris & fructibus nocent. Defenſio contra piſces noxios. Defenſio contra volucres noxios. Def. contra inſecta. Defenſio contra homines. Defenſio contra violatores pacis publicæ. Defenſio contra latrones & prædones, contra pyratas, contra graſſatores, contra incurſores domorum & vim publicam inferentes. Defenſio contra externam inuaſionem. Arces & munitiones mediterraneæ. Arces & munitiones limitaneæ. Munitiones pagorum limitaneorum. Vrbium munitiones. Caſtella. Miles præſidiarius. Propugnacula portus.

Tantum de cuſtodia vniuerſali, quæ ad homines & res ſimul pertinet: ſequitur cuſtodia particularis, & prima quidem ea, quæ ad ſolos homines pertinet.

Cuſtodia hominum promiſcue ſumptorum. Auerſio omnis mali & querelarum à ſubditis. Querimonias ſubditorum libenter audire. Libellos ſupplices libenter excipere. Libellorum magiſtros conſtituere. Subditorum malis affici, & diligenter inquirere in paſſiones, & mala ſubditorum. Defenſio vitæ ſubditorum. Defenſio contra percuſſores. Defenſio contra vulneratores. Def. contra ſicarios & latrones quatenus vitæ nocent. Artes gladiatorias & pugillatorias, rectæ moderati, ne ſubditorum vitæ noceatur. Conſtitutiones de monomachiis & prouocationibus ad monomachiam. Conſtitutiones de haſtilibus certaminibus, **vom ſtechen vnd tornieren**. Conſtitutiones de ſpectaculis periculoſis, vt ſunt congreſſus ſæuarum ferarum, quæ erumpentes in turbam ſpectatorum, eos lædere poſſunt, & ſimilibus. Conſtitutiones in plagiarios

giarios & raptores puellarum & puerorum. Cuſtodia libertatis ſubditorum. Cuſtodia libertatis publicæ, ne ſubditi in ſeruitutem exterorum deducantur. Cuſtodia libertatis priuatæ, ne ſubditi vel in ditione principis, vel extra eam capiantur. Cura circa eos, qui captiui abducti ſunt ex ditione principis. Redẽptio eorum. Cura eorum qui extra ditionem princ. capti ſunt, & in itinere intercepti. Cura repreſſaliorum. Cuſtodia famæ ſubditorum. Cuſtodia contra iniurias, contumelias, diffamationes. Cuſtodia contra libellos famoſos. Cuſtodia bonorum fortunæ pertinentium ad ſubditos. Cuſtodia contra fures, contra prædones, impoſtores, ſtelliones, ſortiarios, veteratores. Cuſtodia contra fœneratores, contra Iudæos & eorum expilationem, contra impoſturas alchymiſtarum, & conſtitutiones de alchymiſtis. Cuſtodia contra decoctores & banckerottores. Cuſtodia contra creditorum defraudatores, vbi conſtitutiones de debitoribus. Subleuatio ſubditorum, qui præſenti pecunia egent ex Rep. facta. Conſtitutiones circa veterarios & Lõbardarios, vt vocãt, qui pro pignore pecuniam commodant. Conſtitutiones circa venditiones ſub auctione, quatenus vẽditio hæc ad cuſtodiã bonorum pertinet. Conſt. circa prodigos ſuorum bonorum. Conſt. circa prodigos alienorum bonorum.

Tantum de defenſione bonorum promiſcua: ſequitur defenſio hominum conſideratorum ſecundum certam diuiſionem & obiecta.

Defenſio officiariorum principis, præſertim eorum, qui odioſa officia habent. Defenſio magiſtratuum inferiorum, & tutela autoritatis ipſorum. Defenſio apparitorum publicorum. Defenſio imbecilliũ ætate. Defenſio imbecillium ſexu. Defenſio ſenum. Suppetiæ quæ feruntur errantibus de via. Defenſio hominum quoad loca publica. Securitas publicarum viarum. Defenſio eorum, qui per ditionem principis iter faciunt. Ius commeatus & remeatus. Ius ſalui conductus. Cuſtodia reſpectu certi temporis, nempe nocturni. Nocturnæ vigiliæ & excubiæ. Portarum occluſio in oppidis & vrbibus. Signum claudendarum portarum. Clauium ad portas aſſeruatio. Occluſio portarum in arcibus & caſtellis. Vigiles in turri. Indicia vigilum ex turribus, ac proclamationes horarum nocturnarum. Vigiles per vicos & plateas obambulantes. Vigilum præfecti. Conſtitutiones de graſſationibus nocturnis.

Tantum de defenſione imperiali: ſequitur defenſionis clientela.

Ius defenſionis clientelaris. Receptio in clientelam. Princeps conſideratus reſpectu clientis. Cliẽtes reſpectu principis cõſiderati.

Fuit cura orta primaria: ſequitur ſecundaria, quæ eſt tum amplificatio, tum exornatio ditionis.

Amplificatio ditionis, & quatenus ei ſtudendum. Dilatatio terminorum ditionis per ius belli. Dilatatio terminorum ditionis per emptionem. Dilatatio per ius dotis. Dilatatio per legata. Dilatatio per ſpontaneam ſubiectionem. Vnio prouinciarum nouarum, & incorporatio in priorem ditionem principis. Vnio plenaria & totalis. Vnio partialis.

Reſtat cura exornationis & ſplendoris.

Politia principis florens & ſplendida. Modi quibus florens & ſplendens ditio reddi poſſit. Auerſio eorum, quæ florem Politiæ vel impedire vel abolere poſſunt.

CLASSIS V.

Continens titulos pertinentes ad Curam principis externam.

FVERVNT *tituli de cura principis interna: ſequuntur de cura principis externa.*

Cura principis externa ſic dicta, reſpectu exterorum peregrinantium per regnum. Obſeruatio eorũ, qui per regnum peregrinantur, & cautio contra exploratores ditionis principis. Obſeruatio eorum, qui ad vrbes & arces munitas accedunt. Tranſitus peregrini militis, quatenus admittendus. Hoſpitia peregrinantium. Prouiſio, ne peregrini diu detineantur in iudiciorum proceſſu. Conſtitutiones in errones, cygaros & ſimiles. Conſtit. in Iudæos, & quatenus admittendi ſint in ditionem principis. Conſt. in eos, qui peregrinos mores, linguam & veſtitum introducunt, vbi etiam conſtitutiones eorũ, qui temerè linguam mutant, die Rotwelſch reden. Conſt. & cautiones in trãſfugas, & quomodo princeps caute debeat tradere flagitioſos ſubditos alterius princ. qui in ipſius ditionẽ profugerunt. Cura peregrinantium & aduentantiũ magnatum in ditionem principis. Exceptio eorũ, & quomodo iis mittendũ ſit obuiam. Tractatio eorum & manſio. Dimiſſio & comitatio eorũ. Comitatus princ. in exteris per ditionẽ deducendis, dem Fürſtlichen Geleite; & de iure comitatus. Exceptio perſonarũ non quidẽ magnatũ, ſed tamen clararum & honoratarũ. Quomodo princeps excipere debeat viros doctrinâ claros, architectos claros & aliqs artifices. Peregrini in ditione pr. habitare cupientes, quomodo & quãdo admittẽdi, vel non. Ius peregrinorũ in regno. Exceptio peregrinorum exulũ & extorrium.

Digitized by Google

Sic fuit Cura externa principis reſpectu exterorum in regno: ſequitur Cura principis, quæ reuera extra ditionem exercetur.

Cura principis extra ditionem quoad ſubditos extra principis ditionem. Conſtitutiones circa peregrinationes ſubditorũ, & quatenus ſubditi emittendi ſunt extra regnũ vel non. Teſtimonia & ſalui conductus ſubditis peregrinaturis data. Cura principis circa eos qui bona, & pecuniam cupiunt exportare ex ditione principis. Cura circa profugos. Retractio eorum.

Sequitur cura principis erga eos qui ſunt extra regnum & non ſunt ſubditi.

Bona correſpondentia principis cũ exteris principibus & magnatibus. Inſtrumenta & media tractationis emiſſa. Nuncii & tabellarii principis emiſſi. Nuncius communis & indignior, ſeu communis tabellio. Nuncius ſollẽnis, & dignior magis, vulgo vocant *nuncium camerarium*. Nuncii tardius miſſi. Nuncii veredarii, ſiue per poſtam. Conſtitutiones circa poſtam. Agendarii principis. Inſtructio agendarii. Literæ fidei, ſeu credentiæ agendario datæ. Agendarius temporarius. Agendarius perpetuus. Legatus. Inſtructio legati. Literæ credentiæ & fidei legato datæ. Apparatus legati. Comitatus legati. Expeditio legati. Cõmunicatio cum legato iam apud exteros degente. Reuocatio legati & reditus. Auditio legati redeuntis & legati relatio. Legatus temporarius. Legatus diuturnus quidem, ſed non perpetuus. Legatus perpetuus. Legatus à latere.

Tantum de miniſtris tractationis cum exteris manifeſtis: ſequuntur occulti.

Exploratores, quos princeps apud exteros habet. Proditores qui ſeipſos offerunt principi ad res exteras prodendas.

Fuerunt inſtrumenta viua tractationis cum exteris: ſequuntur muta.

Epiſtola ad exteros à principe miſſa. Formulæ epiſtolares principis. Tituli epiſtolarũ quos princeps dat. Formatores epiſtolarum, ſiue qui principi ſunt ab epiſtolis. Scribæ & notarii epiſtolarum. Obſignatio epiſtolarum. Miſſio epiſtolarum & tabelliones. Epiſtola expreſſior. Epiſtola occultis notis literarũ ſcripta. Miſſio epiſtolarum occulta & tecta.

Sic de inſtrumentis tractationis cum exteris emiſſis: ſequuntur inſtrumenta tractationis admiſſa; quæ etiam ſunt vel viua, vel muta.

Admiſſio inſtrumentorum mutorum, & exceptio epiſtolæ à peregrino principe ſcriptæ. Exceptio epiſtolæ, & ſcripti ab alio quodam extero miſſi. Admiſſio inſtrumentorum viuorum. Admiſſio tabellariorũ communiũ. Admiſſio tabellariorũ magis ſolemnium. Admiſſio agendariorum temporariorũ. Dimiſſio eorum. Admiſſio agendariorum perpetuorũ. Admiſſio & exceptio legatorũ. Auditio legatorum facta in perſona principis. Auditio legatorum facta in perſona ſubſtituta à principe. Auditio legatorum in lingua, quam princeps intelligit. Auditio legatorum per interpretem. Tractatio legatorum. Tempus deliberationis, quod ſumitur ad reſpondendum legato. Reſponſio legato data. Reſponſio in propria perſona. Reſponſio in perſona ſubſtituta à principe. Reſpõſio ſine interprete. Reſponſio per interpretes. Admiſſio & dimiſſio legatorum temporariorum. Admiſſio & dimiſſio legatorum perpetuorum. Quomodo ſe princeps gerere debeat erga eos, quos rerum quæ in Rep. geruntur explorandarum cauſa ab exteris principibus in ſuam ditionem & aulam emiſſos eſſe nouit.

Sic de tractatione principis cum exteris principibus: ſequitur tit.

Tractatio principis cum ſubditis exteris. Quomodo ſe gerere princeps debeat, quando aliquid tractandum eſt cum exteris, qui non ſunt principes. Quomodo horũ exterorũ ad, & apud ſe admittere debeat princeps.

Et ſic de tractatione cum exteris in genere: ſequitur in ſpecie, quæ eſt vel ratione viciniatis, vel ratione pactorum generalium, vel ratione pactorum ſpecialium, ſiue fœderis.

Quomodo ſe gerere debeat Princeps erga principem cum quo habet ditionem ſuam commixtam. Quomodo cum principe agere debeat cum quo habet iuriſdictionem in vno pacto vel vrbe mixtam. Quomodo ergá vicinum principem ſe gerere debeat, cum quo ditionem mixtam non habet. Quomodo erga totam gentem viciñã. Quomodo conuenire debeat cum vicino de limitibus & finibus. Quomodo de damno dato. Quomodo de transfugis. Quomodo de comitatu & commeatu, wegen deß Geleits. Tractatio principis cum exteris ratione pactorum generalium, vbi de pactis cum exteris ineundis, deque iis ſeruandis. Pactum ſpeciale ſeu fœdus. Fœderis ſanctio & ſanciendi fœderis ſolennitates. Confœderati. Fœderis confirmatio. Fœdifragi. Fœdus tacitum. Fœdus expreſſum. Conditiones fœderis. Documenta fœderis. Fœdus temporarium. Fœdus perpetuum. Fœdus indefinitum quod ad quæuis auxilia mutua ſe extendit. Fœdus definitum & ad certas res pertinens.

pertinens. Fœdus laxius. Fœdus ſtrictius, ſeu ſtrictæ vnionis, die Erbuerbündnis, vbi familia principis extincta confœderata principis familia ſuccedere poteſt. Fœdus defenſionis & fœderatus defenſor; der Schutzherr. Fœdus commerciorum. Obſides fœderis. Mulcta facta fœderis.

CLASSIS VI.

LOCORVM POLITICORVM,

Continens titulos de Cura Principis aulica; deque reditibus principis & cura principis circa mortem.

FVERVNT *tituli pertinentes ad curam principis publicam, tam internam quam externam: ſequuntur tituli pertinentes ad curam principis magis ſtrictam, nempe ad aulam principis.*

Aula principis. Cura aulica in genere. Domicilium aulæ & ſedes principis. Domicilium aulæ perpetuum. Domicilium aulæ temporatiũ, nempe vel æſtiuum vel hybernum, prout nonnulli principes ſedes mutare ſolent. Partes domicilii aulici. Partes exteriores. Partes interiores. Partes in quibus ipſe princeps habitat. Triclinium principis in quo ſolet cibũ capere. Cubiculum principis. Partes interiores, in quo alii præter principẽ aulici habitãt.

Cura perſonarum aulicarum.

Cura propriæ perſonæ. Cura propriæ vitæ & ſecuritatis. Cura circa medicos proprii corporis. Cura circa tonſores & chirurgos principis. Cura circa coquos. Cura circa prægustatores & carptores. Cura circa ſatellites ſui corporis, circa cuſtodes cubiculi, circa ipſos cubicularios.

Sequitur cura perſonarum à principe diuerſarum, atq; adeo cura cœtus aulici.

Numerus & quantitas aulicorum. Qualitas aulicorum. Diſtinctio & partitio perſonarum aulicarum. Perſonæ aulicæ neceſſitudine coniunctæ. Pater principis. Mater principis. Fratres principis. Sorores principis. Alii cognati & agnati principis, ſi in aula degant vel in eam veniant. Affines ſi in aula degant, vel in eam veniant. Coniux principis. Qualem coniugem princeps ambire debeat, & quomodo. Nuptiæ principis. Dos principis. Ditio quæ datur coniugi principis quam vidualem vocant, leibgeding/ & iſtius ditionis vidualis iura & conſtitutiones. Coniugiũ principis. Quomodo princeps erga coniugem ſe gerere debeat. Felicia principum coniugia. Infelicia coniugia. Connexa coniugis, ſiue gynæceum. Præfectus gynæceo. Soboles principis. Soboles maſcula. Sobolis maſculæ educatio in ætate tenella. Educatio ſobolis maſculæ in ætate grandiori. Coniugia principis filii. Principis filii euectio ad dignitatem principatus. Proles fœmella. Educatio eius in ætate grandiori. Educatio filiarum principis. Dos earum.

Sic de perſonis neceſſariis: ſequuntur officiaria.

Perſona aulica officiaria ſimplex, & primò neceſſarii officii. Perſona neceſſarii officii ſuperior. Magnus magiſter aulæ. Præfectus palatii. Comites palatii principis. Mareſcallus aulæ. Vice mareſcallus aulæ. Præfectus cubiculariorum & cubicularii. Præfectus commeatus & culinæ aulicæ. Quæſtor aulicus. Burggrauius aulæ. Perſonæ neceſſariæ aulicæ inferiores. Miniſtri & pueri nobiles, qui ſtant ad mãdata principis. Præfectus & magiſter puerorum. Scribæ & notarii aulici. Ianitor aulæ. Focarii in aula. Purgatores aulæ. Officiarii aulici minus principales, ſeu neceſſarii. Officiarii aulici ad ſplendorem & pompam pertinentes. Comitatus principis ad ſplendorem & magnificentiam ac pompam. Nobiles aulici ad hanc pompam pertinentes, die Hoffjunker. Comitatus principis pompoſus equeſtris. Comitatus curulis. Comitatus pompoſus pedeſtris. Qui principi ſunt à pedibus, die Lacketen. Miniſtri aulici ad voluptatem pertinentes. Spectaculorum præfecti. Homines faceti, quibus vtitur princeps. Ludiones & moriones principis.

Sic fuerunt aulici officiarii ſimplices: ſequuntur mixti.

Officiarii qui quidẽ Reip. ſeruiunt, ſed ita vt perpetuo ſint ad aulam principis, vbi iſte reſpectus ſaltem hoc loco, conſiderandus eſt: quatenus officiarii publici hærent ad aulam. Officiarii publici ad aulam hærentes eminentiores, vt Cancellarius. Vice cancellarius. Cõſiliarii præcipui. Officiarii publici ad aulam hærentes minus eminentes. Secretarii. Quæſtores. Scribæ. Notarii. Cancellariæ connexio cum aula.

Sic de cura perſonarum aulicarum: ſequitur cura rerum aulicarum.

Cura redituum aulicorum. Victus aulici cura. Victus & menſa principis quæq; ad eam. Victus & menſa præcipuorum aulicorum. Victus & menſa viliorum aulicorum. Cibi aulici. Culina aulica. Coquus aulicus & eius adminiſtri. Potus aulicus. Vinum in aula. Cereuiſia in aula. Cella aulica. Vaſa in cella aulæ. Cellarius ſeu præfectus cellæ aulicæ. Cura ſupellectilis aulicæ. Cura & cuſtodia ſupelle-

I

ctilis gemmeæ, aureæ, argẽteæ, ſtanneæ, æreæ, &c. Simulq; curſusq; præfectus. Cura veſtium principis & habitus principalis. Præfectus veſtirus principis. Indutores & exutores principis. Lectus principis. Thalamus principis. Res ad arma pertinentes in aula. Res ad curſus aulicos & ſimiles.

Reſtat diſciplina aulica.

Iudex aulicus. Iudicium aulicum. Loca aulæ inuiolabilia, & ſingulariter priuilegiata; & pœna eorum qui eiuſmodi loca violant.

Hucuſque tituli pertinentes ad curam principis quam geri in vita: ſequuntur tituli pertinentes ad inſtrumenta principis, quibus opus habet ad iſtas curas expediendas, quæ inſtrumenta duo ſunt: Reditus *&* Opera ſubditorum. *Sit itaq; titulus.*

Reditus principis vniuerſaliores. Reditus princ. ex rebus naturalibus. Reditus ex agris & hortis; vbi de decimis, quæ principibus dantur ex frugibus. Reditus principis ex vindemiis & vino. Reditus ex ſiluis. Reditus ex aquis & piſcibus. Reditus ex animalibus terreſtribus. Reditus ex metallifodinis. Reditus ex ſalisfodinis. Reditus ex aliorum mineralium fodinis. Reditus principis aliunde quam ex rebus naturalibus acquiſiti. Reditus acquiſiti ordinarii primo maiores. Reditus ex vectigalibus. Vectigalia ex mercibus ſumpta. Vectigalia ex mercibus nauticis. Vectigalia ex mercibus terreſtribus. Vectigalia mercium quæ in regno diſtrahuntur. Vectigalia mercium victualium, vt vectigal ex frumento, ex vino, ex cereuiſia. Vectigal ex mercibus non victualibus. Vectigal mercium quæ in regnum importantur. Vectigal, merciũ quæ ex regno exportantur. Vectigal ad portum. Vectigal alibi quã ad portum. Vectigalium præfecti. Vectigaliũ redemptores & arendatores, qui *publicani* olim dicebantur. Vectigalium exactores. Vectigalium ſcribæ. Vectigalium officinæ & portoria, die Zolhäuſer/ pfundkammer. Pœna prætervecti telonii. Recognitio & recenſio mercium ex quibus vectigal ſoluendum. Quadruplarii, ſeu quadruplatores, id eſt, illi qui clam aduertunt, vt ex mercibus iuſta vectigalia ſoluantur. Vectigal perpetuum. Vectigal temporarium, & velut extraordinem impoſitum. Vectigal ab exteris. Vectigal à ciuibus regni.

Tantum de Vectigali: ſequitur Exactio, *ſeu* Tributum.

Tributi impoſitio, ſiue poſtulatio exactionum. Tributi exigendi collectores. Tributum moderatum. Tributum ex rebus minus neceſſariis. Tributum ſtrictum. Tributum ex rebus ad victum pertinentibus atq; adeo rerum valde neceſſariarum. Profeſſio. Deſcriptio. Adæratio. Exactio & tributum ex immobilibus. Taxatio. Exæquatio. Penſio & canon. Tributum & collatio ex poſſeſſis. Exactio & collatio ex venditis, Nachſteyer. Tributum, & exactio ex ædificiis. Exactio ex fundo habitationum. Exactio ex partibus ædium, vt ex feneſtris, caminis, &c. Exactio ex molendinis. Exactio impoſita capitibus hominum, ſeu in capita. Tributum in capita ſubditorum ciuiũ. Tributum in capita ſubditorum peregrinorum. Tributum in capita Iudæorum. Tributũ ordinarium. Tributum extraordinarium. Extraordinarium tributum tempore pacis, tempore belli. Iugatio. Capitatio. Hoſpitatio. Redemptio ab hoſpitatione. Moderatio exactionis extraordinariæ.

Sic de reditu acquiſito maiori: ſequitur reditus acquiſitus minor, ex viuis.

Reditus ex mulctis. Reditus ex confiſcatione bonorũ. Reditus minor reſpectu mortuorum. Reditus ex vacantiis & annatis. Reditus ex caducis. Caducorum exactores.

Tantum de reditu principis directo: reſtant indirecti.

Reditus principis ex legatis Reip. Reditus ex iure dotis, quam princeps accipit. Reditus ex donationibus. Reditus ex mercatura ſi quã princeps exercet; vbi de mercatura principis. Reditus per donationem. Reditus per accretionem & alluuionem. Reditus iure belli. Reditus pr. particularis, ſiue reditus menſales principis; einkommen ſo zum Fürſtlichen tiſch gehörig.

Hucuſque de reditibus principis & eorum acquiſitione: ſequitur aſſeruatio redituum principis.

Ærarium principis. Fiſcus principis. Ærarium ordinarium. Ærarium ſubſidiarium. Ærarium extraordinariũ. Huc pertinet theſaurus principis in quo aſſeruatur corona, &c. Ærarium quatenus ad pacem. Ærarium quatenus, ad bellum. Ærarium publicum. Ærarium aulicum. (Nam nonnulli principes reditus qui ad aulam ſuſtendandam pertinent, peculiari ærario ſeruant.) Theſaurarius principis. Quæſtores pr. Rationarii principis & diſcuſſores, vt in iure vocant. Scribæ ærarii. Libri ad ærarium pertinentes.

Sic etiam de aſſeruatione redituum principis: ſequitur erogatio & diſpenſatio eorundem.

Diſpenſatio de reditibus & bonis Reip. Impenſæ, quas facit princeps. Impenſa publica. Impenſa ordinaria. Impenſa quotidiana. Impenſa

penſa menſtrua. Impenſa annua. Stipendia quæ princeps erogat. Impēſæ extraordinariæ. Impenſæ particulares & aulicæ, ſiue ſumptus qui in aulam principis impenduntur.

Hucuſque fuit primum inſtrumentum curæ & regiminis principis, nempe Reditus: ſequitur alterum, nempe, Operæ ſubditorum.

Ius principis in operas ſubditorum, & quatenus operis ſubditorum princeps vtitur vel abutitur. Operæ ſubditorum publicæ, ſiue pro Rep. Operæ ciuium vrbanorum. Operæ ruſticorū, der pawren ſcharwerck vnd frohndinſt. Operæ tardæ. Operæ citæ & veloces. Vehiculationes, poſtdinſt. Operæ tempore pacis. Operæ tempore belli. Operæ pro aula, hofdinſt. Immunitas ab operis publicis. Immunitas data. Immunitas meriti, ſeu propter meritum. Immunitas neceſſitatis, vt ægrotorum & ſenum. Immunitas redempta.

Hucuſque etiam de inſtrumentis curæ principis: reſtat cura principis circa mortem.

Cura principis ad eius mortem pertinens. Cura principis circa mortem publica. Cura principis de ſucceſſore & nominatio ſucceſſoris. Principis cura de regni neceſſitaribus indicandis. Teſtamentum principis quoad publica. Teſtamentarii. Execuores teſtamenti. Cura principis magis priuata circa ſuam perſonam. Cura principis de ſua ſepultura & monumenta. Exequiæ principis. Monumenti principis. Cura principis circa perſonam ſuæ coniugis. Vidua princeps & ſedes ac bona vidualia poſt mortem mariti. Cura principis circa liberos. Cura circa filium primogenitum ſucceſſorem. Cura circa reliquos filios & teſtamētum principis, quoad eos. Cura principis circa filias. Cura circa parētes, quos forte relinquit. Cura circa fratres & ſorores, quas forte relinquit. Cura circa alios agnatos & cognatos. Cura principis quoad fideles officiarios & miniſtros aulicos, quos amauit.

CLASSIS VII.

Continens titulos de Officio ſubditorum erga Principem.

EXPEDIVIMVS *potiſſimam partem ſtatus Politici integri; quæ eſt de principe & eius officio: reſtat pars poſterior, quæ eſt de officio ſubditorum.*

Officium ſubditi erga totum corpus Reip. Obligatio quâ quilibet ſubditus tenetur erga totum corpus. Prudentia ſubditi, quâ ſe recte gerit erga totum corpus Reip. tempore libero, tempore neceſſario. Parare ſe Reip. Officia ſua Reip. offerre. Ea Reip. præſtare. Reip. multa condonare. Pacem publicam non turbare. Extraordinario etiam modo Reip. laboranti ſuccurrere. Officium ſubditi erga principem. Fundamentum & obligatio parendi. Homagium, ſeu iuramentum fidelitatis quod ſubditus præſtat principi. Officium ſubditi primario dicti, generaliter ſpectati, & primò primum. Amor principis. Odium principis. Fidelitas erga principem. Defenſio ſui principis. Perfidia & proditio ſubditi aduerſus principem. Obedientia ſubditorum erga principem. Inobedientia & rebellio. Timor ſubditi. Reuerentia ſubditi & honor maieſtaticus, quem principi debet. Honor internus. Honor externus. Verbis honorare principem. Geſtus quibus principes honorantur. Æquitas, quâ ignoſcitur erratis principum, nec temere reprehenditur forma regiminis, quam princeps inſtituit. Vindicare famam ſui principis. Vindicare opes & fortunas ſui principis. Officium ſubditi circa mortem principis, atque adeo debiti honoris exequiæ, quibus ſubditus proſequitur funus principis. Honor quem poſt mortem ſubditi principi debent. Officiū erga coniugem principis. Officiū erga viduam principis. Officium erga ſobolem principis. Officium erga prolem fœmineam adhuc innubilē. Officium erga prolē fœmineam in matrimonium locādam. Officium erga filium principis primogenitum parentis ſucceſſorem. Officium erga reliquos filios principis. Officium erga agnatos & cognatos principis. Officium erga affines principis. Officiū erga eos, quos peculiari amore & gratia princeps proſequitur. Officium erga officiarios principis, primo eminentiores; ſecundo, inferiores, atque adeo erga magiſtratus inferiores, quos princeps conſtituit. Officium erga aulicos principis, etiamſi non habeant officium publicum. Officium erga miniſtros infimis principis, ſiue ſint tabelliones, ſiue ſatellites & ſimiles. Virtus & officium ſubditorum erga principem collectim cōſideratorum. Officium ſtatus illuſtriſſimorum. Officium ſtatus illuſtrium. Officium ſtatus nobilium. Officium ſtatus ciuilium. Officium ſtatus ruſticorum & plebeorum infimorum.

Sic fuit virtus, ſeu officium virtutis erga principem: ſequitur alterum, ad quod ſubditus eſt obligatus principi, nempe, Munus, vt vocant; quod diſtinguitur in perſonale & reale. Perſonale eſt opera principi debita. Itaque ſit aliud ſubtit.

Opera ſubditorum principi debita. Opera

Digitized by Google

ſubditorum ſeparatim ſpectatorum. Opera ſubditorum collectim conſideratorum. Opera ſtatus Illuſtriſſimorum. Opera ſtatus Illuſtrium. Opera ſtatus nobilium. Opera ſtatus ciuilis. Opera ruſticorum. Pauren ſcharwerck.

Sic de munere perſonali ſiue opera: ſequitur munus reale, ſiue Contributio.

Contributio ſubditorũ ſeparatim conſideratorũ. Contributio ordinaria. Contributio extraordinaria. Contributio ſubditorum collectim conſideratorum, atq; adeo contributio certorum ſtatuum.

Sic de officio ſubditorum generaliter conſideratorum: ſequitur officium ſubditorum ſpecialiter conſideratorum, ſiue aulicorum.

Officium ſubditorum aulicorum eminentiorum erga principem. Off. eorum erga coniugem principis, erga prolem maſculam principis, erga prolem fœmineam principis, erga agnatos, cognatos & affines princ. Officium aulici eminentioris circa mortem principis. Officium aulici inferioris erga principis coniugem, liberos, agnatos, cognatos & affines. Officium aulici inferioris circa mortem Principis.

Sic de officio ſubditi primario dicti, tam generalis, quam ſpecialis: ſequitur ſubditus ſecundario dictus.

Officium ſubditi dedititii. Officium ſubditi obſtrictioris, der leibeigenen. Officium clientis ſubditi erga principem patronum. Officium ſubditi tantum ad tempus habitantis in ditione principis. Officium peregrinorum, quos princeps nuper recepit in ſuam ditionẽ. Officium peregrinorum qui tantum peregrinantur per ditionem principis.

Tantum de officio ſubditorum erga principem: ſequitur officium ſubditorum erga ſe inuicem.

Officium ſubditi proprie dicti erga ſubditũ proprie dictum. Off. ſubditi erga ſubditum tempore libero. Officiũ erga ſe inuicem tempore neceſſario. Officiũ ſubditi erga ſubditũ reſpectu iucunditatis; vt ſunt conuiuia & recreationes, quibus ſe mutuo ſubditi oblectãt. Officium ſubditorum virorũ erga viros. Officium ſubditorum virorum erga fœminas, fœminarum erga fœminas, fœminarum erga viros. Officium ſubditi inferioris erga ſuperiorem & contra. Officium paris erga parem. Officium collegæ erga collegam, atque adeo officiarii principis erga alium officiariũ. Off. magiſtratus principis erga alium magiſtratũ. Officium ſubditi vicini loco erga vicinum. Officium ſubditi erga ſubditũ collectim conſideratum. Officium ſtatus Illuſtriſſimorum erga ſtatum Illuſtrium & Nobilium. Officiũ ſtatus Illuſtrium & Nobilium erga ſtatum Illuſtriſſimorum. Officium ſtatus Nobilis erga ciuilem. Ciuilis erga ruſticum. Officium ſtatus ruſticorum erga nobilem. Officium ſtatus ruſticorum erga Illuſtrium & Illuſtriſſimorũ ſtatum. Illuſtriſſimorum ſtatus erga ſtatum ciuilem, ruſticorum, &c. Officium aulici erga aulicum. Officium ſubditi proprie dicti erga improprie dictum. Officium liberioris ſubditi erga aſtrictiorem. Officium liberioris erga dedititios. Officium ſubditi proprie dicti erga peregrinum commorantem in ditione principis, atque adeo erga totum ſtatum peregrinorum. Officium ſubditi proprie dicti erga peregrinum tranſeuntem. Officium ſubditi proprie dicti erga confœderatos principes. Officium ſubditi erga vicinos ditioni principis. Officiũ ſubditi improprie dicti erga proprie dictum. Officium ſubditorum ſtrictiorũ erga liberiores. Officium dedititiorum erga non dedititios. Officium peregrinorum habitantium in ditione erga ſubditos inquilinos. Officium peregrinorum tranſeuntium erga inquilinos.

CLASSIS VIII.

Continens titulos de ſtatu Reip. inclinato.

STATVS *Reip. inclinatus, ſiue affectus.*

Reſtauratio & emendatio ſtatus Reip. inclinati & affecti: Accommodatio regiminis ad tempus neceſſarium, atq; adeo ad ſtatum Reip. inclinatũ: ſimulque extraordinaria media, quæ adhibentur ad talem ſtatum qualitercunque fulciendum,* Mutatio Rerumpublicarum.

* Quæ h. l. intelligitur in deterius: nam mutatio in melius ſupra tradita fuit.

Cauſæ mutationis Rerumpub. diuina ſiue fatum † Politicum.

† Vbi iſta omnia notanda fuerint, quæ leguntur de diuina vindicta in reges, principes & Reſp. & de prouidentiâ Dei, qua Reſp. in deterius vergit ob cauſas, vel ſecretas vel manifeſtas.

Fatalis periodus rerum publicarum. Cauſæ mutationis rerump. angelicæ. Mutatio ab angelis bonis. Mutatio ab angelis malis. (vbi de odio ſatanæ in imperia,) Siderum influxus & quomodo inde mutẽtur Reſp. Diſpoſitio elemẽtorũ, nempe aëris, aquæ, terræ cauſam præbẽs mutationi Rerumpub. Diſpoſitio & tẽperamẽtum corporum humanorũ. Cauſam mutationibus præbens. Vitia principũ Rempub. mutãtium. Vitium Ethicum. Contemptus diuini numinis. Imprudentia & ſtoliditas. Iniu-

ſtitia

Digitized by Google

ſtitia. Libidines & intemperantia. Auaritia principum. Vitiũ mutationibus cauſam præbens politicum. Vitium circa defectum conſilii. Vitium circa executionem officii principis, atque adeo negligentia principis. Cauſa mutationis orta ex his vitiis, nempe infelicitas principis. Contemptus principis. Cauſa mutationis propter defectum inſtrumentorũ regiminis, atq; adeo defectus redituum neceſſariorum. Nimia potentia principis & amplitudo ditionum, quæ ſæpe cauſam præbet magnis mutationibus. Vitium principis cauſam præbens mutationibus ex parte exterorum. Irritatio vicinorum. Violatio fidei & fœderis pacti cum exteris. Cauſa mutationis Rerump. ex parte ſubditorum. Mutatio propter vitia ſubditorũ aduerſus principem. Mutatio propter vitia ſubditorum aduerſus ſe inuicem. Mutatio propter vitia ſubditorum aduerſus peregrinos. Cauſæ mutationis rerumpubl. primo, gradu conſideratæ, quatenus incipit inclinare Reſp. Cauſa mutationis Rerump. in maiori gradu conſiderata, quatenus iam dudum ad interitum vergit Reſp.

Hactenus cauſæ mutationum: ſequuntur ſpecies mutationum Reip.

Magiſtratus in hoc ſtatu mixto ſeparatim ſpectati. Monarcha in hoc ſtatu mixto. Monarchæ ſucceſſio. Monarchæ electio. Ius maieſtatis monarchæ in hoc ſtatu. Monarchæ reſtrictiones & limitationes in hoc ſtatu. Monarchæ iuramentum in hoc ſtatu. Pacta ſpecialia cũ Monarcha. Monarchæ reſtrictio quoad ſigillum & reſtrictiones. Monarchæ reſtrictio quoad conſilia. Monarchæ reſtrictio quoad officiarios, & officiorum diſtributionem. Monarchæ reſtrictio quoad iudicia. Reſtrictio eius quoad tractationem cum exteris. Reſtrictio Monarchæ quoad aulam. Reſtrictio quoad reditus & ærarium Reip. atque adeo, quoad contributionẽ. Quoad bellum in dicẽdum & gerendum. Cura monarchæ in hoc ſtatu. Conſilia monarchæ. Conſiliarii. Informatores hiſtorici. Officiarii eminentes. Officiarii inferiores. Cura circa homines & eorũ vitam abſolute. Cura circa vitam hominum honeſtam, Commodam & iucundam. Honorificam. Cura Monarchæ circa iudicia forenſia. Cura circa ciuilia. criminalia. cẽſoria. Cura Monarchæ in hoc ſtatu circa defenſionem. Cura Monarchæ circa limitaneas arces. Cura circa militem præſidiarium. Quantum indulgendum in hoc ſtatu Monarchis circa arces mediterraneas. Cura monarchæ circa exornationem. Cura circa amplificationem. Cura monarchæ externa. Cura monarchæ aulica. Cura monarchæ circa reditus. Cura circa operas ſubditorum. Cura circa mortem atque adeo ſucceſſorem ſuum in hoc ſtatu.

Tantum de Monarcha: ſequuntur Ariſtocratici.

Ariſtocraticorum numerus. Electio. Gradus. Ariſtocratici abſolute conſiderati, vt ephori. Ariſtocratici conſiderati relatiue, non tantum vt Senatores, ſeu ephori, ſed etiam vt officiarii publici. Generalis dux exercituum in hoc ſtatu. Vicarius eius. Mareſchallus regni. Vexillifer regni. Cancellarius magnus. Vicecancellarius. Theſaurarius. Ariſtocratici comparati ad totum corpus Reip. & quod eorum officium in hac parte. Ariſtocratici comparati ad Monarcham. Ariſtocratici comparati ad ſe inuicem. Ariſtocratici comparati ad Democraticos, atque adeo de conſenſu Ariſtocraticorũ & Democraticorũ in hoc ſtatu.

Reſtant Democratici.

Democraticorũ gradus quatenus admittendi ſint in hoc ſtatu aut quatenus tuenda ſtricta æqualitas. Democratici comparati ad totum corpus Reip. ad Monarcham. Democratici comparati ad Ariſtocraticos, & quomodo ſe erga illos gerere debent. Democratici comparati ad ſe inuicem, & quomodo ſuum ſtatum ſtricte tueri debeant.

Sic de magiſtratu in hoc ſtatu ſeparatim ſpectato: ſequitur collectim ſpectatus.

Magiſtratuum omnium concordia & conſpiratio in hoc ſtatu. Magiſtratuum conuentus ſolemnes in hoc ſtatu. Comitia ex omnibus tribus magiſtratibus conflata. Præparatio ad comitia & προβουλεύματα. Deputatio legatorum ex ſtatu Democratico. Monarcha vt conſideratus in comitiis. Ariſtocratici conſiderati in comitiis. Deputati Democraticorũ conſiderati in comitiis. Conſultationes Monarchæ in comitiis. Conſultationes Monarchæ & Ariſtocraticorum in comitiis. Conſultatio Democraticorum in comitiis. Collatio votorũ in comitiis. Concluſio. Dimiſſio. Comitia in hoc ſtatu ordinaria. Comitia extraordinaria.

Sic de magiſtratu in hoc ſtatu.

Subditi in hoc ſtatu. Subditi collati ad monarcham. Subditi collati ad Ariſtocraticos. Subditi collati ad Democraticos. Subditi collati ad ſe inuicem.

Sic de ſtatu integro: ſequitur turbatus.

Interregnum in hoc ſtatu, & eius conſtitutiones ſeu diſpoſitio. Tyrannis monarchæ in hoc ſtatu. Affectatio & via ad dominium abſolutum in hoc ſtatu. Conſpiratio Ariſtocraticorum cum Monarcha in hoc ſtatu. Reſiſtẽtia ordinaria facta in hoc ſtatu. Reſiſtentia extraordinaria per ſeceſſionem & συναιχθῆναι. Reſiſtentia facta contra Monarcham & Ariſtocraticos ſimul. Oligarchia Ariſtocraticorum in hoc ſtatu, quando pauci aliquot ex Ariſtocratia rerum ſummam inuadunt. Ochlocratia in hoc ſtatu quando Democratici volunt abſolute dominari contra Monarcham & Ariſtocraticos. Remedia & reſiſtentia contra ochlocratian. Timocratia in hoc ſtatu, quando pauci aliquot ex Democratia rerum ſummam affectant. Reſiſtentia contra hos. Bella ciuilia in hoc ſtatu. Bella externa in hoc ſtatu. Dictator belli eligendus in hoc ſtatu.

Status Reip. ex tribus mixtus conſideratus vt eminens; & 1, quidem reſpectu contemplationis.

Status hic eminens reſpectu religionis. Pacta religionis in hoc ſtatu & cõfœderatio. Status ob religionem turbatus. Remedia contra iſtos motus religionis in hoc ſtatu.

Sequitur diſtinctio ſtatus huius: eſt enim vel prædominans, vel æquabilis.

Status ex tribus formis æquabilis & exacte tem-

temperatus vtrum detur. Status ex tribus mixtus prædominans. Status prædominans ſecundum prædominium vnius partis tantum. Prædominium tantum Monarchæ. Prædominium tantum Ariſtocraticorum. Prædominium tantum Democraticorum. Prædominium duarum partium. Prædominium Monarchiæ & Ariſtocratiæ. Prædominium Monarchiæ & Democratiæ. Prædominium Ariſtocratiæ & Democratiæ. Prædominium ſecundum quid, omnium trium partiũ. Prædominium huius ſtatus ex parte Monarchæ, & quale id eſſe debeat. Qualiter etiam coerceri debeat ne degeneret. Prædominium Ariſtocraticorum in hoc ſtatu. Prædominium Democraticorum in hoc ſtatu. Collegia & iudicia Democraticorum in hoc ſtatu. Conuẽtus liberi ordinarii quatenus prædominantur. Conuentus liberi extraordinarii Democraticorum quatenus prædominantur. Democratici promiſcui; & vtrum illis aliquid prædominii concedi in hoc ſtatu debeat. Democratici eminentes ſiue nobiles. Diſtinguitur etiam hic ſtatus ex amplitudine ditionis. Status ex tribus formis mixtus in regnis aut ditionibus integris, aut etiam ampla Rep. Status ex tribus formis mixtus minor & anguſtior in vna vrbe.

Et hucuſque loci Politici Syſtematis pertinentes ad Politicam generalem.

CLASSIS VLTIMA LOCORVM POLITICORVM,

Continens locos Politicæ ſpecialis.

SPECIALIS *Politica.*

Arcana Rerumpublicarum ſpecialia. Politia vetus, abſolutè ſpectata. Politia vetus maxima. Monarchia Chaldæorum & Aſſyriorum. Monarchia Medorum & Perſarum, & eius ſpecialia. Monarchia Græcorum. Monarchia Romana. Politia vetus non maxima; & primò quidem Regnum. Regnum vetuſtius. Regnum Ægyptiacum. Regnum Macedonicum. Lydicum. Perſicum. Troianum. Italicũ vt vetus. Parthicum. Regnum Ponti. Pergamenum. Sicyonicum. Achiuorum. Mycænatum. Thebanorum. Corinthiorum. Regnum minus vetus. Siciliæ & Neapolitanum. Portugaliæ. Caſtilia. Granati. Nauarrhæ. Hieroſolymitanum. Longobardicum. Germanicũ vetus. Weſtgothorum. Oſtgothorum. Vandalorum. Scytharum. *Politiæ veteres infra regna.* Exarchatus veteres, vt fuit Exarchatus Rauẽnæ. Ducatus veteres. Marchionatus. Landgrauiatus. Comitatus. Baroniæ.

Sequuntur vrbes & Reſpublicæ vetuſtiores.

Reſpublica Achæorum. Lacedæmoniorũ. Athenienſium. Corinthiorũ. Thebanorum. Reſpublica vetus Romana & vrbs Roma eiuſque peculiaria.

Politia vetus eminenter ſpectata quoad religionem.

Reſpublica Iudæorum ante reges; vbi de legibus Moſaicis forenſibus. Reſpublica Iudaica ſub regibus.

Fuerunt Politiæ veteres; reſtant recentes eſt autem recens Politia vel legitima vel illegitima.

Recens Politia legitima.

Politia recens culta, atq; adeo etiam Chriſtiana. Politia culta maxima, ſiue imperium Romanũ & eius peculiaria. Politia culta propinqua maximæ, ſiue Regnum. Regnum magis abſoluti dominii. Regnum Hiſpanicum. Gallicum. Anglicum & Scoticũ, ſub quo Hyberniæ regnum. Regnum Vngaricum, quatenus diſtinctum ab Imperio. Regnum Bohemicum taliter conſideratum. Regnum nõ abſolutum, ſed mixtum. Regnum laxius mixtũ. Regnum Suecicum. Regnum Danicum. Regnum ſtrictius mixtum. Regnum Polonicum.

Sequuntur Politiæ proximæ à regnis.

Electoratus. Electoratus Moguntinus. Colonienſis. Treuericus. Palatinus. Saxonicus. Brandeburgicus. Archiducatus Auſtriæ. Magnus ducatus Florentiæ. Lithuaniæ, prout cõſideratur diſtinctim à regno Poloniæ. Ducatus & principatus ſimplices. Ducatus & principatus Germaniæ. Ducatus Italiæ. Ducatus indigniores in Hiſpania & Gallia. Marggrauiatus digniores, qui tantum ſunt in Germania. Marggrauiatus in Italia, in Hiſpania, in Gallia. Landgrauiatus digniores, qui tantum ſunt in Germania. Comitatus liberiores, qui tantum in Germania. Comitatus in Italia, Hiſpania, Gallia, Anglia & Scotia. Baronatus liberi, qui tantum in Germania. Baronatus minus liberi qui ſunt in Italia, Gallia, Hiſpania, Anglia, Scotia. Dynaſtiæ die herrſchafften/ herrligkeiten. Dynaſtiæ in Germania. Dynaſtiæ in Polonia, in Dania. Dominia nobilium minus libera in Italia, Hiſpania, Gallia, Anglia, Scotia, Suecia, &c.

Sequuntur Reſpublicæ, nempe liberiori politia gaudentes.

Reſpublicæ magnæ. Veneta Reſp. Belgica. Heluetica. Reſpublicæ liberæ Imperiales. Lubecenſis. Colonienſis. Noribergenſis. Argentinenſis. Hic ex Coſmographia Munſteri or-

dine collocentur aliæ vrbes imperiales; Respublicæ liberiores regales, vt Dantiſcana.

Sic de Politiis recentibus cultis: inculta, & quaſi barbara adhuc in Europa Moſcouia. In Aſia propiori.

Imperium Tartaricum. Imperium Magni Cham. Imperium Perſicum. In Aſia remotiori. Imperium magni Magor. Regnum China. Siam. *Pegu.* Regnũ Narſinga. Calicuth. Iaponiæ. Regna Africæ. Regnum Presbyteri Iohannis. Regnum Abyſſinorum. Monomotoparum. Surisflorum. Regna Americana. Regnum Ferus.

Reſtant Politiæ illegitimæ, quæ duæ ſunt præcipuè, duobus titulis contentæ.

Imperium Turcicum. Imperium & principatus Papæ Romani, eiuſque ditiones.

Hæ ſunt præcipuæ Politiæ ſpeciales; quas eo fine enumerauimus; primò, vt quando ſpecialia nonnulla leguntur & obſeruantur, quæ non ita commode ad generalem referri poſſunt, notentur ſub his titulis. 2. vt quilibet admoneatur, politicam prudentiam nõ tantum ex generalibus præceptis, ſed præcipue ex ſpecialibus obſeruationibus comparari. Idcirco incumbere hoc Politicæ ſtudioſis qui in Republica verſari volent, vt quilibet eius Politiæ, in qua victurus eſt, & cui operam ſuam nauaturus, titulos, ſeu locos ſpeciales peculiari volumine diſponat; quod fieri facile poterit ſecundum ordinem obſeruatum in generalibus titulis *Syſt. Politici.*

Concludimus igitur hunc arduum & difficilem laborẽ, diſpoſitæ totius Philoſophiæ Practicæ, quæ profecto hactenus neglecta iacuit, aut certè magnâ parte mutilata & confuſa, quæ res plurimum detrimenti attulit toti ſtudio honeſtatis *Ethicæ, Oeconomicæ & Politicæ:* & impedimento fuit quo minus hactenus ampliſſima prudentia iuris rectè diſponi potuerit; vtpote quæ tota conformatur ad methodũ Practicæ Philoſophiæ. Quod ſi forte in tanta rerum copia vnus aut alter *titulus* vel *ſubtitulus* nobis non occurrit, eum, vt ſpero, facillime ſine vllo duce ſuo iam Marte addere & ſupplere poterint, inque ordinem & methodum iuſtam redigere Practicæ Philoſophiæ ſtudioſi; quibus ad hoc tam ſalutare ſtudium abſoluendum, nihil nunc amplius reſtare videtur, quam vt moneantur de duobus; 1, *quidnam, & quos autores obſeruare & legere in Philoſophia Practica, atque adeo in Politicis debeant;* 2, *quo ordine.* De quibus duobus capitibus, ſuccinctè monebitur poſt hos *locos communes*, ad quos diſponendos & abſoluendos quod vires nobis & facultatem Deus optim. max. concesſerit, toto pectore ei gratias agimus.

MANV-

MANVDVCTIONIS AD STVDIVM PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ PARS POſterior, *in qua agitur de materia vnde promenda ſint ea, quæ ad ſtudium Practicum pertinent.*

OStendimus hucuſque qualis eſſe debeat forma & diſpoſitio ſtudii Politici, atque adeo quo ordine ſingula in hoc ſtudio ſint diſponenda; conſequens eſt, vt oſtendamus, vnde promẽda ſit materia, ſiue res quæ in iſtos titulos, per quos Philoſophiam Practicam diſpoſuimus, comportanda eſt.

Materia autem iſta duplex eſt; nempe pręceptorum Practicorum, & exemplorum, ſiue hiſtoriarum.

Quod ad præcepta attinet, ſub quibus etiam commentarios comprehendimus; ea ſunt vel ETHICA, vel OECONOMICA, vel POLITICA.

Materia præceptorum Ethicorum eſt vel Syſtematica, vel textualis.

Syſtematicam materiã oportet præcedere: ſed quia bonâ conſcientiâ affirmare poſſum, nullum me vidiſſe *Syſtema Ethicum* ita adornatum adhuc ab aliis, vt tum *ars Logica*, tum natura *Ethica* poſtulabat; idcirco Syſtematicam aliam Ethicam, quæ initio legenda ſit, nominare non poſſum præter eam, quam in hac ſchola prælegi. Vbi quidem ad complendum ordinem addendi erunt L.C. Ethici à me propoſiti.

Addi autem poterint ad ſyſtema iſtud recentes aliquot alii Ethici, vt eſt *Danaus in Ethicis*, & *Ethica Abrahami Sculteti*. Item Ethica Illuſtriſſimi *Principis Mauritii* Landgrauii, quam Goclenius recognouit.

Exinde conferant ſe ſtudioſi Philoſophiæ Practicæ ad *Ethicam Ariſtotelis*, poſt ad *Dialogos Ethicos Platonis*, exinde ad *Ciceronis lib. Ethicos*, poſt ad ſcripta *Senecæ*, & ad opuſcula *Ethica Plutarchi*, quæ præ omnibus aliis Ethicis, ſolo Ariſtotele excepto, inprimis commendo.

Qui vero ex profeſſo magis ſtudium Ethicum tractare volent, poterunt quoque *diſputationes Ethicas* potiſſimum priuatas adiungere; idque eo fine, 1. vt excitentur ad legendos autores plures Ethicos. 2. vt per diſputationum interualla certa ſeſe ipſos quaſi vrgeant & compellant ad autores certâ temporis metâ perlegendos; autores, inquam, in iſtis materiis, de quibus proxima quæque diſputatio inſtituenda eſt. 3. vt materiarum Ethicarum, tanto firmior ſit impreſſio. Dum enim nos paramus ad diſputandum, dum reſpondemus, dum opponimus, dum reſpondentem & opponentem audimus, valde excitatur vis intelligendi, &, per conſequens, memoria iuuatur: quo enim intenſius mens agit, eò firmius imprimit memoriæ.

Legantur ergo ad eiuſmodi curſus diſputationum gradus Philoſophiæ moralis *Picolominei*, itemque *diſputationes Ethicæ Goclenii* item *ſpeculum & Sphæram Caſi.* Item *Leonhardus Leſſius de virtutibus cardinalibus*, quod opus nuperrime in folio prodiit. Legatur inprimis *Dominicus à Soto* de iuſtitia & iure. Et quicquid memorabile præterea occurret in *ſpeciali Ethica*, ad quam cõducent libri *Guazzi de ciuili conuerſatione*; libri item *Althuſii*, quos ſcripſit *de moribus ciuilitatis. Galateus.* Item, & quæcunque ſimilia occurrent; quamuis quidem hic præcipuos nominauerimus, exceptis Gallicis & Italicis libris in eo genere, quos ſuo tempore auditores viſuri ſunt.

Quod ad *obſeruationes Ethicas* attinet, quicquid videbitur aut audietur Ethicum inter peregrinandum, ſiue ad generalem, ſiue ad ſpecialem Ethicam pertineat, etiam notandum fuerit. Neq; tamen tantum legendo ſtudemus & proficimus, ſed etiam audiendo & videndo, & ſæpe plus audiendo & videndo, cum præſertim in exteris nationibus verſamur.

Hinc tandem accedi poteſt ad *Oeconomica*; de quo tamen ſtudio meum hoc eſt conſilium, vt exiſtimem, in iuuentute non ita multum temporis ei eſſe impendendum, quoad lectionem videlicet. Nam quoad obſeruationem, in exteris nationibus non minus attendendum eſt ad Oeconomica, quam ad *Ethica* vel *Politica*. Sic enim Reip. ſtudere debemus, vt noſtras etiam commoditates non penitus negligamus; præſertim cum bonus Oeconomus faciat bonum Politicum.

Legantur ergo, ſed breui temporis ſpatio in Oecon. 1. meum ſyſtema; poſt *Oecon. Caſmanni.* Exinde accedatur ad *Oeconomica Ariſtotelis*, quæ facile perlegi poſſunt, & iis addatur explicatio quam edidit *Iohannes Caſus* facili & laudabili methodo.

Propter cauſas autem ante dictas, non inutile fuerit etiam *diſputationes Oeconomicas* duas, vel ad ſummũ tres, tantum inſtitui, & deinceps ad Politica accedi.

Suo autem tempore, cum iam actu ipſo Oeconomiam inſtituis, præſertim ſi ex agris tuis vel hortis victurus es, adde veteres ſcriptores de re ruſtica omnes, vt *Varronem, Catonem, Columellam.* Item *Xenophontis Oec.* Item *Iohannem Colerum*, Item *Petrum Creſcentium*, & alios qui de agris & hortis ſcripſerunt, & à Colero diligenter citantur. Eminent autem inprimis inter recentes *Conradus Herensbachius & Ioannes Fiſcherus*, qui egregium librum edidit ſub titulo Der Meierhoff. Quilibet autem pro ratione loci, in quo victurus eſt, ſpeciales Oeconomicos ſibi comparabit, eosq; peruoluet.

Sed ad *Politicam* tanquam ad ſcopum iuſſerim properare auditores; vbi quidem 1. quod ad Syſtematicã lectionem attinet, legi poteſt *Syſtema meum Politicum*, quo perlecto, iudicii formandi cauſa & inſtituendæ collationis, addatur *Pol. Althuſii*, poſt *Caſmanni*, poſt *Lipſii.* Quibus perlectis, ſtatim accedatur ad *Ariſtotelis Polit.* quam ſuaſerim ſine commentariis perlegi; niſi fortaſſis interdum aliquid ſumme obſcurum occurrat.

Digitized by Google

vbi nonnulli autores adhiberi poterunt, non quidem digni meo iudicio qui continue legantur, ſed, vt dixi, qui tantum adhibeantur ad locum vnum vel alterum, qui fortaſſis obſcurius occurrent. *Joannes Caſus. Montecatinus* ſuper libros tres priores, *Sepulueda* ſuper omnes libros *Ioh. Caluinus*, alias *Kal* ſuper aliquot etiam. *Acciaiolus* ſuper omnes: & recentiſſime omnium ſuper 8 Politicos ſcripſit *P. Gilkenius*.

Ariſtotelis Politicis perlectis, perlegantur *Platonis libri de legibus & de Rep. Xenophontis item de inſtitutione Cyri*, itemque de reditibus, poſt *Plutarchi opuſcula Politica*.

Deinceps accedatur ad recentiores; & 1 quidem legatur *Machiauellus*, poſt *Antimachiauellus*. Poſt *Toloſanus, Patritius, Danaus, Iunii quæſtiones Politicæ*, & ſimiles autores, vt *Horologium principum* & alios autores, quos pleroſq; citaui in meo ſyſtemate Politico.

Deinde accedatur ad ſpecialis Politicæ auctores, & legatur *Cragius de Rep. Lacedæmoniorum, Poſtellus & Sigonius de Rep. Athenienſi, Contarenus* & alii qui ſcripſerūt *de Rep. Venetorum*. Conſtitutiones deinceps addantur variorum regnorum, & Rerumpub. vt *conſtitutiones imperii Romani, regni Poloniæ, Rep. Norbergenſis*; nam in conſtitutionibus longe plura Politica; quam iuridica inueniuntur. Cæterum quo adminiculo & compēdio vtendum dixi in lectione Ethica & Oeconomica autorum, eodem quoque vtendum fuerit inprimis in Politicis; vt nempe poſt ſyſtemata perlecta, quæ dixi, poſt perlectum *Ariſtotelem*, & libros *Polit. Platonis*, poſt perlectum etiam *Bodinum* & *Machiauellum* inſtituant Politicæ ſtudioſi diſputationes inter ſeſe, & diuidant totam Politicam in diſputationes aliquot, & ſecundū iſtarum materiarum ad diſputandum propoſitarum, ſeriem legant iſtos autores, non ordine continuo, ſed ordine materiarum, quas continuo perlegere moleſtū fuerit, vt eſt *Toloſanus, Patritius, Antimachiauellus, Danæus, Caſus, Iunii quæſtiones Politicæ*, & ſimiles.

Hac ratione cum ſpatio menſium 4 vel 5 Ethica; ſpatio vnius menſis cum dimidio Oeconomica pertractata fuerint, poterunt reliqui menſes qui reſtant, ad ſeſquiennium, vel ſummùm biennium complendum peruolui præcipui autores in Politicis.

Hi cum peruoluti ita fuerint, accedendum fuerit ad Politicos, qui Italice, Gallice & Germanice ſcribunt, & ſi illi non omnes poſſunt perlegi, quod quidem non ſuaſerim etiam in curſu ſtudiorum Academico, ſaltem emantur, aut ſi haberi ſemper poſſint, annotentur illorum tituli & nomina ac loca, vbi editi, & ſic ſtatim accedatur ad *ſtudium hiſtoricum*; quod hoc ordine tractandum fuerit. (Nam de obſeruationibus Politicis, quæ lectioni adiungendæ ſunt, nihil aliud habeo, quā quod ſupra monui, ea quæ in Politicis videntur & audiuntur, ſtatim ſuo loco notanda eſſe, vbicunque peregrinatus fueris.)

In hiſtoricis ergo primò omnium vniuerſales autores legendi ſunt, poſt particulares. Vniuerſales voco, qui totius mundi hiſtoriam vniuerſalem contexunt.

In vniuerſalibus ergo hæc methodus obſeruanda eſt; vt incipiamus primò à Chronologiis, & legatur *Chronica Buchoheri* diligenter, imo & bis. Quod ſi ita videtur & tempus fert, addatur *Chr. Funcii* & *Chytræi*.

A *Chronologia* accedatur ad particularem, id eſt, talem, in qua deſcribuntur res in certo mundi loco geſtæ. Particularis autem iſta hiſtoria eſt vel integrarum Rerumpublicarum, vel aliorum obiectorum ſingularium, & ſeparatorum. Particularis hiſtoria integrarum rerumpublicarum vel eſt vetus, vel recens. Vetus iterum, vel eſt monarchiarum, vel regnorum, vel Rerumpublicarum.

Ad hiſtoriam Monarchiarum quod attinet, 1, cognoſcenda eſt *monarchia Chaldæorum & Aſſyriorum*; vbi breuiter ſaltem & curſoriè peruoluendi ſunt *Beroſus, Maneto & Diodorus Siculus*.

Hiſtoriam Perſicæ Monarchiæ deſcripſerunt *Metaſthenes, Cteſias & Herodotus*.

Hiſtoriam Monarchiæ Græcorum, ſiue Alexandri deſcripſerunt *Arrianus, Curtius, Plutarchus, Polybius, Appianus*: Ex quibus duo iſti *Curtius* & *Polybius* omnino in Academiis perlegendi ſunt.

Poſt hiſtoricos Monarchiarum trium ita breuiter peruolutos, properandum eſt ad hiſtoricos Monarchiæ Romanæ, qui ſunt vel veteres, vel recentes.

Veteres, ſunt vel Græci, vel Latini.

Latini primò legendi, vt ſunt *Suetonius, Tacitus, Velleius*, qui tres diligenter peruoluendi in Academiis, ſuo tempore addendus *Lampridius, Iulius Capitolinus, Spartianus, Volcatius, Flauius Vopiſcus, Trebellius Pollio, Sextus Aurelius Victor, Pomponius Lætus, Eutropius, Ammianus Marcellinus, Procopius, Agathias, Iornandes, Paulus Diaconus*.

Græci in Academiis legendi nulli præter *Dionem Caſſium*, quem inprimis commendo. Suo tempore addendus *Herodianus*.

Recentes hiſtorici qui de Monarchia Romana ſcripſerunt, etiam ſunt vel Latini, vel Græci.

Latini ſunt hi: *Luidbrandus. Gregorius Turonenſis. Regino. Hermannus Contractus. Matthæus Palmerius. Otho Friſingenſis. Lambertus Schafnaburgenſis. Vitechindus Saxo. Abbas Vrſpergenſis. Cuſpinianus Cæſares. Volaterranus. Blundus. Sabellicus. Iouius*, & compendioſiſſima Imperatorum Romanorum vſque ad hæc tempora hiſtoria *Leuini Hulſii*, quæ omnino in Academiis legatur, & addendus *Cuſpinianus & hiſtoria Auguſta*, Geneuæ à Simone Gulartio aliquot tomis in 8 edita; quam diligenter commendo. Reliqui poſſunt reſeruari.

Recentes Græci ſunt 4. *Zonaras, Nicetas, Zedrenus, Gregoras*, qui poſſunt etiam reſeruari in ſuum tempus.

Et ſic de hiſtoricis qui deſcripſerūt monarchias veteres: ſequūtur hiſtorici qui deſcripſerūt regna vetera.

Hiſtorici regnorum veterum ſunt, vel regnorū primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ, vel quartæ monarchiæ.

Hiſtorici regnorum primæ Monarchiæ ſunt, vel regnorum in Africa, vt eſt *regnum Ægyptiorum*, quod deſcripſerunt *Diodorus Siculus & Herodotus*, qui duo hiſtorici in Academiis facile percurri poſſunt: vel in Aſia, vt regnum *Medorum, Lydorum, Troianorum*, de quibus etiam iidem autores ſcripſerunt: vel denique in Europa, vt eſt *Laconicum, Meſſeniacum, Macedonicum*, de quibus ſcripſerunt *Diodorus Siculus, Pauſanias & Herodotus*: poſtea etiam fuit *regnum Celtiberorum & regnum Thuſcū*, de quib. nulli hiſtorici ex profeſſo, niſi quod Liuius de Thuſco regno ab initio ſtatim hiſtoriæ ſuæ tradit.

Regna ſub ſecunda Monarchia præter iſta iam enumerata, fuerunt regnum *Heraclidarum, Epyroticum*, & *Æacidarum*, de quibus *Herodotus, Diodorus Siculus, Xenophon*, quem omnino legendum diximus in Academiis, *Pauſanias, Plutarchus & Iuſtinus*.

Regna ſub tertia monarchia præter iam dicta fuerunt;

Digitized by Google

runt; 1, *Syriacum*, de quo præter biblicam hiſtoriam, in qua libri Regum diligenter legendi in Academia, ſcripſit *Ioſephus*, qui ſuo tempore legi poteſt. 2, *Ponticum*, de quo *Diodoro Siculus*. 3, *Armeniacum*, de quo *Polybius*. 4, *Parthicum*, de quo *Appianus*, 5, *Pergamenſe*, de quibus omnibus regnis præter dictos autores ſcripſerunt *Liuius*, *Florus*, *Cæſar*, qui omnino in Academiis legendi.

Regna ſub quarta Monarchia fuerut præcipua hæc; *Perſicum*, quod poſtea rurſus ad Parthos translatũ eſt; de quo legatur, *P. Bizarus* ſuo tempore. *Hieroſolymitanum*, de quo *Gulielmus Tyrus* memorabilis hiſtoriæ autor. *Tartaricum*, de quo legatur *Hayto Armenius*, & *Michouius*, *Turcicum*, de quo legatur *Iouius*, *Leunclauius*, *Chalcondylas*.

Fuerunt Monarchiæ & regna vetera: ſequũtur Reſpublicæ; & 1, quidem *Attica*, de qua legatur *Herodotus*, *Thucydides*, diligenter legẽdus in Academiis. *Xenophon*, *Diodorus Siculus*. Poſt Atticæ Reip. hiſtoricos legantur *Spartanæ Reip. Plutarchus in Laconicis & Gemiſtus*; poſtea legantur hiſtorici *Carthaginenſis Reip.* & eadem operâ *Reſp. Romanæ* vt ſunt *Liuius*, *Florus*, *Polybius*, *Diodorus Siculus*, *Halicarnaſſeus*, *Plutarchus*, *Appianus*, *Saluſtius*, digni qui legantur in Academiis.

Tantum de hiſtoricis Rerumpubl. veterum: ſequũtur rerumpub. recentium hiſtorici; & 1, quidem imperii Romani recentis; qua in re præclaram operam præſtiterunt ii, qui tomos hiſtoricos Germanicos collegerunt, qui in folio editi ſunt Francofurti; Quibus addi poteſt *Coſmographia Munſteri*, quod opus ad manum ſemper habere debent ſtudioſi in Academiis. Addendus deinde eſt *Sleidanus*, qui cum habeat egregium exemplar ſtili & methodi hiſtoricæ, ideo dignus qui in Academiis legatur, & familiaris reddatur; nam ſi hiſtoria mihi ſcribenda, nullum quam hunc autorem imitarer magis.

Sequuntur hiſtorici Regnorum; & primò quidem regnorum in Europa. Siculi & Neapolitani regni hiſtoriam deſcripſerunt *Hugo Falcandus*, *Facius* & *Guicciardinus*, qui poſtremus omnino legendus in Academiis.

Hiſpanici Regni hiſtoriam ſcripſerunt *Damianus à Goes* & *Ioh. Vaſſæus*, qui poſtremus etiam percurri poteſt in Academiis.

Regni Gallici hiſtorici ſunt *Paulus Æmilius*, & *Cominæus*, vterq; & præſertim hic digniſſimus qui legatur in Academiis.

Anglici, *Ioannes Marius*, *Polydorus Virgilius*, *Paulus Iouius* (quem magnifacio, & ſuadeo vt opera hiſtorica eius in Academiis perlegantur) *Matthæus Paris*, *Gulielmus Cambdenus*, *Ponticus Virunnius*.

Scotici, *Hector Boetius*, & *Buchananus*, qui ſi otiũ ſubtrahi poſſit, cum fructu in Academiis legerentur.

Vngarici, *Ant. Bonfinius* & *Petrus Ranzanus*.

Polonici in certos tomos collecti ſunt, excepto tamẽ *Cramero* & *Herberto*. In Academia legi poſſent *Michouita*, *Herbertus*, *Cramerus* & *Guaguinus*.

Bohemici, *Æneas Syluius*, & *Michael Dubrauius*, laudatiſſimus ſane hiſtoricus 1, in Academia tamen non legendus.

Suecici & *Danici regni*, atque adeo omnium regnorum ſeptentrionalium hiſtoricus inſignis eſt *Crantzius*, *Olaus Magnus*, & *Chytræus* in *Saxonia ſua*, qui duo perlegi poſſent ſub finem peregrinationis, cum iam in eo ſumus, vt in patriam reuertamur.

Regnorum quæ ſunt in America hiſtorici, peculiaribus tomis in quarto collecti ſunt, vt & regnorum quæ ſunt in India Orientali. Excellunt autem præ aliis, quod ad Americam *Ioh. Lerius* & *Franc. Benſo*. quod ad Indiam, *Hieronymus Oſorius*.

Poſt hiſtoricos regnorum ſequuntur hiſtorici ducatuum & principatuum, atque adeo rerumpubl mediarum; 1, ergo magnum ducatum Moſcouiæ egregie deſcripſit *Sigiſmundus ab Heberſtein*, qui etiam ſucceſſiuis horis magna voluptate legetur in Academiis. Huic ſuo tempore addi poſſet *Guagninus*. *Magnum ducatum Florentiæ* deſcripſit *Michael Brutus*. In *Lithuanica hiſtoria* cognoſcenda Polonici hiſtorici conducent, atque inter hos inprimis *Guagninus*. *Hiſtoriam ducatus Burgundici* habet *Comineus*. *Hiſtoriam Reip. Venetæ* ſcripſerunt *Sabellicus*, *P. Iuſtinianus*, *Bembus*, *Natalis de Comitibus*. *Sabellicus* & *Iuſtinianus* legi poſſunt in Italica peregrinatione. *Genuenſem Remp.* deſcripſerunt idem *Sabellicus* & *P. Bizarus*, *Belgicam hiſtoriam* idem *Comineus*, *Guicciardinus*, *Florentius* von der hare/ & *Meteranus*, *Pantaleon Candidus*, pulcram epitomen hiſtoriæ Belgicæ antẽ annum edidit, qui cum Meterano poſſet legi in peregrinatione Belgica. *Helueticam hiſtoriam* ſcripſerunt *Stumpfius*, & *Ioſias Simlerus*, cuius hiſtoria breuiter ſcripta perlegi in via poteſt, quando Heluetiã peragramus.

Poſtea ſequuntur hiſtorici aliorum principatuum, vt *Thuringia*, *Miſnia*, *Boruſſia*, *Liuonia*, qui domi ſuo tẽpore videri & legi poſſunt. *Borruſſia* tamen hiſtoria à Boruſſis eo tempore, quum domum redire volunt, legi poteſt, quam ſcripſerunt *Stella*, *Grunouius*, *Schutzius*, *Henneberger*.

Exinde accedendum eſt ad hiſtorias ciuitatum, vbi primo peruolui poteſt *theatrum vrbium Saru*. Sed veniendum ad illud egregium opus quo hiſtoria omniũ fere ciuitatum præcipuarum digeritur à *Georg. Braun*, & *Franciſco Hohenberg*.

Et ſic de hiſtoricis particularibus Rerump. Sequũtur hiſtorici particulares ſingularium obiectorũ, quæ ſunt vel factorum, vel hominum.

Factorum quidem, vt bellorum. *Hominum* vero, vt ſunt ii qui vitas præclarorum virorum deſcripſerunt, nõ tam Imperatorum, Regum & Principum (nam horum vitæ ſunt pars Reip. & idcirco ad hiſtorias Rerũp. pertinent) quam Virorum doctorum excellentium artificum & aliorum. Præcipui autem qui vitas virorum clarorum ſcripſerunt, ſunt *Plutarchus*, *Sextus Aurelius*, *Keller*, *Theodorus Beza*, qui vitas virorum doctorũ præcipuas breuiter deſcripſit: Et ante paucos annos editum eſt opus egregium à fratribus de Bry, quibus præcipui viri docti, & eorum vitæ deſcribuntur.

Atq; hæc eſt breuis deſignatio præcipuorum hiſtoricorum. Qui vberiorem deſignationem videre cupit, legat *methodum hiſt. Bodini*, ſub cuius calcem hiſtoricus additus eſt index. Leget etiam inprimis *Syngramma hiſtoriæ Argentorati* ante annos aliquot editum à *Phil. Glaſero*, quod ſane opuſculum vtiliſſimum eſt hiſtoriæ ſtudioſis, non tantum ad naturam totam & diſpoſitionẽ hiſtoriarum cognoſcẽdam, ſed etiam ad complectendam animo breuẽ ſynopſin hiſtoriæ vniuerſalis. Ita vt ſuadeam ante *Chronologiam Bucholceri* bis perlegi breuem iſtum *tractatum Glaſeri*, cui titulus eſt, *Narratio breuis rerum variarũ à mundi initio ad hæc vſq; tẽpora geſtarũ*.

Cæterum id oblitus ſum ſupra monere, ad lectionẽ *Herodoti* & *Thucydidis* valde vtilẽ introductionẽ ſcriptam eſſe à Chytræo, quæ præfixa eſt ipſius Chronol:

Digitized by Google

Sequitur vt breuiter moneamus de modo, quo legendi ſunt dicti hiſtorici. Qui modus totus pendet à conſideratione naturæ hiſtoriarum, de qua perſpicue & fideliter monuimus in *Gymnaſio Logico*, priuatim prælecto; videlicet hiſtoriam eſſe collectionem exemplorum, ſiue indiuiduorum tam in factis, quam perſonis: Exemplorum, inquam, pertinentium vel ad diſciplinas theoreticas, vel ad practicas. Exempla diſciplinę theoreticæ potiſſimum pertinent ad *Phyſ.* & *Mathematicam*. Itaque tales hiſtoriæ, ſeu exempla ad præcepta *Phyſica*, ſeu *Mathematica* annotanda fuerint; quod fieri poterit chartis puris aſſutis ad mea ſyſtemata, aut etiam in margine poſſunt aſcribi. Præcipue vero hiſtoriæ quæ leguntur ſunt exempla practicarum diſciplinarum, earumque vel inſtrumentalium, vt hiſtoriæ *Gram. Log. Rhet.* quæ ſingulis diſciplinis etiam aſcribendæ ſunt, vel diſciplinarum principalium, earumq; vel philoſophicarum, vel ſuperiorum facultatum, vel artium mechanicarum.

Hiſtoriæ diſciplinarum Practicarũ Philoſophicarũ præcipuâ obſeruatione dignandæ ſunt vobis. Erũt autem vel *Ethica* vel *Oecon.* vel *Polit.* Ethicæ nonniſi maxime inſignes & eximiæ annotandæ ſunt, cum aliis virtutum & vitiorum exempla in promptuariis exemplorum vt vocant, cumolatum ſint digeſta.

Oeconomicæ diſciplinæ exempla diligentius notanda, ſed diligentiſſime omnium Politica.

Quomodo autem & quo ordine hiſtoriæ *Oec. Eth.* & *Pol.* notandæ ſint, non eſt nobis amplius laborandum, poſtquam L.C. harum diſciplinarũ diſpoſuimus.

Hiſtoriæ pertinentes ad ſuperiores facultates ſunt vel *Eccleſiaſtica*, ſiue *Theologica*, quæ chartâ aſſutâ ad *Syſt. Theologiæ* notari poſſunt, vel *iuridica*, quæ continẽt caſuum peculiarũ exempla, notanda ſub tit. & L.C. *rerum iuridicarũ*; vel deniq; ſunt *Medica*, caſuum ſc. Medicorum narrationes, vt mirabilium morborũ, aut curarũ, quæ poſſunt notari peculiari chartâ aſſutâ vel ad inſtitutiones *Fuchſii*, vel ad *medicinam Fernelii*, vel ad *ſcholam Salernitanam*.

Cæterum omne exemplũ quod in hiſtoriis legitur eſt vel exemplum conſilii, vel dicti, vel actionis, vel denique paſſionis: actio autem & paſſio vno nomine *Factum* dicitur. Itaque eſt vel conſilium vel *dictum* vel *Factum*, vt rectè monet *Bodinus in methodo*; vbi quidem non neceſſe eſt *Conſilia dicta* & *facta* notari ſub diuerſis titulis, ſed poſſunt iſta tria ad vnum eundemq; titulum referri. E. g. legis in hiſtoria conſilium de imponendo ſubditis tributo, legis etiam dictum vel factum, refers iſta omnia ad tit. politicum *de tributis*, &c.

Porro exemplis hiſtorici admiſcent ſentẽtias, quę ſi rectè ſint conſtitutę, ad eandem illam diſciplinam pertinent, ad quam pertinent exempla; nempe ſi exemplũ eſt *Ethicum*, etiam ſententia ad titulum Ethicum pertinebit: ſi exemplum Politicum, etiam ſententia, quam hiſtoricus addit & applicat, ad Pol. refertur.

Porro ſicut in præceptis, ita quoque in exemplis ſiue hiſtoriis non tantum proficimus legendo, ſed etiã in obſeruando, id eſt, vel audiendo, vel videndo. Quare quicquid in peregrinatione, vel etiã domi audietis, aut videbitis in conſiliis, dictis & factis, ſtatim cogitabitis ad quámnam diſciplinam iſta hiſtoria, ſiue exemplum pertineat, & ſub iſtius diſciplinæ titulis notabitis. Quæ res mirificam vtilitatem habet, & ſæpe plus prodeſt quam lectio hiſtoriarum; cum non omnes hiſtoriæ legi poſſint, quæ audiuntur, nec omnia ſcribantur, quæ audimus aut videmus, præſertim in rebus priuatorum hominum, quæ etſi ſint ſæpe valde memorabiles, & nobis ad imitandum vtiliſſimæ, tamen nullus hiſtoricus eas dignas iudicat, de quibus hiſtoriam ſcribat.

Iam ſi quis quærat de *tempore* quod hiſtorico ſtudio impendendum ſit, reſpondeo illud tripliciter eſſe conſiderandum. Nam primò, perpetuo exempla cum præceptis leguntur, aut audiendo videndoq; obſeruantur, & tum ſtatim ſunt notanda: aut ſumitur tempus ex profeſſo, ad maxime inſignes perlegendos hiſtoricos, eo ordine, quem pręſcripſi. Quod ſane vtiliter fiet meo iudicio, poſtquam præcipui autores Politici, quo etiam docui ordine, in Acad. pertractati fuerint: tum enim totos vos dabitis hiſtorico ſtudio, idq; per annum integrum. Quo exacto, iam vocamini ad Iuriſp. Cuius ſtudium cum ſit rigidius & moroſius, condiendum fuerit dulcedine hiſtoricâ, vt ſcilicet à prandio & aliis horis eiuſmodi quibus non placet iuridica tractare, hiſtoriæ legantur, dum tandem Iuriſprudentiæ moleſtiis ſuperatis aliquod felix tempus incidat, quo homo Polit. tria iſta præcipue tractet; nempe *ſacra*, ad curam animæ; *Politica*, pro patria & Rep. & *hiſtorica*, pro vtriſq;. In quo triplici ſtudiorum genere qui vitam ſuam traducit, is demum & ſalutarem & iucundam, ac ſuauem vitam, planeq; angelicam in his terris agere poteſt. Id quod fiet, vbi ex Acad. domum reuerſi, quietem aliquam in rebus priuatis nanciſcemur.

Sicut autem ad ſtudium Philoſophiæ Practicæ cõpendium iſtud ſuppeditaui, per quod lectio autorum maturari poſſit, nempe *diſputationes*, ſecũdam quarum ſeriem Politici imprimis legendi erunt. Ita ad hiſtoriæ ſtudium iſto, quo dixi anno, in Acad. laudabiliter tractando, vtile fuerit collegium hiſtoricum inſtitui, in quo eo ordine, quem ſupra præſcripſi, vnus hiſtorias legat, videlicet famulus ad eam rem conductus, collegæ autem notent præcipua momenta exemplorum, & conſtituant inter ſe aliquem præſidem, cui iſte autor antea curſorie ſit perlectus, & qui poſſit reliquos collegas monere, ſi forte non occurrat iis quorſum exemplum hiſtoricum pertineat & notandum ſit.

Atq; hæc eſto introductio ad *ſtudium Acad. Philoſophiæ practicæ*; reſtat vt ad oculum, quod dicitur, monſtremus, quomodo autores tam *philoſophiæ practicæ* quam *hiſtorici* legendi & ad L.C. referendi ſunt; vbi placet initium facere à lib. Platonis de Republica.

SPECI-

Digitized by Google

SPECIMEN CVM FRVCTV LEGENDORVM AVTORVM POLITICORVM, BREuiter oſtenſum in *Platone*.

PLATONIS librũ de Rep perlecturus, ſtatim reſolue eos ſecundum Syſt. Pol. & vide, vbi tractat Plato de fine Politicæ, vbi de obiecto, vbi de medijs. 2. vide, an recto ordine procedat in medijs iſtis oſtendendis.

Ea quæ in Platone memorabilia, tibiq; placentia occurrunt annota, ſed ita vt politica diſcernas ab Ethicis, & alijs aliarum diſciplinarum rebus, quas Plato variè immiſcet. Quâ animi præparatione & cogitatione præmiſſâ, ſtatim textum vel ipſe lege, vel prælegentem audi. Neque enim magnis commentarijs, vel ambagibus vtendum eſſe, in inſtructione monui.

EX PLATONE.

Nunc autem te crebrius ad nos aduentare decet. Quanto autem magis corpore deficio, tantò magis voluptas confabulandi augetur) Eſt Ethicum hoc, & notari debet; 1, ad locum, qui eſt in *Præcognitis Eth.* de fine videlicet ad voluptatem ſeu iucunditatem animi. 2, ad locum Eth. *de voluptatibus corporibus*, quorum tit. habetur in Obiecto Ethic. dicit enim textus; *quod decreſcentibus voluptatibus corporis, creſcat voluptas animi.* 3, ad medium Eth. generale de conuerſatione. 4, ad medium Eth. ſpeciale *de conuerſatione ſenum cum ſenibus*. Item, *Doctores inter ſeſe.*

Valde delector ſenilibus ſermonibus; videtur enim mihi audire ab his oportere, qui viam iam perfecerint quã nobis quoque ingrediendum ſit) Ad titulum ſpecialis Eth. *de conuerſatione iuuenum cum ſenibus.*

Plurimi noſtrum in eo cœtu lamentantur voluptatum, quibus in iuuentute frui licuit deſiderio affecti, & rem veneream conuiuia recordati) Refertur 1. ad tit. generalis Eth. *de prauis colloquijs.* Poſtea ad titulum ſpecialis Eth. *de praua ſenum inter ſe conuerſatione & ſeqq. adde.*

Mihi vero) Notetur ad ſpecialem Eth *de moribus boni ſenis.* Notetur vt exemplum huius Cephali ſenis.

Cum Sophocle) Notetur 1, ad generalem Eth. *de caſtitate*; 2, ad ſpecialem Eth. *de ſenectute, & ſenibus* Item ad tit. *de voluptatibus venereis, qui eſt in doctrina de Caſtitate.*

Sé enim ſenectus) Ad tit. ſpecialem *de moribus ſenum.*

Diuitibus multa ſunt ſolatia) Ad tit. de fine minus principali, videlicet *de diuitijs.*

Themiſtoclem ferunt Seripho cuidam reſpondiſſe; neque ego ſi Seriphius eſſem, nobilis, neque tu ſi Athenienſis eſſes, clarus vnquam fuiſſes) Ad tit. præcog. Eth. *de felicitate quæ eſt Claritas nominis in genere*, & in ſpecie *de Nobilitate.* Poteſt etiam notari ad titulum *de virtute in genere*, cuius effectus eſt *Nobiles facere.* In Pol. poteſt notari ad L C *de patria.*

Neque enim in ſumma inopia) Ad tit. in præcognitis Ethicis *de paupertate.* Et ad tit. ſpecialis Eth. *de ſenum morbis.*

Ego autem ſat habeo) Ad titulum generalis Eth. 1. de *autarkeia*, 2. de parſimonia. Et ad tit. Oecon. *de modo acquirendi per hæreditatem.* Notari autem debet per viam exempli, quod Cephalus laborauerit, vt non minores opes relinqueret ſuis liberis, quam ipſe à parentibus acceperat, & quod in eo acquiſiuerit.

Illi non multum admirantur diuitias, qui ſibi eas non pepererit) Ad tit. Oecon. *de acquiſitione per hæreditatem*; quod ſcilicet qui hæreditate accipiant pecuniam, eam non magnifaciant, & idcirco facile prodigant. Et addit: *Qui autem eas pararunt, duplo magis quam alij amant.* Ad tit. *directa & ordinaria acquiſitionis in Oecon.* Et poſtea etiam ad *tit. acquiſitionis per mercaturam.* Poteſt etiam referri ad titulum Eth *de Parſimonia* Illi ſunt parciſſimi, & magni premunummi, qui diuitias laborioſe acquiſiuerunt. Huic tit. aſcribenda etiam ſunt ſequentia verba, quibus Plato explicat iſtud per cauſam efficientem. *Quemadmodum* inquit, *Poeta Poemata ſua & parentes ſuos filios diligunt, eodem modo qui acquiſiuere pecunias illis ſtudent tanquam operi ſuo.* Q. d. Omnis cauſa amat ſuum effectum; ideo etiam hoc dictum notari poteſt ſub dictum *prodigalitatis*, cur plerunque ij, quibus magnæ opes à parentibus relinquuntur, ſint prodigi; quia cũ diuitiæ non ſint effectus & opus ipſorum, ideo non amant eas.

Qui acquiſiuere pecunias, illis ſtudent tanquam operi ſuo non ad vſum neceſſitatum) Propter ſeqq iſta verba, *Nõ ad vſum*, &c. iſta ſententia referenda eſt ad *tit. auaritia parſimoniæ oppoſita.* Quo etiam ſeq. ſententia debet referri: (*Valde difficilis eſt familiaritas cum iis, qui magnas opes ſibi pararunt, cum nihil præter diuitias laudare velint*) 1, referetur ad tit. *de auaritia*, poſtea ad *tit. Conuerſationis cum hominibus vitioſis.* Deinde etiam ad *tit. amicitia vtilis*, quod ea magnas moleſtias habeat.

Poſtquam eo deuenit aliquis) Ad tit. generalis Eth. *de amore & cura ipſius circa mortem.*

Etenim fabula quæ de inferis dicuntur) Iſta ſane ſi ſecundum verba perpendatur, dum ſcilicet pœnæ infernales, vocantur *fabula*, referri poteſt 1, ad *tit generalis Eth* qui eſt *circa virtutes directiuas de metu diuini numinis*, & eã oppoſita *profanitate.* Theologus etiam referret ad tit Syſt. Theol. *de impietate.* Sed cum appatet ex ſeqq vocabulum *fabula*, hoc loco non ſignificare figmentum, ſed ſermonem verum, quem quidem vulgus rideat, cum tamen minime ſit ridendus, ideo referri debet ad titulum Eth: *cum de infelicitate circa mortem*, ſeu *de cruciatu conſcientiæ circa mortem.*

Qui ergo inuenerit) Refer eodem.

Qui autem nullius iniuriæ ſibi conſcius eſt) Hoc membrũ cum ſeqq refertur ad tit. Eth. qui eſt *Voluptas conſcientiæ.* Item ad tit. ſpecialis Eth *de ſenibus bonis.*

Ad hoc ego exiſtimo pecuniæ poſſeſſionem plurimi faciendam eſſe) Ad tit præcog Eth. *de felicitate & diuitijs*, &c.

EX LIBRO IV. PLATONIS DE REPVBL.

Non tantum ad hoc reſpiciendum) Ad tit *de fine principali Politicæ.* Sicut etiam id quod paulo poſt ſequitur, Beatam dicimus ciuitatem non vt pauci in ea beati ſunt, ſed vt ciuitas tota. Sumitur autem hîc *ciuitas*, pro ſtatu publico.

Videndum igitur vtrum ad hoc reipublicæ cuſtodes conſtituamus) Ad tit. Pol. *de termino, ſeu fine principij*, qui in eo eſt vt non tam priuatum quam publicum bonum reſpiciat.

Alia ergo quadam inuenimus) Ad tit. *de cura principis circa virtutem Oeconomicam ſubditorum in acquiſitione.*

Quatenus ciuitas ita vt nuper ordinata eſt, temperatis exiſtet, maxima erit) Ad tit. Pol. de *fine principali*, videlicet, *de honeſtate publica.*

Hoc præterea præceptũ cuſtodibus) Ad tit. Pol. *de fine minus principali*, videlicet *de commoditate & abundantia rerum.* Item ad tit. *de fundatione vrbis*, quod ea nec nimis parua, nec magna nimis eſſe debeat.

Educationem & eruditionem) Ad tit. Polit. *De cura principis circa educationem iuuentutis.*

Mulierum virorumq; coniunctiones) Ad tit. *de cura pr. circa vitã ſubditorum Oecon atq; adeo circa procreationem liberorum*; vbi annotandus error Platonis, qui eſt hoc loco de communione mulierum.

Reſpub ſi ſemel, cœperit, bene progreditur) Ad tit. Pol. *de conſtitutione Reſp. conſiderata ſecundum principium.*

Quia educatio bona ſeruata) Hæc & ſeqq. egregia verba ad dictum tit. pol. *de cura pr. circa educationem*; aut etiam ad tit. Eth. *de cauſa virtutis, quæ eſt in educatione*, referri poſſunt.

Ne clam illis ignorantibus corrumpatur) Ad tit. pol. *de prud. principis*: Item, *de notitia ſubditorum.*

Circa gymnaſticam & Muſicam) 1, ad tit. pol. *de mutatione legũ & conſuetudinum receptarum.* 2, ad tit. pol. *de cura circa gymnaſticam* Item, *de cura circa vitam ſubditorum iucundam quoad recreationes Muſicas*, quo etiam pertinent illa ſequentia, quæ de Muſica habet.

Cauendum ſane) Verum hoc & ſapientiſſimum Platonis dictum, vbi inquit: *Nuſquam Muſici modi immutantur ubi non maxima legum ciuilium mutatione*, vt ait Damon. Referatur 1, ad tit. *de mutatione legum & conſuetudinum, quod ſaepe res quae videntur paruae ſi mutentur, magnam inducant mutationem.* 2, noteturad tit. *de cura princ. circa vitam ſubditorum iucundam, atque adeo etiam circa Muſicam*: quò & ſeqq pertinent.

Honeſta ſocio patri eſſe faciendo) 1, ad tit. *de cura pr. circa educationem*: 2, ad tit. *de cura pr. circa vitam iucundam ſubditorum, quae tertio ponitur.*

Nam ſi ceteris minus decentibus aſſueſcant, nunquam boni viri euadent) Ad ante dictus tit. Politicos in Ethic ad tit. *de ſcurrilitate, oppoſita urbanitati.*

Exigua videntur eſſe in ciuitate) Ad tit. polit. *de mutatione Reip. in genere, quod res exigua poſſunt mutationem afferre Reip.*

Quemadmodum iuuenes debeat coram ſenibus) Ad tit. Eth. *de Eutrapelia atque adeo de modo iocandi.* Poſt ad ſpecialis Eth. tit. *de conuerſatione iuuenum cum ſenibus.*

Quomodo ſeruandus cuique) Ad tit. pol. *de cura pr. circa temperantiam in corporis ornatu & veſtibus.*

Qualis fuerit educationis initium) Ad tit. ſupradictos Eth. *de educatione*, vt & Polit quo & ſeqq 3 lineæ pertinent.

Dei per Deos, inquam) Ad tit. Pol. *de cura pr. in genere*; videlicet, *quod ſe debeat illa ad omnes homines & res in Rep extendere.*

Sin incautè ita verum tranſigere) Hæc eodem Quæ ſequitur egregia ſententia, poſſet notari in Medico volumine, ad inſtitutiones *Euclydis, ſeu ſcholâ Salernitanâ*, vt in inſtructione dixi.

Indignare aduerſus eum qui vtilia) Ad tit. Eth. *de prudentia ſecundaria accipiente conſilium.*

An non idem quod illi faceret) Ad tit. pol *de mutatione legum & conſuetudinum* Item, ad tit. qui eſt *de eminatione Reip.*

EX ARISTOTELIS III. POLIT.

CAP. I.

Eſt autem Reſp.) Ad L.C. Politicum *de ſtatu Reip in genere.* Nã quæ Ariſtoteles hic de ciuitate docet, ea ad Remp. in genere accommodanda ſunt, cum Politicis præſertim, Platoni & Ariſtoteli hoc ſit vſitatum, vt quia ipſi in ciuitatibus vixerunt, præcepta politica generalia reſtringunt ad ſtatum ciuitatis.

Nam ciuitas) Ad eundem locum Senſus autem eſt, Remp. eſſe thema concretum ex formali & materiali, & ratione materialis eſſe quiddam collectiuum.

Nec enim conuenit inter omnes) Iſta omnia quæ hic de ambiguitate vocabuli, ciuis, & de diuerſis ciuium generibus docentur, referenda ſunt 1, ad tit. *de ſubditis in genere*, 2, *de ſubditis in ciuitate, ſiue, de ciuibus ſtrictius dictis.*

Participatione poteſtatis publica iudicandi) Ad locum *de ſtatu Democratico*; nempe huius reſpectu ciuem appellat Ariſtoteles, accommodans ſe ad Athenienſem Remp Et quæ ſeqq. eodem refer.

Reſp autem videmus ſpecie differre) Ad tit. *de ſtatu publico*, ſeu Rep vbi docetur quod iſtud genus ſit analogon, & præcipuum naturæ ſuæ vim habeat in ſpecie primaria v. del. *Monarchia.*

Vt apud Lacedæmonios) Ad ſpecialem Pol. *de Rep. Lacedæmoniorum*, quam hoc loco Ariſtoteles diſcernit a ſtatu Democratico, qui fuit Athenis.

Apud Carthaginenſes) Ad Politicam ſpecialem de Rep. Carthaginenſium, & ad Polit. generalem, *de officiariis & magiſtratibus inferioribus eorumque diſtinctione.* Item ad tit. *de Ariſtocratico ſtatu ciuitatis, & Ariſtocraticis magiſtratum diſtinctione.*

In aliis Rebuſp.) Ad tit. *de Ariſtocrat.*

Ciuitatem vero) Ad tit. *de fine Reip minus principali*, quæ eſt rerum copia & commoditas.

CAP. II.

Conſueuerunt autem eum dicere ciuem) Ad L.C *de ciue inſito*, vt vocauimus in Pol qui non eſt adſcititius. Et ſimul ad tit. ſpecialem *de Rep Athenienſium*, in qua apparet difficile fuiſſe ciuem eſſe. Sicut enim nobilis perfectè hodie non æſtimatur, qui nõ à proauis & atauis nobilitatem producere poſſet: ita apparet ciuem non habitum fuiſſe, niſi qui ad auos dum, vel tres ius ciuitatis referre potuerit.

Complures enim peregrinos) Ad tit. *de Rep. conſtituenda*: Item, ad locum *de Rep. inſtauranda.*

CAP. III.

Dubitant enim quidam) Ad tit. *de ſtatu Democratico corrupto, ſiue de Timocratia.* Item ad tit. *de tyranno & eius actis, an ea ſint reſcindenda.*

Videtur autem ſermo) Ad tit. *de forma Reip & de fundamento iſtius, quod vocatur* *...* *in vno iure.*

Non enim mœnibus) Ad L.C. *de vrbibus & ciuitatibus*, quod ciuitatis vnitas pendeat ab vnitate magiſtratus.

Talis autē eſt Babylon) Ad tit. *de ſitu & magnitudine, ſeu quantitate urbis.* Et ſeqq. Nam de magnitudine ciuitatis, &c.

At manentibus) Ad locum *de forma Reip.*

Ciuitas eiuſmodi ſit etiam) Ad eundem locum *de forma Reip. vna cum ſeqq* vſque ad finem capitis.

EX BODINO.

Reſpublica) Ad L.C. *de ſtatu publico perfecto dicto*, nẽpe *de Monarchia.* Vidit enim quaſi per nebulam Bodinus quod ſtatus publicus ſit genus imperfectum, & quod tota huius generis natura abſorbeatur in ſpecie primaria, videlicet *Monarchia.* Sed quod definitionem ab initio ponit, omiſſis præcognitis de fine & obiecto, hoc eſt contra methodum, & multos errores importat, per vniuerſam Bod. retractationem.

Pleroſque tamen) Ad Log *de cauſa finali.*

Rationem moderatam) Ad L.C. *de formali Reip* Sed eſt affectatio ſtili in voce *rationis*, imitatus Græcam vocem λόγος.

Vt ab ea latronum & pyratarum cœtus arceantur) Ad L.C. qui oppoſita continet formæ Reip.

Et quidem in omnibus) Ad tit. qui continetur ſub L.C. *de ſenſione* Reip. ac quidem *de defenſione contra latrones.*

Iuſtas enim ac legitimas) Ad tit. *de mutationibus grauibus Reip. ſiue bello.*

Si latronibus) Ad ſupradictos titulos *de latronibus.* Quo etiã pertinent omnia ſequentia vſque ad periodum, *Quamobrem Reſp.*

Reſp appellans hominum cœtus) Ad tit. *de fine, ſeu, termino publici ſtatus.*

Tria quæ in omni Rep indicantur) Ad tit. *de ſtatu publico in genere.* Sed cum errores ad tit. reuocari directè non poſſint, iudicium faciendum eſt ex Log. & ex Syſtemate Politico quod Bodinus hic volens comprehendere eſſentialia Reip. non ſatis diſertè diſtinguat materiã Reip. quam vocat *familias*, ſeu, *Oeconomias*, cum forma Reip. quam vocant ſummam imperandi poteſtatem; cum potius ſit *forma principatus*, & deinde terminum, ſeu finem Reip. minus principalem ponat pro principali, nempe *communionem bonorum*, pro honeſtate publica.

Nullam ſit niſi cum ſumma rerum affluentia) Ante diximus, veras ſententias autorum directè notari ſub L.C falſas indirectè notari ſub L. C. falſos indirectè. Ita hic error Bodini notandus erit ſub tit. *de Principal fine Reip.* dum ſcilicet exiſtimat, nullam eſſe honeſtatem publicam, niſi ſit coniuncta cum ſumma rerum affluentia.

Sic etiam Remp.) Apparet ex aliena ſententia locutum Bodinum; ideo refertur directè hic locus ad tit. *de principali fine Reip.* quo etiam pertinent ſeqq. vſq; ad periodum. *Nec tamen Remp.* &c.

Thomas Morus) Fuit Cancellarius Regis Angl vixit Eraſmi tempore; ſcripſit egregium libellum, quem inſcripſit, *Vtopia.*

Nec tamen) Ad tit. de ſpeciali Polit. quod non oporteat ſubſiſtere ſtud. Pol. in vniuerſali Politica quandoquidem nuſquã reperiuntur homines vniuerſales, ſed tantum ſingulares, ita vt oporteat accommodare generalia præcepta ad ſingulares, circumſtantias perſonarum, locorum, temporum.

Quod ſi eadem eſt) Ad tit. *de ſtatu eminentiæ quoad contemplationem.*

Sed occurritur) Ad tit. *de fine Reip* hæc omnia referenda niſi quod indirectè errores ſunt referendi in titul. quos errores Bod. taxat.

At hi Varro) Ad tit. Eth *de felicitate ſeu fine principali.*

7. Artificia ergò & formulæ Eloquentiæ tantum notanda ſunt in L. his Communibus, atque adeò ea, quę proximè pertinent ad praxin & vſum Eloquentiæ. Nam generalia illa præceptorum Rhet. exempla, vt exempla Metaphorarum, Allegoriarum, *&c.* vel non eſt notare neceſſe. Quis enim omnia iſta ex Oratoribus deſcribat, aut quo fructu, vel ſi quid in his ſit eximium, notari poteſt ad ipſa præcepta Rhet. e. g. ad doctrinam de Metaphora, Allegoria, *&c.*

8. Debent autem L. C. Rhetorici diſtingui in duo volumina, quorum primum continebit L. C. pertinentes ad orationem perfectam. Alterum continebit Locos pertinentes ad familiarem ſermonem, & ad Epiſtolas.

9. Volumen illud primum iterum diſtinguendum in duas partes: quarum prior ſit generalis, altera ſpecialis.

10. In parte generali voluminis primi notanda ſunt omnia artificia, atque adeo omnes formulæ generales.

11. Iſta generalia artificia & formulæ etſi primariò pertinent ad orationem perfectam, tamen quia multæ quoque ad familiarem ſermonem & Epiſtolas applicari poſſunt, idcircò artificia & formulæ, quæ pertinent ad ſolam orationem perfectam, facilè aliquâ notâ qualicunque diſcerni poterunt ab iſtis artificiis & formulis generalibus; quas legimus in Epiſtolis autorum, & quæ magis ad familiarem & Epiſtolicum ſermonem pertinent, quàm perfectum.

12. Exempla præceptorũ Rhetoricorum, atque adeò troporum eiuſmodi, quæ formulam aliquam oratoriam non continent, ſi valde inſignia ſint, & quæ omninò imitari aliquãdo velimus, annotari poſſunt ad ipſas formulas oratorias, vel paginis citatis, vel verbis breuiter tranſcriptis, niſi fortè ea velimus notare ad marginem ipſius Syſt. Rhet. ſed iſta rariſſimè accident, vt exempla iſta tranſcribere cupiamus in generali Rhetorica: exempla, inquam illa, quæ non continent formulam.

13. In ſpecialis verò Rhetoricæ titulis rarò formulę, frequentiſſimè exempla notanda venient. Quod diſcrimen generalis & ſpecialis Rhetoricæ titulorum, vt fundamentale eſt in L. C. Rhetoricis colligendis, ita facillimè obſeruabitur, partim ex iudicio præceptorum ipſorum Rhet. eorumque vſu, partim ex ipſo progreſſu collectionis L. C. & ex cogitatione, quam de autorum imitatione ſuſcipimus, ſiue ex propoſito imitandi, & in noſtris orationibus vſurpandi oratorum loca.

14. Singula porrò volumina in ſuas claſſes diſtinguantur, vt patebit. Series autem & cohærentia titulorum in ſingulis claſſibus ſuperuacanea, & cum temporis iacturâ hîc indicaretur, cùm tota pendeat ex præceptis noſtri Syſt. Rhetorici, vt planè eadem ſeries ſit titulorum L. Communium, quæ eſt præceptorum noſtri Syſtematis.

15. Quantum ſpatii, ſeu paginarum pro ſingulis tit. relinquẽdum, facilè quilibet conie&abit ex ſuo vſu & praxi: quam in Eloq. habiturus aliquando eſt. Illud tamen generaliter minus ſpatii dandum eſſe titulis generalis Rhetoricæ, longè autem plus ſpatii titulis ſpecialis Rhetor. quia ibi integra exempla orationum vel auditarum in variis linguis, vel in variis libris lectarum aſcribenda erunt.

16. Porrò ſingulæ paginæ tam generalium, quàm ſpecialium locorum in duas partes diſpeſcendæ fuerint; ita nempe, vt ad vnum latus ſcribantur Aſiatica, ad alterum Laconica. Siquidem & formulæ Aſiaticæ à Laconicis multum differunt, & exempla etiam, & interim tamen praxis Eloquentiæ requirit, vt vtraque coniuncta habeamus, cum nec ſemper, nec ad omnes Laconicè loquendum ſit, aut ſcribendum. Sed iam porrò diſponamus loca.

LOCORVM RHETORICORVM

VOLVMEN PRIMVM.

Voluminis primi Pars prima, quæ eſt Rhetorica generalis.

Partis primæ Classis prima,

Continens titulos pertinentes ad Inuentionem explicatiuam.

Formulæ explicandi & declarandi generales,
explicandi per notationem nominis.
explicandi ſpecialia ex generalibus, atque adeò transferendi Hypotheſin ad Theſin.
explicandi generalia ex ſpecialibus.
Vniuerſalitatis.
Particularitatis.
Exemplificandi, ſeu Exempla adducendi.
Cauſas afferẽdi. Cauſarum efficientium ſcopi, ſeu finis adducti.
Effectorum, Climacis, ſiue cauſarum & effectorum inter ſe cumulatorum.
Proprii, Communis Accidentis, Fortuiti Accidentis, Totius & Integritatis, ſ. perfectionis.
Imperfectionis & mutilationis, Partium, Connexi, Adiuncti, Circumſtantiarum, loci & temporis.
Obiecti & occupationis circa obiectum.
Antecedentium.
Conſequentium, Definitionis & Deſcriptionis, Diuiſionis & partitionis,
Comparationis, Conuenientiæ, Cognationis.
Similitudinis generales. Similitudinis dilatatæ, ſ. expreſſæ. Similitudinis contractæ, ſ. implicitæ, Proportionis, Æqualitatis & paritatis, Diuerſitatis, Diſtinctionis & Diſcrepantiæ, Diſſimilitudinis generalis, Diſſimilitudinis explicitæ & dilatatæ, Diſſimilitudinis implicitæ & contractæ. Diſproportionis & nullius proportionis, Inæqualitatis, Maioris, Minoris.
Oppoſitionis, Contrarietatis & pugnæ.
Externorum argumentorum explicantium, ſ. adducendi teſtimonia & ſententias, aliquid explicantes.
Adducendi ſententias certorum authorum, easque laudandi.
Adducendi ſententias ſine authore, easque laudandi.

Classis Secvnda,

Continens tit. ad probatiuam, ſiue Syllogiſticam inuentionem pertinentes.

De quibus Canon notetur:

Quod quia explicatio prior & perfectior eſt probatione, ideò form. explicationis multæ etiam accommodari ad probationem.

Form. aſſeuerandi firmiter, aſſeuerandi ex omni parte, aſſeuerandi dubitanter, aſſeuerandi quadantenus.
Negandi firmiter, ex omni parte, dubitanter, quadantenus.
aſſeuerandi ſimpliciter & ſine conditione, aſſeuerandi cum conditione, ſeu Hypotheticè. negandi ſimpliciter, & ſine conditione. negandi conditionaliter. probationem afferendi, negandi quod opus ſit probatione, & dicẽdi, quod res ita ſit manifeſta, vt probatione non egeat.
Connectẽdi probationis propoſitiones.
Syllogiſmi integri afferendi.
Enthymematis afferendi.
Hypothetici Syllogiſmi afferendi.
Syllogiſmi cornuti, ſeu Dilemmatis, atque adeo vtrinque conſtringendi aduerſarium, & dicendi quod vtrinque conſtringas.
Præſupponendi quædam. Ex præſuppoſitis concludendi. Conſequentiæ deducendæ. Concludendi firmiter. Concludendi probabiliter.
Recapitulandi, frequentandi, & inculcandi confirmationem.
Probandi ex genere, Probãdi ex ſpecie, probandi ab indiuiduis & exemplis, inductionis, probandi ex cauſis, probandi ex effectis, atque adeo ex honeſto, laudabili & vtili, & contra, inhoneſto, illaudabili & inutili, ſeu damnoſo. Probandi ex antecedentibus, ex cõſequẽtibus, ex cõnexis, ex ſignis, ex circũſtãtia loci & tẽporis, ex diuiſione, ex cognatis, diuerſis, oppoſitis.

Formulæ pro-

Formula probandi ex loco inartificiali, ſiue teſtimonio, ex teſtimonio infallibili, ex teſtimonio diuino, ex teſtimonio cõſcientiæ propriæ, atque adeo prouocationis ad conſcientiam. Prouocationis ad conſcientiam alienam.

Probandi ex teſtimonio publico diplomatũ, tabularum, actorum. probandi ex teſtimonio ſenſuum externorũ, viſus, tactus, auditus. probandi ex teſtimonio rarioris, ſ. famæ publicæ.

Probandi ex teſtimonio teſtis iurati, atque adeo exiuramento; ex confeſſione aduerſarii, ex teſtimonio autoris magni, & fide digni, ex teſtimonio alterius hominis non ita magni.

Refutandi.

Opponendi aduerſario argumenta.

Interrogandi & vrgendi aduerſarium.

Reſpondendi ad obiectiones aduerſarii.

Reſpondendi ad formam argumenti aduerſarii. Reſp. ad voces inſolentes aut ambiguas in argumento aduerſarii. Reſp. ad phraſin ambiguam in argumenro aduerſarii.

Oſtendendi aduerſario, quod habeat plures quæſtiones pro vnâ.

Oſtendendi aduerſario, quod mutârit ſtatum controuerſiæ, & nihil concludat contra nos.

Oſtendendi aduerſario quod petierit principium.

Negandi aduerſarii propoſitiones vitioſas.

Oſtendendi falſam conſeq.

Limitandi, ſ. Diſtinguendi.

Indirectæ reſponſionis, & quidem

1. Form. retorſionis,

Opponendi Aduerſario fortiorem obiectionem.

Comparandi argumentationem aduerſarii cum ſimiliter abſurdo.

Deducendi aduerſarium ad abſurdum.

quâ oſtenditur contradictio in dictis Aduerſarii.

quâ aduerſario ex autoritate argumentanti opponimus vel maiorẽ vel parẽ autoritatem.

Obiurgandi & increpandi Aduerſariũ, quod contra pietatem, honeſtatem, aut manifeſtũ ſenſum argumentetur.

FORM. quâ aduerſario perſonæ noſtræ aliquid obiicienti aliam perſonalem obiect. opponimus.

Irritandi aduerſarium ad iram.

Extenuandi aduerſ. rationes.

Abducendi aduerſ. à ſcopo, ſ. Auerſionis.

TERTIA CLASSIS,

Continens tit. Amplificationis & Exaggerationis.

De quibus Canon eſt:

Formulæ quæ vſurpantur in explicando & probando, poſſunt etiam adhiberi in dilatando & exaggerando.

Form. dilatandi quâ ipſum thema, & nondum argumenta thematis extenduntur.

dilatandi quâ ipſa argumenta dilatantur.

dilatandi per Genus.

digrediendi ad L.C.

Generalia & ſpecialia accommodandi breuiter quaſi per Epiphonema.

Dilatandi per exempla, per cauſas, per effecta, atq; adeo cumulandi effecta. per Diameriſmum, ſ. diductionem partium, per comparationem, per ſimilia, per paria, per diuerſa, per diſſimilia, per imparia nempe, maioris vel minoris.

dilatandi per oppoſita, per teſtimonia.

Exaggerandi.

Dicendi nos ſatis exaggerare non poſſe.

Exaggerandi per effectorum cumulationem, per partium cumulationem, per comparationem ſimilium, parium, diſſimilium, imparium, videlicet maioris vel minoris, per oppoſitionem.

Imminuendi & extenuandi.

CLASSIS QVARTA,

Continens tit. Diſpoſitionis.

Form. diſponendi generalis.

Collocandi.

Connectendi particulæ & formulæ.

Form. & particulæ tranſeundi, digrediendi.

Redeundi ad propoſitum & excuſandi digreſſionem longiorem.

Reiiciendi ea quæ non ſunt iſtius loci, & quæ dicere nolis.

Exordiendi.

Inſignium Exordiorum exempla.

Exordiendi à perſona noſtra.

Exordiendi à perſonâ Auditorum, ex circumſtantia loci, à circumſtantia temporis, à reipsâ, & quidem liberâ, à re adſtricta ad ſententiam alicuius authoris, ſiue incipiendi à Chriâ vel Gnome.

Form. & Exempla directi Exordii.

Obliqui Exordii.

Form. & exempla tracti, ſeu ſucceſſiui Exordii.
Exordiendi ex abrupto,
Captandi beneuolent. in Exordio.
Attentionis in Exordio, & dicendi quod de re magna ſit agendum.
Docilitatis.
Promittendi perſpicuitatem in perorando.
Promittendi breuitatem.
Proponendi.
Propoſitionis manifeſtæ.
Partiendi propoſitionem.
Propoſitionis occultæ.
Tractationem ipſam poſt Exordium incipiendi.
Diſponendæ explicationis.
Narrationis præmittendæ ante probationem.
Diſponendæ confirmationis.
Diſponendæ refutationis.
Excuſandæ prolixitatis in oratione.
Excuſandæ breuitatis.
Perorandi.
Recapitulandi ea, quæ dicta ſunt.
Mouendi præcipuos ſolenniores affectus in perorando.
Gratiarum actionis pro præſtitâ audientiâ.
Votorum in peroratione ſolennium.
Succeſſiuæ & tractæ perorationis.
Ex abrupto deſinendi.

Classis V. & Vltima

Generalis Rhetoricæ, continens titulos Exornationis & Actionis.

De hac Claſſe canones ſunt:

1. Paucorum troporum tituli in L. Communibus notantur, quia non ita ad vſum & praxin immediatè pertinent; ſed ad exempla præceptorum Rhetoricorum de tropis traditorum. Poſſunt etiam referri inſigniores tropi ad voces ſimplices in L. Communibus rerum.

2. Figuræ ſententiæ inſigniores & magis reales notari poſſunt in his L. Communibus; tum, quia formulas pleraque adiunctas habent, tum etiam, quia ad praxin ſæpe facit in promptu habere illuſtria earum exempla.

3. Figuræ dictionis vt Anaphora & ſimiles non notantur inter titulos; quia non ſunt ita neceſſariæ ad praxin Eloq. & exempla ipſarum melius aſcribentur ad præcepta ipſa, ſi qua volemus fortaſſis inſigniora obſeruare.

Emphaſis, Hyperbole ſimplicis dictionis, Mioſis & Tapinoſis ſimpl. dict. Onomatopœia, Hyperbole coniunctæ dictionis, Ironia coniunctæ dictionis, Apophaſis, Præteritio, Charientiſmus, quatenus eſt Tropus, Antiphraſis, Mimeſis, Sarcaſmus, Subſannatio.

Form. citandi ſententiam, quatenus ad Exornationem, Epiphonematis, Correctio ſui, Reticentia, Dubitatio, Proſopopœïa determinatior, Remotio, Proſopopœia indeterminatior, Interrogatio, Apoſtrophe, Communicatio, Permiſſio. Suſtentatio, Parrheſia, Charientiſmus, vt nō eſt tropus, ſed figura ſententiæ, Optatio, Votum, Fiducia, Ominatio boni, Indignatio, Obiurgatio, Imprecatio, Ominatio mali, Comminatio, Conqueſtio, Commiſeratio, Deſperatio, Admiratio, Obſecratio, Obteſtatio, Irriſio.

Ad actionem verò ſiue vocem & geſtum, hi tituli pertinent:

Form. Intendendæ vocis, remittendæ vocis, geſtum in oratione ſignificandi aut excuſandi.

Pars Secunda

Voluminis generalis, continens titulos ſpeciales Rhetoricæ.

Classis Prima,

Continens titulos orationis explicantis, ſiue de themate ſimplici.

1. Titul. Oratio themat. ſimplicis perfecti ſubſtantialis. Accidentalis.
Oratio thematis ſimplicis imperfecti ſubſtantialis, Indiuidui, ſ. ſingularis.
Deſcriptiones perſonarum, ſ. Proſopographiæ.
Deſcriptiones rerum ſingularium.
Explicatio partis ſubſtantialis.
Oratio ſubſtantiæ collectiuæ ſingularis.
Oratio ſubſtantiæ collectiuæ generalioris.
Deſcriptiones vrbium, hortorū, ædium.
Explicatio Accid. ſingularis,
Hypotypoſis.
Explicatio Accid. partialis.
Explic. Accid. collectiui, abſoluti, concreti.
Explicatio relationis abſtractæ cōcretæ.
Explicatio imaginis rei in natura poſitę.
Tractatio fabulæ.
Æthopœïa, Idolopœïa.
Explicatio priuationis.
Explicatio relatiui oppoſiti.
Tractatio them. planè falſi.
Tractatio conſilii ſimplicis.
Tractatio cōſilii ſimplicis, ſolitaria, ſocia.

CLASSIS SECVNDA,

Continens tit. pertinentes ad tractationem thematis coniuncti.

Thema coniunctum magis Theoreticum perfectum, imperfectum.
Thema magis Practicum.
Thema coniecturale generale, ſpeciale temporis præteriti & præſentis; idq; abſolutum, comparatum.
Thema coniecturale ſpeciale, temporis futuri, ſ. Suaſorium, Diſſuaſorium.
Suaſorium ſolitarium, ſocium, ſiue conſultatorium.
Suaſorium reiectitium, limitatum, dilatatum, contractum, abſolutum, abſolutum vniuerſale, ſ. Theſis abſolutum ſingulare, ſ. Hypotheſis. Comparatum, ſocium, *&c.*

CLASSIS TERTIA,

Continens tit. pertinentes ad orationem affectuoſam ſeparatim conſideratam.

Motus delectationis abſolutæ eminentioris.
Motus beneuolentiæ in media oratione.
Motus attentionis in mediâ oratione.
Motus amoris & perſecutionis, auerſationis & odii; lætitiæ in communi, lætitiæ publicæ, priuatæ, in particulari, ſiue iocus Oratorius.
Motus triſtitiæ, terroris & metus, Confidentiæ, Iræ, Placatio & ſedatio iræ, Deſiderii, Extinctio deſiderii.
Motus faſtidii, & aſpernationis, Venerationis & æſtimationis; Patientiæ, Spei, Miſericordiæ, Amoris & bonæ affectionis, Gratiæ, Pudoris, Pœnitentiæ, Indignationis, Æmulationis. Expreſſio affectus. Expreſſio perſecutionis; auerſationis, lætitiæ & gaudii, triſtitiæ, terroris & metus. Cōfidentiæ, Iræ, Deſiderii.
Expreſſio deſiderii amiſſi, Faſtidii, Venerationis & admirationis, Spei.
Expreſſio Miſericordiæ, Amoris & bonæ affectionis, Gratiæ, Pudoris, Pœnitentiæ.

CLASSIS QVARTA,

Continens tit. Orationis affectuoſæ collectim ſpectatæ:

Oratio conciliatoria, ſeu inſinuatoria.
lamentatoria, Commendatoria.
Adhortatoria prima.
Hortatoria prima generalior; ſpecialior, orta.
Dehortatoria.
Petitoria pro nobis.
Intereeſſoria.
Petitoria directa, indirecta.
Conſolatoria, Reprehenſoria, Obiurgatoria, Expoſtulatoria.
Oratio Philippica.
Inuectiua in iudicio & accuſatoria.
Defenſoria directa, indirecta.
Deprecatoria.
Defenſoria alterius, directa, indirecta.
Deprecatoria pro altero, ſ. Intereeſſoria.
Oratio collectim conſiderata, exprimens affectum noſtrum,
Expiſcatoria & Communicatoria.
Officiaria & oblatoria.
Promiſſoria, Mandatoria.
Oratio Laudatoria directa, abſoluta.
Laudatoria directa abſoluta ſubiecti ſuperioris, Dei, Angelorum.
Laudatoria hominum, virorum; fœminarum.
Laudatoria ſolemnior, ſ. Panegyrica, minus ſolemnis.
Laudatoria ſubiecti inferioris.
Laudatoria rei naturalis, rei inanimatæ; rerum inanimatarum, rerum artificialium, rerum mixtarum, hortorum; vrbium, ædium.
Laud. accidentium abſolutorum, relationum, comparata.
Oratio Laud. indirecta, quâ laudantur res minimè laudanda.
Vituperatoria,
Gratulatoria, ex parte alterius; ex parte noſtri.
Gratiarum actoria & nuncupatoria.

CLASSIS V,

Continens orationem collectam, ſpecialiter conſideratam ſecundum Eth. Oeconom. & Polit.

Oratio Ethica.
Oratio Ethica de felicitate primariâ; ſeu de virtute & virtutis actione.
Gratulatoria de felicitate ſecundaria.
& primò de adepto honore, de valetudine ſeruatâ aut recuperatâ.
de periculo magno declinato.
Oratio gratulat. de Libertate recepta,
de opibus & facultatibus acquiſitis

Orat. funebris, ſeu Parentatio.
ſalutatoria præſentium, exceptoria præſentium, valedictoria & dimiſſoria.
Exceptoria oratio eorum, qui peregre aduenïunt.
Valedictoria eorum, qui peregrè abituri ſunt, & Dimiſſoria.
Inuitatoria ad conuiuium. Condictoria conuiuii. Excuſatoria quod venire non poſſis. Exceptoria conuiuarum.
Excuſatoria tenuis tractationis.
Gratiarum actoria pro conuiuio.
Dimiſſoria conuiuarum.
Inuitatoria ad amicitiam. Amplectoria & oblatoria amicitiæ. Ambitoria amicitiæ. Promiſſoria conſtantis amicitiæ.

Classis VI.

Orationum Oeconomicarum.

Oratio ſponſalitia. Ambitoria coniugii.
Promiſſoria cõiugii, ſeu Deſponſatoria.
Inuitatoria ad nuptias. Condictoria nuptiarum. Excuſatoria nuptiarum.
Commendatoria & traditoria Sponſi, Sponſæ, & Acceptoria Sponſæ.
Epithalamica oratio, ſeu nuptialis Panegyrica.
Oratio inuitatoria patrimorum, ſ. ſuſceptorum Bapt.
Reſponſoria ſuſceptorum.
Gratul. de natâ ſobole.

Classis VII.

Continens tit. orationum Politicarum & Iuridicarum.

Orat. Commiſſoria Principatus, ambitoria Principatus, dilatoria Principatus, acceptatoria Principatus, inauguralis, & Coronatoria, conſultatoria prima, quâ aliquid ad conſultandum proponitur.
Conſultatoria orta, & primo quidem rogatoria.
Votum, ſeu oratio Conſiliarii aut Senatoris dantis votum.
Conſultatoria conſultationis, Demandatoria officii Politici, Introductoria.
Reſignatoria officii Politici.
C... ocatoria.
Auſpicatoria iudiciorum.
Rogatoria in iudiciis.
Orat. voti in iudiciis dandi, Concluſoria & definitoria in iudiciis.
Exceptoria, quâ nempe Princeps excipit alios Principes.
Dimiſſoria Principum, aut Magiſtratus.
Inſtructoria Legati.
Expeditoria Legatio, ſeu Legatorũ orat.
Exceptoria Legati. Dimiſſoria Legati, & reſponſoria.
Orat. Principis aulica.
Principis circa mortem.
Subditorum ſupplicatoria ad Pr. oblatoria & obligatoria, lamentatoria.
Subditorum in legitima reſiſtentia.
Orat. Principis ad ſubditos in reſiſtentia, ad populum in ſeditione.
Militaris ſupremi ducis, inferiorum Ducum. Ariſtocratica ſimplex. Democratica ſimplex, pertinens ad ſtatum Reip. mixtum.
Senatoria in ſtatu mixto. Interceſſoria & Tribunitia in ſtatu mixto.

Orationes Iuridicæ.

Orat. & Form. Iuridica in contractibus variis.
Form. orationũm iudicialiũ ex parte accuſatoris, atque adeò ex parte Aduocati, qui inſeruit accuſatori.
Orat. defenſoria rei, atque adeò ex parte aduocati, qui inſeruit reo.
Citatoria ad iudicium, & form. citationum. Citatio appellatoria ad iudicium ſuperius, & form. appellationum.

Classis VIII.

Continens tit. orationis aſtrictæ.

Orat. aſtricta ad certum textum. ad textum breuiorem, atq; adeo Chriæ vel Gnomæ. ad textum prolixiorem, ad textum ſpecialiorem vel Legum.
Oratio aſtricta reſponſoria.

De quâ notetur Canon :

Quia relata ſe mutuò ponunt & tollunt, ideo reſponſoria oratio totuplex erit, quotuplex erit liberá. Sit e. in arbitrio Stud. Eloq. vtrum ad tit. liberarum orationum velint relinquere ſpatia pro reſponſione, id quod erit accommodatiſſimum; an verò hic de nouo velint totidem titulos reſponſoriarum orationum facere, quot ſupra fecimus, tit. orationis liberæ affectuoſa. Nam ad hanc reſponſoria orationes pertinent præcipuè.

Classis Vltima,

Continens tit. pertinentes ad characterem orationis.

De qua Canon eſt:

Characterum tituli diſponendi ſunt breuiter, non propter formulas, ſed propter illuſtriſſima exempli; quæ & ſi rarius, tamen ea notabimus, vt orationem noſtram ad ea conformare poſſimus.

Character grandis abſolutè conſideratus.
Character grandis cum maiori eminētiæ gradu, atque adeò amplum dicendi genus.
Dinotis, ſeu vehementia orationis.
Dignitas orationis.
Splendor orationis.
Vigor orationis,
Coagmentatio & circumductio orationis.
Aſperitas orationis.
Acrimonia orationis.
Mediocris character.
Incitatum genus dicendi, Tractum genus dicendi, Acutum genus dicendi, Lentum genus dicendi

Atque hi ſunt tituli Rhetorici ſpeciales.

Selectio pro familiari Colloquio habet hos Canones:

1. *Secundum volumen L. C. Rhetoricorum deſtinandum eſt tum* Colloquio familiari, *tum* Epiſtolis. *Itaque prior pars voluminis erit pro Colloquio Familiari.*

2. *Sed hæc pars eſt breuiſſima, & admodum parua: ſiquidem pauca notanda ſunt pro Colloq. familiari. idque propterea: 1, Quia colloquium familiare pēdet ab oratione perfecta, & ex eâ quaſi vltrò ſequitur, ita vt qui excellit in oratione perfectâ, & multum pro eâ notauit in L. C. is per prudentiam Rhetor. ea facilè accommodabit ad famil. Colloquium. 2, Quia famil. phraſes & res vltrò nobis à naturâ adhæreſcūt etiam ſine magnâ arte, & ſollicita Notatione.*

3. *Formulæ fam. Colloquii in L. Communibus notandæ, pertinent vel ad colloquium ſeparatum, vel ad ſocium.*

4. *Formulæ pertinentes ad Colloquium ſeparatum, ſunt hæ:*

Form. ſalutandi familiariter, colloquium incipiendi, continuandi.
Colloquium finiendi, alicui valedicendi, aliquem dimittendi.

5. *Formulæ pertinentes ad colloquium ſocium, ſunt hæ:*

Form. Dialogum incipiendi, atque adeo captandi occaſionem colloquii.
Reſpondendi ad captatam occaſionem colloquii.
Continuandi Dialogum.
Abrumpendi Dialogum.
Iterum reſumendi Colloquii,
Differendi Colloquii,
Claudendi Colloquii.

Selectio Epiſtolica habet hos Canones:

1. *Si quid rerum in Epiſtolis, id ad L.C. Rerum notari debet.*

2. *Verba & phraſes elegantes, ſi non cadant in formulas paulò poſt poſitas, etiam in L. C. Rerum tranſcribi debent.*

3. *Artificia Rhetorica Epiſtolis communia cum oratione perfecta, ad L C. orationis perfectæ referenda ſunt.*

4. *Epiſtola tot modis diſtinguitur, quot modis oratio perfecta, atque adeo etiam affectuoſa Epiſtola tot habet genera, quot habet oratio affectuoſa. Idcircò ſi, e.g. velis notare exemplum Epiſtolæ obiurgatoriæ, aut gratulatoriæ, aut laudatoriæ, &c. aſcribe ad orationem obiurgatoriam, gratulatoriam, &c. ita nempe, vt in ipſis L. C. primi voluminis, vel ſpaciū relinquas pro Epiſtolis, ſub ſingulis tit. vt antea ſuaſi, vel peculiari charactere, aut aliâ notâ Epiſtolicâ ab oratoriis, diſcernas. Sed prior modus optimus eſt.*

5. *Pro generalibus autem formulis Epiſtolicis, peculiariter deſtinanda eſt ſecunda pars ſecundi voluminis locorum oratoriorum, ita nempe, vt ſub ſingulis tit. iſtarum formularum diſtincta habeas ſpatia pro Aſiaticis & Atticis, & deinde pro Laconicis. Quos quidem tit. formularum diligenter notabunt Eloq. Stud. & augebunt etiam adeoque operam aliquam in ſtudio Epiſtolico ponent; ſiquidem hodie ex Epiſtolis laus magna quæri poteſt, & homines affecti ita ſunt, vt de totâ eruditione noſtrâ ex Epiſtolis noſtris iudicēt.*

Tituli autem Locorum Epiſtolicorum ſunt hi:

Prudentiæ & decori Epiſtolici formulæ & Exempla.

Form. connectendi & continuandi in Epiſtolis.
Tranſeundi in Epiſtolis, breuiter dicendi, abrumpendi, & exempla locorum Epiſtolicorum,
Loquendi de copia ſiue exemplari Epiſtola.
Salutis præmittendæ Epiſtolis.
Nominum ponendorum, ad quos Epiſtolas ſcribimus.
Exordiendi Epiſtolas,
Ad magnos, ad ignotos, ad eos, ad quos nunquam ſcripſimus.
Affectum ſuum in Epiſtolis exprimendi, & ſe ſuaque offerendi.
Inſinuandi ſe. Commendandi alios.

Digitized by Google

Form. petendi, promittendi,
Incitandi ad ſcriptionem.
Stimulandi ad ſæpe ſcribendum.
Parendi & promittendi, quod ſæpe ſcribere velis.
Accuſandi alterius ſilentium.
Excuſandi illud ſilentium.
Accuſandi raritatem in ſcribendo.
Excuſandi eam.
Narrationem Epiſtolicam incipiendi.
Narrationem concludendi.
De commiſſione literarum.
Quod occaſionem ſcribendi nullã prætermittas.
Significandi, quod fuerit occaſio ſcribendi, & qualis.
Cauſas ſcribendi allegare.

Form. reditus ad intermiſſum officium.
Promittendi literas frequentes.
Excuſandi frequentiam literarum & importunitatem.
Quod nulla ſint noua.
Quod non ſit tutum noua ſcribere.
Quod noua ſint varia & incerta.
Attexendi noua.
Nouorum lætorum incipiendorum, concludendorum.
Excuſandi feſtinationẽ & incuriam ſcribendi.
Loquendi de feſtinatione tabellarii.
Loquendi de variis occupationibus tuis.
Loquendi de eo quod parcas occupationibus alterius, & excuſandi, ſi ſis importunus.

Form. dicendi quod raptim ſcripſeris.
Excuſandi breuitatem & prolixitatem literarum.
Probandi officium ſcribendi.
Loquendi de hominibus incertis, quibus literas tradas.
Loquendi de homine certo, cui literas tradideris.
Monendi eſſe arcana quæ ſcribis.
Poſtulandi, vt Epiſtola conſcindatur.
Hortandi, vt maturè reſpondeat.
Petendi, vt de omnibus rebus plenè ſcribat.
Salutandi amicos.
Petitæ ſalutationis.
Petendi, vt additum literarum faſciculum, vel tale quid diligenter curet.

Form. Votorum Epiſtolicorum.
Epiſtolas concludendi,
Valedicendi,
Amoris poſt valedictionem,
Subſcribendi.
Subiiciẽdi aliquid poſt Vale, quod prius in mentem non venerit.
Loci & temporis aſcribendi.

Form. ſingulares titulorum ſiue inſcriptionum.
Reſponſoriarum Epiſtolarum, & reſpondendi.
Probandi officium ſcribendi.
Significandi quod acceperis.
Dicendi quod Epiſtola valde grata fuerit.
Gratiarum actoriæ pro Epiſtolis.
Stipulandi crebram ſcriptionem.

Formul. Modeſtè tributam in Epiſtolis laudem auertendi.
Spondendi mutuum amorem & officia.
Spondendi conſtantem affectum.
Significandi, quod Epiſtolam non acceperis, & quod interierit.
Poſtulandi, vt ſignificetur cui Epiſtola commiſſa ſit.
Laudandi Tabellarium.
Conquerendi de eo.
Significandi quod citò Epiſtolam acceperis, quod tarde.

Formula conquerendi, quod tradita ſit homini minus fideli.

6. *Harum formularum index alphabetarius volumini præmitti debet, vt eò citius reperias quod deſideres.*

CONSILIVM

CONSILIVM LOGICVM, DE ADORNANDIS ET COLLIGENDIS LOCIS COMMVNIBVS, RERVM & verborum.

CAPVT I.

De Locis Communibus in genere.

SVNT quatuor inprimis diſciplinę, quarum profeſſores ſolent conſilia communicare & præſcribere petentibus; nempe *Theologia, Iuriſprudentia, Medicina & Politica.* Quibus, ſi addideris, *diſciplinam Logicam*, non abs re feceris; ſiquidem huius quoque diſciplinæ profeſſores, & debent & poſſunt iuuentuti inprimis conſilium ſuppeditare de re in publicum valde neceſſaria & vtili, nempe de ſtudiis rectè & vtiliter informandis pro Eccleſia & Republica.

Conſilium autem iſtud Logicum vel generale eſt, quod ad omnes æque ſtudioſos pertinet; vel ſpeciale, quod pertinet ad quemque ſingulariter, & accommodatur ad cuiuſque ingenium, ſiue captum; de quo nemo melius iudicare poteſt quam Logicus, atque adeo etiam, ad cuiuſque ſcopum, ætatem, conditionem, & alias circumſtantias, ſiue conditiones ſingulares.

Ac generale quidem illud conſilium, quod ad omnes peræque ſtudioſos pertinet, deſignauimus in Tabulis aliquot nuper æditis, quibus titulum dedimus, *Methodi vniuerſalis formandorum ſtudiorum.* Promiſimus etiam ſpecialia conſilia iis, qui ea petituri ſunt.

Cæterum pars generalis iſtius conſilii vna inter præcipuas eſt, de *Locis communibus rectè vtiliterque concinnandis.* Quam quidem partem propoſiti noſtri eſt hoc tempore vberius, planius ac plenius, in vſum priuatorum noſtrorum auditorum perſequi, quam in dictis iſtis tabulis fieri potuit.

Erunt autem totius de Locis Communibus concinnandis conſilii noſtri duæ partes; 1, *de Locis communibus in genere.* 2, *de Locis communibus in ſpecie*; nempe, 1, *de locis rerum, poſt etiam verborum.* Eius partis quæ in genere de L. C. tractat, iſta ſunt membra; 1, quod L. C. certi omnibus ſtudioſis in promptu eſſe debeant: 2, quid in iſtos locos ſit referendum: 3, Quomodo, ſiue quo ordine & diſpoſitione ſit referendum.

Quod ergo ad primum membrum attinet, in quo quæritur, *An L. C. eſſe & colligi debeant?* id manifeſtum euadet certis quibuſdam, & minime negandis principiis atque hypotheſibus ex ordine præſuppoſitis.

Sunt enim multi præſtantes viri, quos ſi de Locis communibus conſulas, reſpondent nullos eſſe colligendos, propterea quod naturalis memoria hac ratione penitus negligatur, atque adeo etiam aboleatur; dum nempe nihil ei concredis, nihil ei fidis, nihil aſſeruandum committis, ſed omnia in thecas locorum communium recondis, omnemque tuam fiduciam in iſto ſubſidio collocas. Ita ampliſſimo cuidam & præcipuo nunc viro, tum vero iuueni ſtudioſo, de L. C. percontāti, in Galliis reſpondit *Franciſcus Gentiletus*, magnus aliàs vir & Cl. Philoſophus, *autor Antimachiauelli.* Sed reſponſio non eſt difficilis, nempe ſubordinata ſe inuicem non lædere. Sunt autem ſubordinata memoria naturalis, & memoria ſubſidiaria, ſiue Loci communes. Sicut ergo Medicus robuſtam naturam non lædit, dum eam certis diætæ præſcriptis, aut venæ ſectione, vel aliis modis, contra morbos munit & præſeruat. Item, vt miles ſuccenturiatus non nocet duci ſuo, ſed potius ei ſubſeruit: Ita etiam L. C. qui nihil aliud ſunt, quam ſuccēturiatum præſidium memoriæ, naturali memoriæ non tantum nihil obſtat, ſed etiam valde ſunt neceſſarii, vt paulo poſt patebit.

Primo ergo id liquidum eſt, tantum nos ſcire & didiciſſe, quantum retinemus & conſeruamus; ſiquidem nemo eo omine & fine aliquid diſcit, vt iterum elabatur & excidat. Retinemus verè & conſeruamus ea, quæ diſcimus vel per memoriam, vel per memoriæ aliquod ſubſidium & ſignum, quo memoriæ repræſentetur id, quod ei potuit excidere.

Opus autē eſt naturali memoriæ eiuſmodi ſubſidio & ſigno repræſentatitio; 1, propterea, quia maior eſt rerum & verborū copia, quam vt poſſit ab vnius hominis memoria, vtut feli-

ciſſima, diſtinctè ac fideliter retineri. *Diſtinctè* dico; quia vnius rei imago & ſpecies facilè turbat alterius rei ſpeciem, perinde, vt cum ro. homines ſimul intuentur vnum ſpeculum, facilè imago ex vultu vnius repræſentata, obturbat imaginem ex alterius vultu repræſentatum. Deinde, quia in vna eademque re plurimæ ac copioſiſſimæ inſunt imagines, ſiue cõſiderationes, quarum vna facile impediet diſtinctam conſiderationem alterius. Dico etiam fideliter, non poſſe omnia retineri; quia vna imago alteram quaſi pellit, & dum ſola vult occupare anguſtum illud ſpatium memoriæ, alteram è poſſeſſione ſæpe eiicit. Accedit deinde, quod diuerſa ſint temperamenta corporum, atque adeo ſanguinis, ſpirituum, & cerebri humani, & quod propter corporum conſtitutionem rariſſime felix memoria cum felici ingenio & iudicio coniuncta ſit, vt Plato monet. Nam ingenii acumen & dexteritas requirit tẽperiem cerebri & ſpiritum ſicciorem & vergentem ad melancholiã. Memoriæ autẽ felicitas requirit tẽperiẽ humidiorẽ, & magis lentam ac viſcoſam; ſiquidem lenta ac viſcoſa tantum ſunt tenacia. Quapropter ſi duo ſint vel tres, qui L. C. non egeant, quales quidem ego nullos adhuc noui, tamen erunt mille qui egebunt. Conſilia autem potius accommodari debẽt pluribus, quam paucis. Demum, ſi maxime ſit aliquis tam felici memoriã præditus, per quam poſſit omnia fideliter retinere, tamen nec ille idem, nec vllus hominum tam eſt felix, vt non ſit obnoxius iſtis caſibus, qui memoriam varie poſſint affligere, ita vt obliuiſcatur facile earum rerum, quas ad tempus diſtinctiſſime & fideliter conſeruauerat; quales quidem caſus ſunt hi tres; 1, curæ & perturbationes animi, quæ mirifice exſiccant cerebrũ, & memoriam oblitterãt. 2, morbi, ſiue interni, vt ſunt febres calidiores, ſiue externi, vt ſunt ictus & vehementiores percuſſiones capitis; 3, eſt ſenectus, quæ ſuã naturã ſicca eſt, & ob id memoriæ inimica, cum interim à nobis maxime requiratur, vt eã ætate proferamus ea, quæ integra ætate didicimus. Concludimus ergo primum membrum, quod ab omnibus ſtudioſis L.C. colligi & notari debeant.

Sequitur vt doceamus, quid ſit in L.C. notandum, ſiue quam varia ſint ea, quæ notari debent.

Primo ergo non omnia promiſcue notanda ſunt, ſed tãtum præclara, vtilia, & talia, quæ non ſint nimis tibi familiaria, nec ea, quæ quotidie poſſunt occurrere.

Ioannes Sturmius in ea eſt ſententia, quod omnia ſint notanda promiſcue, qualiacunque tandem in lectione occurrant; Nam ita inquit in libro quem ſcripſit *De reſoluenda lingua Latina: In congeſtionibus* (ſic vocat Locos Communes) *nihil eſt omittendum, & non oportet ſolum colligere gemmas, ſed etiam alios lapides*, &c. Verum cum omnia in ſtudiis menſuranda ſint vſu & fructu, dixerim tantum vtilia & præclara eſſe in L.C. notanda.

Neque tantum ſententiæ elegantes de virtutibus & vitiis annotari debent, vt hodie plerunque fit à multis, ſed etiam omnia alia ſiue ſint ſententioſa ſiue non ſint.

Omne ergo quod diſci, atque adeo etiam quod notari in L.C. debet, vel ad certam diſciplinam referri poteſt, vel non poteſt referri.

Quicquid ad certam diſciplinam refertur, refertur vel ad diſciplinam propædeuticam, ſiue inſtrumentalem, vel ad diſciplinam pædeuticam, ſeu principalem; atque adeo eſt vel ſignum rei, vel res ipſa.

Quod ad diſciplinã inſtrumentalem refertur, id eſt, vel verbũ, ſiue vox rei, vel norma rei.

Verbum, ſiue vox rei, quæ notatur, eſt vel ſimplex, vel cõiuncta, ſiue phraſis; vel eſt præceptum de voce ſimplici & coniuncta; ſiue, vt planius dicã, vel refertur ad præcepta Grammaticæ, vel ad vſum Gramm. in verbis ſimplicibus & coniunctis.

Quod pertinet ad normam rei, id eſt, vel primum, vel ortum à primo.

Primũ eſt omne id, quod ad Logicã pertinet.

Quod autem ad Logicam pertinet, pertinet vel ad præcepta eius, vel ad vſum.

Ortum à primo, vel ad Rhetoricam pertinet, vel ad Poëticam. Et iterum etiam, vel ad præcepta harum diſciplinarum, vel ad vſum.

Quod ad diſciplinam principalem, ſeu pædeuticam pertinet, hoc pertinet vel ad aliquam contemplatiuam, vel operatricem. Et quod ad contẽplatiuã, id pertinet vel ad *Theoſophiam*, vel ad *Metaphyſicam*, vel ad *Pneumaticam*, vel ad *Phyſicam*, & *Mathematicam*.

Quod ad operatricem pertinet, id pertinet vel ad prudentiam, vel ad artem.

Quod ad prudentiam pertinet, pertinet vel ad religioſam prudentiam, ſeu S. Theolog. vel ad ciuilem prudentiam, videlicet *Ethicam*, *Oeconomicam*, & *Politicam* aut *Iuriſprudentiam*.

Quod ad artem pertinet, pertinet vel ad liberalem, vel illiberalem, vel mixtam. De quã partitione diſciplinarum, vide tabulam A.

Porro; quicquid ad diſciplinam aliquam refertur, vel ad præcepta iſtius diſciplinæ refertur, vel ad commentaria præceptorum.

Ad præcepta quicquid pertinet, id vel ad

præcognita præceptorũ refertur, vel ad ipſam præceptorum ſeriem.

Ad commentarios quicquid refertur, id vel eſt explicatio præcepti, vel exemplum præcepti.

Quod non referri poteſt ad aliquam diſciplinam, id eſt, indiuiduum & ſingulare. Nam omnia vniuerſalia ad diſciplinas poſſunt referri.

Sed nec omnia ſingularia talia ſunt, vt non poſſint ad diſciplinas referri: nam quæ ſingularia ſunt exempla præceptorum, illa omnia poſſunt referri ad diſciplinas. Quæ autem ſingularia non ſunt exempla, *vt, quando natus ſit Alcibiades, quando mortuus*, &c. & eiuſmodi alia, quæ ad perſonas referuntur, ad diſciplinam referri non poſſunt. Nam ſingularia non comprehenduntur diſciplinarum methodo, niſi quatenus reducuntur ad vniuerſalia, id eſt, quatenus fiunt exempla diſciplinarum.

Concludo ergo; quicquid legis & quicquid omnino in L. C. referri debet, hoc ad certam diſciplinam referri debet, exceptis iis ſingularibus tantum ſeu indiuiduis, quæ non exemplificant.

Concludimus igitur, omnia ea eſſe notanda quæcunque non tantum legimus, ſed quæ etiam audimus, quæ videmus, quæ ipſi propriâ meditatione inuenimus. Nam omne id ad certam aliquam diſciplinam referri poteſt, exceptis illis, quæ dixi, ſingularibus non exemplificantibus.

Tantum etiam de ſecundo membro, videlicet, quid ſit notandum: ſequitur tertiũ membrum, quomodo ſit notandum, ſiue quo ordine, & qua diſtinctione.

Iam de modo colligendorum Locorum communium nobis eſt videndum; qui quidem eſt vel ſolitarius vel ſocius.

Solitarius modus eſt, cùm ipſi pro nobis ſoli ſcitu digna legimus & colligimus.

Socius modus eſt, quando coniunguntur operæ, tum in legendo tum in colligendo, id quod hac ratione maximâ cum vtilitate fiet; 1, ſi coniungerent ſe tres ſtudioſi ſimilium ingeniorum & parium profectuum. 2, ſi iſti tres eundem ſcopum haberent propoſitum, & eſſent vel ſtudioſi Theologiæ omnes, vel Politicæ & Iuris, vel aliarum etiam facultatum. 3, ſi ſint æquè diligentes & induſtrii. 4, ſi ſint ſibi inuicem addicti & amici, ita, vt alter ſine inuidia alteri ſuam ſententiam velit communicare. 5, ſi alant aliquem anagnoſten, ſiue lectorem, aut ſi non poſſint alere lectorem, ipſi per vices hanc operam præſtent. 6, Habeant volumina iam parata, in quibus ea, quæ notatu digna ſunt, notent. 7, Notare autem poterit vnus è numero per vices, ſed ita, vt in dubiis aut obſcuris, quando non ita ſtatim liquidum eſt, ad quem titulũ referri aliquid debeat, ſententias inter ſe conferant. 8, volumina illa communia deinde à ſingulis deſcribi poterũt, vel etiam poterit hic modus commodior obſeruari, vt duo qui non legunt, ſuis diſtinctis voluminibus ſibi notent, tertius qui legit, poſtea ſibi notet, aut ſi anagnoſten alunt, ſinguli ſingulis voluminibus poſſunt notare, breuiter, ſi opus ſit, collatis ſententiis.

Vterque autem modus tum ſolitarius, tum ſocius tria requirit: 1, vt cogites, quid illud ſit quod legis, vel audis, vel vides. 2, vt cogites, in quo & quali volumine ſit annotandum. 3, vt in iſto volumine certum ordinẽ & diſtinctionem titulorum ſerues.

Et, vt de primo prius dicamus: Omne quod vel legis, vel audis, vel vides, atque adeo omne id, quod notandum eſt in Locis communibus, id, inquam, eſt generale vel ſpeciale.

Generale eſt primum præcognitum de ſtudiis, ſiue de diſciplinis, de eruditione, de habitibus mentis, de ſcientiis & artibus. Quibus generalibus voluminibus ſpeciale volumen dabitur, vt infra dicemus.

Speciale, quod notari debet, eſt vel directum, vel indirectum.

Directum, pertinet vel ad res, vel ad rei ſignum.

Res, quę notari debet, eſt vel vniuerſalis, vel ſingularis.

Res vniuerſalis diſtincte notari debet ſecundum diſtincta diſciplinarum ſyſtemata, ſic nempe, vt notetur vel vt præceptum, vel vt commentarius.

Res ſingularis, ſiue indiuidua locorum, perſonarum, & factorum, eſt vel exemplificans, vel non exemplificans.

Exemplificans, refertur ad præceptum ſyſtematis, cuius eſt exemplũ, vt poſt audiemus.

Non exemplificans, notetur ordine alphabetico.

Quod pertinet ad rei ſignum, id eſt, vel verbum, vel modus, ſeu norma rei.

Verbum, quod notandum eſt, vel eſt ſimplex, vel coniunctum ſeu phraſis, & notatur in volumine Grammatico, vt ſuo loco dicetur.

Modus, ſeu norma rei, vel eſt prima, vel orta.

Norma prima eſt Logica, atque adeo omne id, quod ad Logicam pertinet, vbi fiet peculiare volumen Logicum, vt poſt dicetur.

Norma orta eſt vel Rhetorica, vel Poëtica, quibus etiam ſingula volumina tribuentur.

Tantum de directo quod legitur, vel auditur, vel videtur. Indirectum eſt explicatio loci alicuius difficilis & obſcuri in autore; e.g. in Sacris literis, in Iure, in Ariſtotele, quæ indirecta, quomodo ad directa & eorum volumina referri recte poſſint, infra dicetur.

Atque hæc omnia ſunt quæcunque notari poſſunt; plura auſim dicere, dari non poſſunt.

Et ſic omnia comprehenſa eſſe exiſtimo, quæcunque notari poſſunt, ita, vt ad certa capita prompte ac facile referri poſſint. Sequitur, vt dicamus, quibus voluminibus quidlibet ſit notandum, atque adeo agamus de ſubiecto notationis.

Volumen autem, in quo quidlibet notatur, eſt vel ſubſidiarium & ſecundarium, ſiue ſuccenturiatum, vel primarium.

CAPVT II.

De volumine ſubſidiario, ſeu aduerſario.

VOlumen ſubſidiarium, ſeu ſuccenturiatum iterum eſt vel aduerſarium, vel alphabetarium.

Aduerſarium volumen eſt, in quo notamus miſcellanea ſecundum ordinem dierum, quibus aliquid legimus, audimus, videmus.

Ioannes Sturmius in lib. de ratione reſoluendæ linguæ Latinæ, ſuadet, vt ſtudioſi habeant duo genera voluminum, quorum primum ſit *ephemerides*, ſiue *diarium*. Nam ephemerides, inquit, dictæ ſunt ἀπὸ τῆς ἡμέρας, à die; propterea quod contineant res quotidianas, ſiue res ſingulorum dierum. Hoc genus etiam vocatur *aduerſaria*, quod contineat res quotidianas aduerſarias, ſumpto vocabulo à rationariis, qui in vna pagina partibus aduerſis ſcribebant accepta & expenſa. Vocatur etiam *μνημονικὸν, volumen memoriale*. Recentiores etiam *Coniectanea* vocant.

Modus autem ſeruandus in tali volumine hic eſt; 1, vt incipias à certo aliquo anni tempore, & ſi ſic ferat occaſio, ab ipſis Calend. Ianuarii, & pergas per totum annum vſque ad finem Decembris, proque iſto anno vnum volumen habeas; deinde anno hoc exacto volumen id ſeponas, & nouum ad manus ſumas. Nam valde incommodum fuerit, ſi plurium annorum obſeruationes velis in vnum volumen congerere, cum volumina L. C. debeant eſſe εὔφορτα, id eſt, facilè portatilia, & commoda, vt Sturmius ait; idcirco addit, *debere ad volumina illa adhiberi chartam 4. fol. ſiue formam in quarto.*

Dicit quidem Sturmius ibidem, quod volumen aduerſariorum, veteres aliquando compleuerint vno menſe, aliquando bimeſtri, aliquādo trimeſtri, aliquando toto anno: ſed niſi volumen nimis grāde fieret, & incommodum peregrinanti, cuperē poſtremū hoc ſeruari, & anno finito demum nouum volumen aſſumi.

2, Admodum vtile eſt paginam iſtius voluminis certis numeris notaſſe. 3, vtile etiam eſt addere nomē loci, in quo tum fueris, quando illa annotaſti, idque imprimis propter viſa & audita. 4, Expreſsè debet addi numerus, nō tantum anni, ſed etiam menſis & diei; imò ſi rei circumſtantia poſtulet, etiam horæ. Sed in frontiſpiciis ſemper debet ſcribi annus, menſis & dies. 5, Si domi ſis ad Bibliothecam tuam, vbi poſſis habere volumina L. C. digeſta, & vbi nō nimis es occupatus, nō debes in aduerſaria aliquid referre, ſed ſtatim in volumina illa primaria & digeſta; hoc enim ad exercendum ingenium atque iudicium accommodatius, & ſubleuabit te labore, ne neceſſe ſit poſtea geminum laborem ſumere, & ex aduerſariis obſeruata transſcribere in digeſta volumina.

Quia vero ſæpe ita ſumus occupati in officiis publicis, vt non ita cōmode poſſimus ſcribere obſeruationes in digeſta volumina, idcirco in aduerſaria ſcribendæ fuerint, ſed ita, vt ſtatim, cum opus eſt, transſcribamus eas in digeſtum volumen, neque materias patiamur cumulari in aduerſariis. Peregrinantes neceſſariò aduerſaria vſurpare debent; quia digeſta volumina circumferre non poſſunt, neque opportunitatem habēt loci vel temporis, vt poſſint audita vel viſa, & lecta ad methodicos titulos referre. Itaq; in aduerſariis ſuis ſemper ſcribent titulum iſtius prouinciæ, & ſub titulo iſto nomen vrbis, aut pagi, aut etiam domus, in qua aliquid obſeruauerunt, addito anno, menſe, die. Quod ſi etiam velint pro ſingulis regnis & prouinciis nouum volumē aduerſarium facere, præſertim, ſi diu ibi morentur, id ſanè fuerit vtiliſſimum. E. g. Aduerſarium Germaniæ, Galliæ, Italiæ, &c.

Cum vero etiam volumē aduerſarium non poſſimus ſemper habere ad manus, vt nempe in eo calamo aliquid ſcribamus, idcirco ſtudioſus nunquam debet eſſe ſine pugillaribus, neque debet fidere ſuæ memoriæ, ſed, ſi quid egregium audiat, videatve, ſtatim debet annotare breuibus verbis, & deinde veſperi, vel mane transſcribere in aduerſaria. Nam ea res mirifice memoriam iuuabit; & per totam vitam

tum

tum tibi, tum poſteris tuis proderit; ſi nihil patiaris elabi inter audiendum & videndum, præſertim in peregrinis locis, quod non ſtatim annotes. Nam ſi differres annotationem, facile effluet tibi aliqua circumſtãtia & pars rei, quæ deinde totam rem vel ingratam, vel obſcuram, vel inutilem reddunt.

Qui domi verſantur, poſſunt non tantum vnum habere diarium, nempe pro omnibus annotandis, tam rebus, quam rerum ſignis: ſed etiam plura diſtincta; primum quidem pro rebus vniuerſalibus & ſingularibus, ſeu exẽplis: alterum pro rerum normis, ſiue obſeruationibus Logicis, Rhetoricis & Poëticis. Tertium, pro rerum vocibus & verbis, atque adeo inprimis pro phraſibus elegantioribus. Qui vero peregrinantur, illi vnum tantum volumen pro his omnibus habere poſſunt & debent.

CAPVT. III.

De volumine digeſto & imperfectiori.

SEquitur, vt dicamus de voluminibus L. C. digeſtis, id eſt, talibus, quę diſtincta ſunt per certos titulos in frontiſpiciis chartarum ſcriptos, & non tantum per ſeriem temporis aut locorum, ſicut fiebat in aduerſariis.

Digeſtum ergo volumen eſt vel minus principale & imperfectius, vel principale & perfectius.

Et hoc imperfectum iterum eſt vel tuum, vel alienum.

Tuum, vel eſt alphabetarium, vel reali ordine diſpoſitum.

Alphabetarium iterum duplex eſt: vel præparatum, vel ſucceſſiuum.

Alphabetarium præparatum voco, vbi tituli ſcribuntur ordine ſecundum ſeriem alphabeti; ita, vt antequam incipias aliquid colligere, iam omnes titulos ex ordine literarum diſpoſueris, eo modo quo poſtea apparebit.

Succeſſiuum voco, cum non ante collectionem tituli alphabetarii ordine ſcribuntur: ſed prout quidlibet prius vel poſterius à nobis legitur & obſeruatur, pro eo vel prius vel poſterius ſcribitur.

E.g. ſi hodie aliquid legas de ſenectute, ſcribas titulum, *Senectus*, & relinquas ſpatia vacua. Si cras legas aliquid de bello, ſcribas titulum *Bellum*; & ſic deinceps. In fine autem voluminis facies indicem alphabetarium, & citato numero paginæ titulos, vbi opus eſt, requiras.

Hunc modum magni aliquot viri hodie ſtudioſis præſcribunt, & optimum eſſe cẽſent; ſed quia magnam difficultatem & varia impedimenta hæc ratio habet, nec iudicium vſque adeo illuſtrat, ſed potius implicat in rerum ordine intelligendo: Et quia ſæpe difficulter etiam aliquid licet in tali volumine inuenire, ideo eam diu retinendum fuerit, donec melior ratio inueniatur.

In verbis & phraſibus eadem eſt ratio quæ in rebus. Nam in tali alphabetico ſucceſſiuo volumine, prout quælibet phraſis primò occurrit, ita primo eius titulũ in frõtiſpicio ſcribis, &c. E. g. ſi legas epiſtolas Ciceronis, & in 1. epiſtola legas phraſin, *Sibi ipſi ſatiſfacere*. Scribis ergo primum titulum phraſium, *ſatiſfacere ſibi*. Legis deinde phraſin, *præclare mereri de Rep.* & facies titulum *Merendi*, & ſub iſto titulo ſimiles phraſes ſcribis, & ſic deinceps. In fine autem voluminis facis indicẽ alphabeticum, eodem modo quo antea diximus de rebus.

De reali collectione phraſium idem ſentimus, quod antea diximus, de eiuſmodi collectione rerum.

Et ſic de volumine imperfecto alphabetario: Volumen imperfectum ordine reali digeſtum, eſt quando ipſe tibi pro tuo captu & arbitrio, ſiue iudicio ordinem aliquem rerum aut verborum inſtituis.

Id quod à multis factum eſt, & adhuc hodie fit, qui cum ordinem alphabeticum non ita ament, conſtituunt ſibiipſis ordinem aliquem realem, ſuo quodam iudicio, ſi non exacto, & ad Logicam conformato, tamen propterea eis grato, quod ipſi inuenerint. Idcirco etiam audiui à multis, claris viris, *quemlibet pro ſuo captu & iudicio debere ſibi ordinem L.C. conſtituere.* Et afferebant has rationes: 1, quia poteris ſic facilius aſſueſcere huic ordini, tanquam proprio. 2, quia ſic labor tibi erit facilior, & magis gratus, cum ſequeris eum ordinem, cuius ipſe es inuentor. Atque inde etiam manarunt tot rationes L. C. paſſim à viris doctis in lucem editæ, cum nempe quilibet vir doctus ſuo priuato iudicio ſibi ordinem L.C. pręſcripſerit, vt paulo poſt apparebit.

Tantum de volumine digeſto imperfecto tuo: ſequitur de volumine digeſto imperfecto alieno, id eſt, tali in quo ſequeris ordinem iudicii non tui, ſed alieni iam in lucem editi, vel ſaltem ſcripto communicati. Quem ordinem ſequeris potiſſimũ propter autoritatem præſcribentis.

Ordo autem iſte alienus, ſiue Volumen alienum, eſt etiam vel in rebus, vel in verbis.

Volumen alienum in rebus eſt vel plenius, vel mutilum.

Digitized by Google

Mutilum eſt, cum tantum ſequimur titulos L. C. præſcriptorum in doctrina virtutum & vitiorum.

Talem ordinem titulorum plurimi autores præſcripſerunt, qui diſpoſuerunt titulos ſecũdum præcepta Decalogi, & in ſingulis præceptis virtutes & vitia digeſſerunt, vt fecit *Chytræus*; item Argentinenſes, apud quos editus eſt paruus libellus de Locis Communibus, *Hipperius*, *Bullingerus*.

Plenior ordo alienus in rebus, ſeu volumen plenius, præſcriptum eſt à Zuingero, *in Theatro vitæ humanæ*, quo ordine conatus eſt ille vir omnium rerum titulos comprehendere, ingenti quidem labore, ſed neſcio an pari fructu: nam nec ſecundum Logicam accuratè is ordo conſtitutus eſt, nec talis, vt omnia ad eum poſſis referre; nec denique talis, vt ſine difficultate magna poſſis reperire id quod cupis, niſi confugias ad indicem alphabetarium.

Præter Zuingerum plenum etiam ordinem conatus eſt conſtituere *Thomas Freigius* in ſuo *Ciceroniano*, & adhuc pleniorem autor ille, cuius typus nobis ex Hollandia eſt allatus, ita vt exiſtimetur eſſe Cuiacii.

Sed in his ipſis etiam deſideramus 1, regulas Logici iudicii: 2, plenitudinem; ſiquidem plura nominare poſſumus, ſiue plurimarum rerum neceſſariarum titulos qui ibi non extant, neque ad iſtum ordinem poſſunt reuocari. Nimirum, ſicut ille tibi vanam promiſſionem proponeret, qui diceret, ſe velle vnico ſyſtemate omnium rerum doctrinas tibi tradere; ita non poteſt ſane iſta promiſſio valere, ſi quis promittat ſe tibi vnâ ſerie & collectione ordinis velle optimos locos communes conſcribere; nam ordo locorum communium, ſequitur planè ordinem Syſtematis. Interim, ſi quis id quærat, quod qualecunque eſt, non vero quod plane perfectum eſt, iudicarim iſtam deſignationem Cuiacii non fore inutilem.

Ioannes quoque *Sturmius, in lib. de reſolutione linguæ Latinæ*, valde anxie in eo laborat, vt præſcribat regulatum ordinem Locorum communium. Et multa ſane vir ille vidit præ aliis in hoc genere, vt neminem plane habeam autorem, quem vnquam viderim, qui Sturmio præferri poſſit. Sed tamẽ dum ad decem Prædicamenta ordinem ſuum reducit, etiam à iudicio regularum Logicarũ declinat, & ſeriem valde imperfectam, mutilam, & ſubinde admodum confuſam delineat: talem tamen interim quam vtiliter quoque ſequi poſſit is, qui meliorem non deſiderat, aut inquirit.

Editi quoque ſunt L. C. *Ioannis Stobæi*, vetuſti autoris, qui vnà cum *Polyanthea* recens edita, ad hoc vtiles omnino eſſe poſſunt, vt qui nondum perfectam colligendorum locorum communium rationem reperire potuerunt, ad marginem, vel chartam puram inſertam Stobæo vel Polyantheæ annotent ea, quæ ibi vident non extare.

Tantum de volumine alieno quoad res: ſequitur de volumine alieno quoad verba & phraſes.

Verba, vt notum eſt, ſunt vel ſimplicia, vel coniuncta, ſeu phraſes. Et verborum quidem ſimplicium volumen partim alphabetarium præſcribitur ab autoribus, partim vero ordine rerum digeſtum.

Alphabetarium volumen verborum ſimplicium digeritur ſecundum ordinem Lexicorum, ſiue Dictionariorum. Volumen autem verborum ſimplicium ſecundum ordinem rerum, quomodo digeri velit, oſtendit Sturmius dicto de reſolutione Latinæ linguę libro, nempe ſecundum ordinem potiſſimum 10. Prædicamentorum per certas claſſes diſciplinarum diſtinctorum, vt nempe ſint vocabula Subſtantiæ, Quantitatis, Qualitatis, Actionis, Paſſionis, Relationis in rebus diuinis; poſtea etiam in rebus humanis, prout ibi videri poteſt.

Verba coniuncta, ſeu phraſes etiam duplici volumine alii autores diſponunt; nempe vel alphabetario, vel reali; quamuis nonnulli etiam planè fortuito ordine diſponunt, ſiue potius coaceruatione, quod poteſt eſſe tertium volumen phraſium, quoad ordinem alienum.

Alphabetario ordine phraſes diſpoſuit *Robertus Stephanus*, in ſuo Lexico linguæ Latinæ, & *Faber* in ſuo Theſauro, quem quidem ordinẽ nos vtilem iudicare, in ſequẽtibus dicetur.

Rerum ordine phraſes diſponere inſtituit Ioannes Sturmius, ſecundum 10. nempe Prædicamenta in rebus diuinis & humanis, quos eius titulos videant ſtudioſi in dicto libro.

Tertio & fortuito ordine, prout ſcilicet inter legendum quidlibet prius vel poſterius occurrit, phraſes Latinas plurimi diſpoſuerunt. Vt ſunt *Phraſes Vlneri, Manutii*, & aliorum; inter quos ego plurimi ſemper feci phraſes *Dietheri*, quibus titulus eſt, *Theſaurus conſcribendarum epiſtolarum*. Qui ergo non volet hunc laborem ſuſcipere, vt eo modo quo infra ſuaſurus ſum, phraſes colligat, ei vtile fuerit Dietherum ita vſurpare, vt chartas puras ſingulis paginis interſerat, & Dietheri iſtas phraſes tũ augeat; quãdo nempe titulum reperit in Diethero, titulum quẽ non reperit, addat, & iſtius

tituli

tituli phraſes ſcribat in charta ante, & poſt Diecheri volumen ligata. In Græcis phraſibus colligendis prolixam operam nauauit *Poſſelius*, qui plures habet titulos quam vllus alius, à quo viderim Latinas phraſes eſſe collectas.

Capvt IV.

Cõſilium de planiori ac pleniori Locorum communium ordine & volumine in Log. Rhetoricis & Poeticis.

EXplorauimus itaque omnes modos alieni in Locis Communibus colligendis conſilii: ſequitur, vt noſtrum conſilium explicemus; cuius geminus ſcopus eſt: nempe, vt ſtudioſis monſtremus Locorum communium viam, 1. magis methodicam & planiorem; 2. pleniorem, id eſt, talem, ad quam non quædam ſaltem aut multa, ſed omnia lectâ, auditâ, viſâ, vel propriâ meditatione inuenta reduci ac referri poſſint.

Primo ergo oportet diſtinguere inter generale volumen Locorum communium, & inter ſpeciale. Nam primum volumen tuum ſit volumen generale, de omnium diſciplinarum anticipatis & præcognitis.

De hoc volumine ſunt hi Canones:

Volumen generale, ſiue generaliſſimorum præcognitorum, poteſt eſſe omnium voluminum minimum.

Titulus volumini huic præfigi poterit: *Volumen generalium anticipatorum*; ſeu, *præcognitorum ad omnes diſciplinas.*

Partes huius voluminis duæ diuerſæ eſſe debent; vna principalis, altera minus principalis.

Pars principalis maiorem & priorem partem voluminis debet occupare, & continere titulos rerum ipſarum.

Pars principalis huius voluminis hos ordine titulos continebit: 1, De perfectione humanæ mentis & voluntatis, atq; adeo omnium virium hominis. 2, de Contemplatione. 3, de Actione. 4, de Factione, ſeu artificio. 5, de diuerſis vitæ generibus & inſtitutis, ſeu profeſſionibus hominum. 6, de habitibus mentis in genere. 7, de habitibus voluntatis. 8, de ſtudiis liberalibus, ſiue doctrina & eruditione, atque adeo de viris doctis. 9, de ſtudiis rerum. 10, de ſtudiis exemplorum, ſeu hiſtoriarum. 11, de Sapientia & intellectu. 12, de Scientia, deque ſcientiarum ordine & connexione inter ſeſe. 13, de Prudentia, quatenus nẽpe ſumitur prudentia pro habitu mentis, non pro virtute morali ſeu Ethica. 14, de arte. 15, de philoſophia in genere, & de philoſophis. 16, de facultatibus ſuperioribus, & harum ſtudioſis. 17, de exercitatione, ſiue vſu ſtudiorum. 18, de peregrinatione. 19, de præceptoribus. 20, de libris. 21, de Muſæis.

Minus principalis pars voluminis primi, continebit autores, ſiue nomina & catalogum autorum, qui de ſtudiis in vniuerſum, ſiue de talibus generalibus præcognitis & anticipatis diſciplinarum ſcripſerunt, & qui nobis videre vel legere contingunt obſeruatione digni.

Primo ergo ſcribantur veteres autores Hebræi, Græci, Latini.

Poſt addantur recentes autores, tam domeſtici quam externi, nempe Itali, Germani, Galli, Hiſpani, &c.

Notentur autem tam illi, qui ipſi aliquid ſcripſerunt pro ſe in hoc argumento, quam ii, qui commentationes addiderunt in aliorum textum.

Omnes vero notari poſſunt vel eo ordine, quo eos contingit videre vel audire; vel etiam ordine nominum alphabetico.

Sic de primo volumine Locorum communium, quod eſt generaliſſimum: Iam porrò ad ſpecialia & particularia veniendum eſt. Cum autem ſpeciale volumen ſit vel rerum vel ſignorum, & ſigna ſint vel normæ, vel verba; normæ autem propter mentis noſtrę imbecillitatem debeant præcedere ipſas res, idcirco de voluminibus Locorum communium, quoad normas, prius agemus.

Cum ergo normales diſciplinæ ſint Logica, Rhetorica, & Poëtica, idcirco ſecundum volumen L. C. adornabitur pro Logicâ.

Sed hoc volumen propter commoditatem diuidi debet in duo volumina; quorum prius ſit præceptorum Logicorum, alterum ſit volumen Gymnaſii Logici.

Prius volumen L. C. Logicorum, non neceſſe eſt vt hi, quibus hæc communico, peculiare ſibi adornent, ſumant Syſtema noſtrum magnum, & interſerât chartam puram, in qua ea, vel etiam ad marginem ipſius textus breuiter notent, quæ apud alios vel lecturi, vel audituri ſunt de præceptis Logicis. Et, ſi maxime non ſtatim incidat, vbi de aliqua materia Logica in Syſtemate tractetur, duplex index conſulendus eſt, nempe anterior, qui habet diſpoſita capita Syſtematis, & poſterior, qui habet res & verba Syſtematis.

Si quid ergo legatur de *Logica* in genere, nempe de eius vtilitate, dignitate, annotetur ad primam chartam lib. I. Syſtematis, vbi *Logi-*

ca definitio extat. Si quid autem legatur de præceptis Logicis in ſpecie, id annotetur ad ſingula præcepta vel ſeriem capitum, & tabularum præfixarum. Nam tabulæ nihil aliud ſunt, quam tituli Locorum Communium Logicorum, quoad præcepta.

Alterum volumen L. C. Logicum, erit volumen vſus, quod illi iidem quibus hæc communicamus, peculiare vt conficiant, non magnopere ſuadeo. Sumant *Gymnaſium Logicum*, & inſertâ purâ chartâ idem faciant, quod iam dixi de Locis communibus præceptorum faciendum. Vel etiam, quia plenius in priuatis prælectionibus omnia tradidi, ſumant iſtas prælectiones, & vel ad marginem vel in chartâ purâ inſertâ notent quę notatione digna ſunt.

E.g. Si quid legatur de L.C. apud alios, vel audiant ſingularia, notent ad has ipſas noſtras prælectiones. Si quid de ratione formandorum ſtudiorum, ſiue diſcendi, notent ad noſtras Tabulas nuper editas, quas tanquam partes Gymnaſio Logico curent aſſui, vel prælectionibus hiſce priuatis.

Non vero tantum iſta, quæ de præceptis hiſce & canonibus Gymnaſii Logici legent, annotabũt in hoc volumine, ſed inprimis ſciant parari hoc volumen pro exemplis vſus Logici.

E. g. Si quod legant egregium exemplum tractati thematis ſimplicis perfecti, notent vbi illud exemplum extet; ſic de thematibus imperfectis, ſic de acutis diſputationibus, ſic de dextris reſolutionibus autorum annotabunt ſtudioſi exempla præclara, vt poſſint cum iis, quæ antea ibi habent, conferre, atque ita vſum diuinæ artis per totam ſuam vitam fouere.

Vtrumque autem volumen hoc Logicum, etiam diſtingui poteſt in partes, vt poſteriori parte annotentur autores veteres & recentes, qui vel de præceptis, vel de vſu Logicæ ſcripſerunt.

Sic de tribus voluminibus, nempe volumine generaliſſimorum præcognitorum, de volumine præceptorum Logicorum, de volumine vſus Logici: ſequitur quartum volumen, nempe præceptorum Rhetoricorum, quod etiam nullum peculiare vobis conficietis. Sumite Syſtema Rhetoricum, quod Deo benedicente pertexemus, & ſi quid aliquando occurret, quod ibi non extet, vel ad marginem, vel inſertâ purâ chartâ adiicite, ſequentes eandem methodum quam nos tenuimus.

Quintum volumen erit Gymnaſii, ſiue vſus Rhetorici, ſeu exercitationis eloquẽtiæ, quod vel ſit oratorium vel epiſtolare.

Oratorium voco, in quo notari debent ea, quę ad ſtilum orationibus conuenientem pertinent.

Et hoc volumen iterum duplex eſſe debet, ita vt prius ſit volumen formularum Oratoriarum, de quibus in Rhetoricis, Deo dante, plenè dicetur. Poſterius volumẽ duas debet continere partes, quarum priori notandæ ſunt deſcriptiones, hypotypoſes, itemque laudes & vituperationes, tam rerum quam perſonarum paſſim ex autoribus collectæ. Poſterior pars cõtinere debet exempla pulcrorum exordiorum; item pulcrarum perorationum, paſſim etiam ex autoribus collectarum. In fine vero debent annotari nomina oratorum veterum & recentium, qui de diuerſis materiis orationes ſcripſerunt.

Epiſtolicum volumen erit, quod accommodatum eſt ad Epiſtolas ſcribendas, atque adeo etiam ad familiarem ſermonem, debetque ita ſubdiuidi, vt oratorium volumen.

Vtrumque autem tam Oratorium, quam Epiſtolicum diſtincta paginarum lareta, ſiue ſpatia continere debet, ſic vt in vno ſpatio dimidiatæ paginæ annotentur ea, quæ ad Aſiaticas orationes & epiſtolas pertinent. In altero vero ſpatio ea, quæ pertinent ad orationes & epiſtolas magis iam Atticas & Laconicas, atq; adeo breuiores & neruoſiores; de quibus omnibus alactius videbitur in Rhetorico Syſtemare.

Poëticum volumen etiam vel ad præcepta accommodabitur, vel ad vſum, eodem modo quo Rhetoricum; qua de re nihil neceſſe eſt apud eos prolixius agere, quos ſcio Poëtas non futuros.

CAPVT V.

De Voluminibus L. C. in diſciplinis ſpecialibus, quæ res ipſas tractant; & in ſpecie quidem de L. C. Theoſophiæ & Metaphyſicæ.

POST adornata volumina L. C. pertinentium ad normas rerum vel intelligẽdarum, vel eloquendarum, accedi debet ad adornanda volumina Locorum communium in diſciplinis res ipſas docentibus. Tot enim eſſe volumina debent diſtincta, quot ſunt diſciplinæ; quod etſi ab initio præſuppoſuerimus, tamen hîc iterum admonemus.

Eſt autem volumen Locorum communium realium vel ordinatum, & digeſtum naturali methodo rerum, vel ordine alphabetario concinnatum.

De

De priori hoc loco agimus, & ad illud pertinet hoc quod modo diximus, debere pro ſingulis diſciplinis ſingula Locorũ communium volumina parari. De alphabetario autem tum dicturi ſumus, quãdo abſoluerimus primariam hanc & ſecundum naturæ ordinem factam locorum communium deſignationem.

Eſt ergo omne volumen diſciplinæ realis, vel contemplatiuum vel operatiuum, prout omnis diſciplina eſt vel contemplatrix vel operatrix.

Inter volumina contemplatiua primum eſt quod ad primam diſciplinam pertinet, nempe ad *Theoſophiam*; ſiue primam ſapientiam, quæ eſt de Deo, tanquam eſſentia prima & ſimpliciſſima.

Ne cui mirum videatur, nos diſtinguere in tabula edita, & hoc etiam loco Theoſophiam & Theologiam; idcirco breuiter noſtræ ſententiæ rationes exponemus. Prima autem ratio hæc eſt, quia Dei notitia eſt generalior, quã vt in Theologia ſpecialiter dicta, ſola & per ſe tractari debeat; ſiquidem non tantum ad bonum ſpirituale, quod ſolum Theologiæ, tanquam finẽ ſuum proprium ſpectat, notitia Dei pertinet, ſed etiam ad bonum naturale & morale. Ita vt nemo poſſit eſſe vel Phyſicus vel Ethicus perfectus, cui ignota ſit prima eſſentia, & primum principiũ rerum naturaliũ & moralium, videlicet Deus. Cum ergo pariter ad Philoſophiam & Theologiã notitia Dei pertineat, & cum principia diſciplinarum Philoſophicarum nõ minus pendeant à primo bono; quam præcepta Theologiæ, ideo neceſſario aliqua diſciplina generalis ſupra Philoſophiam & Theologiam ſpecialiter dictas, conſtitui debet, quã *Theoſophiam* dicimus. 2, *Theologia ſpecialiter dicta*, per ſe & ſuã naturã eſt operatrix: habet enim pro fine aſſecutionẽ vitæ æternæ, quod Apoſtolus teſtatur ad Philip. 2. inquiens: *Operamini ſalutẽ veſtram*. & latius id demõſtrauimus ab initio Syſtematis Theologici. Cum ergo ſit operatrix diſciplina, non poteſt tota verſari in contemplatione Dei, ſed potius debet verſari in illis mediis quæ Deus ordinauit; vt nos ad ſalutem ducant; vt eſt agnitio miſeriæ; Item; liberatio per Chriſtum facta, & regeneratio noſtri ac bona opera. Dei autem notitia eſt tam ampla, vt peculiarem plane diſciplinam & integram requirat, & omnis operatrix diſciplina mutuatur ſua principia ab aliqua contemplatrice. Cum ergo Theologia ſit operatrix diſciplina, vtique etiam mutuabitur ſuum principium, videlicet doctrinam de Deo ab aliqua ſuperiori & contemplatrice diſciplina, nempe à Theoſophia. Si quis dicat, Deum non poſſe aliter cognoſci, quam ex Sacris literis, ideo iſtam doctrinam pertinere ad Theologiam: reſpondeo, plurima eſſe in ſacris literis, quæ nõ pertinent ad Theologiã ſpecialiter dictam, ſed ad alias diſciplinas, quod etiam in Gymnaſio Logico latius expoſuimus, circa doctrinã de vſu methodi. Si quis porrò dicat, *Philoſophos nihil ſcire de Deo, aut ſaltem nõ habere verã notitiam Dei*, ideo ad Philoſophiã iſta nõ pertinere. Reſp. 1, nec id me velle, vt ad Philoſophiã ſpecialiter ſic dictã, iſta tractatio pertineat, ſed conſtituere Theoſophiam ſupra Philoſophiã; quod ex tabula apparet. Nec ſequitur: *Ethnici Philoſophi tal. diſciplinam nõ habuerunt: Ergo tam conſtitui non debet.* Nam conſtitutio diſciplinæ nõ ex hominũ imbecillitatibus, ſed ex rerũ natura æſtimari debet. Deniq; ſi quis dicat, ipſum nomẽ *Theologiæ*, indicare, quod de Deo ex profeſſo ibi ſit tractandũ. Reſpon. vocabulũ *Theologiæ*, inde natum eſſe, quod Philoſophi verã de Deo doctrinã olim non tradidiſſent, nec ſuprà Philoſophiam talẽ aliquam diſciplinã conſtituerẽt; ideo doctores & ductores æternæ ſalutis neceſſario in ſe recepiſſe duplex onus; 1, vt de principio primo æternæ ſalutis, videl. de vero Deo homines erudirẽt, poſtea media monſtrarent, quæ Deus ordinaſſet & propoſuiſſet hominibus ad ſalutẽ conſequendã. A priori ergo illo, nẽpe à principio æternæ ſalutis primo; ortum eſt Theologi nomen, & hucuſq; ſemper retẽtum, neq; nos cupimus illud abrogare, ſed tantum ea diſtinguere, quæ diſtinguenda ſunt. Interim, ſi *Sotirologia*, ſeu *diſciplina ſalutis & boni ſpiritualis* diceretur, denominatio fieret ab ipſo fine & mediis. Propono meã ſententiã; qui eã non vult amplecti, poterit ſuã retinere. Quicquid facio, facio propter methodũ & ordinẽ.

Partes huius diſciplinæ duæ conſtitui poſſunt: 1, de Deo: altera, de patefactione Dei.

Tituli primæ partis ſunt: 1, De Theoſophia. 2. Dei eſſentia. 3, Modus exiſtẽdi in eſſentia diuina, qui dicitur *perſona S. Trinitatis*. Ibi ergo de Trinitate in genere. 4, Pater. 5, Gignere. 6, Filius. 7, Gigni ab æterno. 8, Spiritus S. 9, Proceſſio à Patre & Filio. 10, Proprietates Dei in genere. 11, Independẽtia & primitas. 12, Simplicitas. 13, Immutabilitas. 14, Infinitudo. 15, Idæa perfectionis. 16, Idea intellectus perfectiſſimi. 17, Idea voluntatis perfectiſſimæ.

Et hæ ſunt proprietates Dei abſolutæ: ſequuntur proprietates Dei relatæ ad creaturas. 1, Omnipotentia. 2, Præſcientia. 3, Benignitas & miſericordia. 4, Iuſtitia. 5, Ius abſolutũ Dei in creaturas 6, Veritas & infallibilitas.

7, Decretum. 8, Decretorũ executio. 9, Creatio in genere & in ſpecie, perfex dies creationis. 10, Quies à creatione. 11, Prouidentia. 12, Conſeruatio creaturarum. 13, Rectio, ſeu gubernatio creaturarum. 14, Defenſio aduerſus Sathanam. 15, Media in genere conſiderata, per quæ Deus defendit creaturas.

Hi ſunt tituli prioris partis: Poſterioris partis tituli ſunt: Patefactio Dei in genere. Patefactio Dei extraordinaria. Viſio. Inſpiratio. Patefactio Dei ordinaria in genere. Verbum Dei, ſeu ſacræ literæ. Verbi diuini ſufficientia, ſeu perfectio. Verbi diuini perſpicuitas. Vetus teſtamentum. Libri Canonici. Libri Apocryphi. Nouum teſtamentum.

Hæc in priori parte voluminis Theoſophici diſponenda ſunt: poſterior pars contineat autores, qui de his omnibus ſcripſerunt.

Fuerunt loci communes Theoſophiæ; quæ eſt prima omnium ſcientiarum: ſequuntur loci communes ſecundarum ſcientiarum.

Secunda autem ſcientia eſt vel generalis, vel ſpecialis.

Generalis ſcientia tractat de Ente creato, quatenus Ens eſt, & dicitur *Metaphyſica.*

Eius duæ ſunt partes: prior, de Ente primario, ſiue de ſubſtantia; poſterior, de Ente ſecundario, ſiue accidente.

Tituli partis prioris ſunt: De Metaphyſica. De ente impropriè dicto in genere. De imagine Entis. De oppoſito Entis, ſeu de negatione & non Ente. 5, de Ente proprie dicto. 6, de ſubſtantia. 7, de principiis ſubſtantiæ, & primò quidem de dependentia à Deo, tanquam prima eſſentia. 8, de compoſitione, ſeu concretione, per quam Ens dicitur. 9, de principiis internis: & 1, de eſſentia ſubſtantiæ. 10, de exiſtentia ſubſtantiæ. 11, Modi Entis in genere. 12, Modi Entis inſtar qualitatum. 13, Vnitas. 14, Veritas. 15, Bonitas. 16, Perfectio & plenitudo. 17, Pulcritudo, 18, Finitudo, ſeu determinatio eſſentiæ & exiſtentiæ.

Et hi ſunt modi inſtar qualitatum primi. 19, Modi orti in genere. 20, Cauſatio. 21, Prioritas & poſterioritas. 22, Neceſſitas. 23, Contingentia. 24, Poſſibilitas. 25, Facilitas & difficultas. 26, Identitas & cõuenientia. 27, Diuerſitas. 28, Pugna ſeu oppoſitio. 29, Modi inſtar graduum in genere. 30, Vniuerſalitas. 31, Singularitas, ſeu indiuiduatio.

Poſt modos ſubſtantiæ, ſequitur diuiſio eius, quod ſit ſpiritualis, vel corporea. Spiritualem ſubſtantiam ſumit ſibi Pneumatica. Corpoream generaliter delibat Metaphyſicus. 32, Totalitas. 33, Partialitas.

Secunda pars Metaphyſicæ, de Accidente. 1, de accidente in genere. 2, de accidente perfectiori, ſiue abſtracto. 3, de quantitate. 4, de qualitate. 5, de actione. 6, de paſſione. 7, de accidente imperfectiori in genere. 8, de accidente concreto. 9, de ſitu. 10, de habitu. 11, de Vbi. 12, de Quando. 13, de accidente per ſimilitudinẽ dicto, videlicet de relatione poſt hos titulos in poſtrema parte voluminis contentur autores Metaphyſici.

CAPVT VI.

De Locis communibus ſpecialium ſcientiarum, nempe ſcientiæ Pneumaticæ, Phyſicæ & Mathematicæ.

POſt volumen Metaphyſicum, ponendum eſt volumen Locorum communium Pneumaticorum, id eſt, pertinentium ad diſciplinam tractantem de Spiritibus. Cuius quidem diſciplinæ duæ ſunt partes; prior eſt de Spiritu in genere; poſterior, de Spiritu in ſpecie.

Prioris partis hi ſunt tituli: De diſciplina Pneumatica. De Spiritu & eius natura. De ſimplicitate ſpirituum, & quomodo dicantur eſſe expertes ſpirituum. De immunitate ſpirituum à quantitate. De circumſcriptione ſpirituum, atque adeo de illocalitate reſpectu loci continentis. De qualitatibus ſpirituum, & quomodò eos in ſe recipiant. De actionibus ſpirituum. De motu locali ſpirituum, quomodo ex vno loco in alium moueantur. De paſſionibus ſpirituum; ſeu quomodo poſſunt pati ſpiritus. De modo intelligendi, ſeu intellectu ſpirituum. De modo volendi, ſiue volitione ſpirituum, atque adeo etiam de affectibus & cupiditatibus ſpirituum. De potentia ſpirituum ſiue efficacia, atque adeo de robore. De effectibus ſpirituum reſpectu Dei. De effectibus ſpirituum inter ſeſe. De effectibus ſpirituum ad corporeas creaturas. De velocitate ſpirituum & penetratione per corpora. De cohabitatione ſpirituum cum corporibus, ſiue cum materia, atque adeo de obſeſſione, quomodo ſpiritus poſſit corpus obſidere. De variis apparentiis ſpirituum.

Hi ſunt tituli prioris partis: pars poſterior Pneumaticæ, nempe de ſpiritibus in ſpecie, iterum duplex eſt, nempe vel de ſpiritu perfecto & completo, ſiue de ſeparato, vel de ſpiritu ſociato, ſiue vel de angelo, vel de anima rationali.

Tituli poſterioris partis, nẽpe de Angelis, ſunt hi: de ſpiritu completo, ſiue ſeparato, atque adeo

adeo de angelo in genere. De angelorum creatione. De angelorum numero. De angelorum potentia & viribus. De angelorum ſtatu, antequam nonnulli ex iis laberentur. De angelis bonis in genere. De angelorum bonorum confirmatione in ſuo ſtatu. De angelorum bonorum miniſteriis reſpectu Dei. De angelorum bonorum officiis ad ſe inuicem. De angelorum bonorum officiis reſpectu creaturarũ. De angelorum bonorum certamine, cum malis, pro defenſione gloriç Dei & conſeruatione creaturarum. De angelorum bonorum miniſteriis, reſpectu terræ, cæli, aquæ, aëris & aliorum corporum naturalium inanimatorum. De angelorum bonorum miniſteriis circa corpora viua, & inprimis circa hominem. De miniſterio angelorum circa pios in genere, atque adeo de bonis geniis. De bonis geniis circa natiuitatem hominis, atque adeo circa geſtationem fœtus in vtero, & circa partum. De angelorum bonorũ miniſteriis circa conſeruationem vitæ & valetudinis humanæ, atque adeo de comitatu bonorum angelorum & defenſione in periculis itineris, maris, belli. De miniſterio bonorum angelorum circa hominis agonem. De geſtatione animarum piarum per angelos in ſinum Abrahæ, atque adeo de defenſione iſtarum animarum à corpore ſeparatarum contra inſidias diaboli. De miniſterio bonorum angelorum circa bona noſtra, videlicet circa domum, & quæ in ea. De apparentiis bonorum angelorum. De formis & corporibus quæ angeli aſſumunt, quando hominibus apparent. De conſortio bonorum angelorum cum piis hominibus in altera vita, quale illud ſit futurum. De malis angelis in genere. De malorum angelorum peccato. De pœna peccati in malos angelos. De corrupto intellectu malorum angelorum, atque adeo de perpetuis dubitationibus, vt etiã cum certè aliquid ſciant, non tamen ſciant. De corrupta volũtate & appetitum malorũ anglorum: & quod illa etiam oderunt quæ vellent amare. De malorũ angelorum odio aduerſus Deum. De malorum angelorum odio adverſus angelos bonos. De malorum angelorum odio aduerſus cælum & ſydera. De malorum angelorum odio aduerſus elementa, quæ omnia cuperent turbata & mixta. De malorum angelorum odio aduerſus corpora mixta inanimata, vt metalla, gẽmas. De odio erga plantas. De odio erga animalia etiam bruta. De odio, erga hominem inprimis. De numero & ordinibus malorum angelorum. De angelorum malorum habitaculis; & 1 quidem de habitaculo temporario, nempe de aëre, cuius ſunt principes. De illorum habitaculo perpetuo, videlicet inferno, deque eius igne & aliis adiunctis. De angelorum malorum miniſteriis, quæ duo præſtant, tanquam carnifices quidam tum aduerſus ſeipſos, tum aduerſus homines malos. De ſubiectione & ſeruitute, quã angelus malus bono ſubiicitur. De effectis malorum angelorũ quoad homines bonos, quos permiſſione diuinâ vexant interdum. De effectis illorum, quoad homines impios in hac vita. De effectis illorum in hominibus impiis, quoad alteram vitam. De effectis illorũ, quoad alias creaturas, nempe quoad tempeſtates, pluuias, tonitrua, ventos, quid & quantum ibi poſſint. De malorum angelorum coniuratis, nempe de ſtrigibus & veneficis, de necromanticis, de ſortilegiis, &c. De ceremoniis, quibus adiurantur mali angeli, quibus item retinentur & adiguntur ad aliquid præſtandum. De malorum angelorum apparentiis, ſiue, quoad viſionem, ſiue quoad actionem, atque adeo de ſpectris variis, tam domeſticis, quam iis, qui extra domum apparent. De angelorum malorum apparentiis in actione, ſiue de præſtigiis dæmonum.

Hi ſunt tituli de ſpiritibus ſeparatis: reſtant tituli de ſpiritu ſociato, ſiue de anima rationali. De natura & ſimplicitate animæ rationalis. De eius nexu cũ corpore, ſiue de appetitu, quo cupit necti cum materia. De creatione primæ animæ. De infuſione, vt vocant, ſiue de copulatione animarum reliquarum cum corporibus hominum. De diſtinctione animarum rationalium; &, an ſint ordines animarum rationalium, ſicut ſunt ordines angelorũ. De actione animæ rationalis in corpore, ſiue ea animã diſtinctas habeat actiones ab iis, quas in toto compoſito, ſeu homine producit; atque adeo de actione animæ in ſomno. De raptu animæ, ſiue de Enthuſiaſmo. De præſagiis animæ. De affectione animæ circa id tempus quo debet à corpore ſeparari. De ſtatu animæ extra corpus, ſiue poſt mortem. De ſtatu animarum piarum poſt mortem. De reuocatione animarum ad ſua corpora, atque adeo de reſurrectione mortuorum. De ſtatu animarum cum corpore in altera.

Poſt volumen L. C. Pneumaticorum, conſtituendum eſt aliud volumen, nempe *Phyſicum*, cuius deſcribantur tituli ex Syſtemate noſtro Phyſico.

Et quia in Syſtemate doctrina de metallis, ſuccis, lapidibus, gemmis, plantis & beſtiis tantum ſtricte & breuiter tradita eſt, ideo quæ-

cunque de his rebus leguntur, ad generales iſtos titulos in ſyſtemare propoſitos ſic debent referri, vt tamen interim ſpatium amplius ſub iſtis generalibus titulis relinqnatur, quam ſub aliis titulis ſpecialioribus. E.g. Si ſit titulus de gemmis, ibi debet relinqui multorum foliorum ſpatium, vt quicquid de aliqua gemma legis notatu dignum, id ad iſtum generalem titulum ſcribas. Sic etiam de herbis, de arboribus, &c.

Inter Mathematicas diſciplinas primo loco occurrit *Geometria*. 2, *Arithmetica*, in quibus diſciplinis, L. C. vobis non valde proderunt.

Tertio loco occurrit *Aſtronomia*, quã methodicè tractauimus in Syſtemate noſtro Aſtronomico, ad cuius marginem ſi illa adſcripſeritis quæ voletis annotare, vtique opinor ſufficiet; ſiquidem pauca annotaturi in hac materia eſtis, qui Politicis rebus operam nauabitis.

Poſt Aſtronomiam ſequitur *Aſtrologia*, ſiue ſciẽtia de rebus futuris ex aſtrorum poſitu cognoſcendis; quam diſciplinam etiam nõ magnopere, vt exiſtimo, curabitis. Et, ſi quid omnino hic notandum foret, poſſit annotari ad titulos diſpoſitos in ephemeridibus Origani.

Deinceps ſequitur *ſcientia Geographica*, quæ admodum vtilis eſt Politicæ & Hiſtoriæ ſtudioſis, ita vt omnino debeant in ea multum annotare, quæ vel vident vel legunt, vel audiunt, de variis mundi locis & regionibus.

Eſt autem Geographiæ pars duplex; generalis nempe & ſpecialis. Generalis partis titulos omnes methodicè diſpoſitos habetis in noſtro Geographico ſyſtemate; & quia ad generalem iſtam doctrinam non multum eſtis notaturi, ſatis eſt ſi ad marginem notetis.

In ſpeciali vero parte, vbi de ſingulis mundi partibus & regionibus in ſpecie eſt tractãdum, iſta ſunt aſſumenda adminicula: 1, *Theatrum Ortelii*, vel *Atlas Mercatoris*; & ad iſtas tabulas ſeu deſcriptiones tabularum, annotandum de ſingulis regionibus quod vis obſeruare.

Sed quia non vrbium ibi eſt deſcriptio, ideo comparent ſibi Studioſi *Theatrum vrbium*, egregium ſane opus, & ad marginẽ, vel in charta pura inſerta, notent ea, quæ obſeruant, ita vt ibi annotata eſſe non videant.

Sed & Lexicon ſiue Dictionarium Hiſtoricũ ac Geographicum valde ad hãc rem proderit, vt nempe ad nomen regionis vel vrbis annotes ea, quæ annotare cupis.

Poſt Geographiam ſequitur *Optica*, in qua etiam non multum notabitis; ſi quid tamen occurret, poterit notari ad marginem noſtri *Compendii Optici*. In Muſicis non video quid ſit magnopere notandum.

Sequitur *Geodeſia*, ſiue ſcientia de mẽſurandis rerum dimenſionibus, vbi etiam notatione magna nõ eſt opus. Si quis aũt omnino aliquid notatu dignum iudicabit, poterit annotare ad marginem alicuius libri de his rebus ſcripti, vt ſunt inprimis *mechanica Hulſii*, qui perſpicue ſcripſit de menſura longitudinum, latitudinum, ſiue agrorum altitudinum, vt turrium, & profunditatum, vt puteorum.

Deinceps ſequitur architectonica, in qua ſubinde aliquid occurrere ſolet ſtudioſis Politicis annotandum. Itaque breuiter poſſunt aliquo paruo volumine hos titulos Architectonicos notare: De Architectonica in genere, atque adeo de architectis tã principalibus, quos *Ingeniarios* vocant, quam adminiſtris, quos *fabros* dicimus, qui ſunt vel ferrarii, vel lignarii, vel cæmentarii. De Architectonica ædificatoria in ſpecie. De materia ædificiorum in genere. De lignis ad ædificandum aptis. De cæmento, nempe luto, calce, lapidibus, lateribus. De forma ædificiorum in genere, & quidem primo de forma pertinente ad neceſſitatem & commoditatem. De ædificiis publicis. De ædificiis pertinentibus ad habitandum, ſiue de ædificiis togatis & tempore pacis præcipue valentibus. De ædificiis ſacris. De curia. De ædificio Scholæ. De granario publico. De aula magiſtratus, ſeu Principis. De ſtabulo publico. De ædificiis priuatis. De ædificiis ad bellum pertinentibus in genere. De arcibus. De munitionibus vrbanis. De foſſa vrbis. De mœnibus. De vallo. De propugnaculis ad vallum. De armamentario, & quæ ad illud. De ædificiis bellicis extra munitionem, ſiue de caſtris. De ædificiis nec ad neceſſitatem, nec defenſionem pertinẽtibus, ſed ad amœnitatem. De ornatu & ſplendore ædificiorum, ſiue quomodo ædificia extruenda ſint, non tantum ad neceſſitatem & commoditatem, ſed etiam ad ſplendorem & ornatum.

Altera pars voluminis Architectonici eſt *Organica*, ſiue *mechanica*, de inſtrumentis, ſeu machinis variis, in qua parte hi tituli ſufficiẽt: De machinis in genere, & de machinatoribus, ſeu machinarum fabris. De automatis, ſiue machinis per ſe & intus mobilibus; atque adeo etiam in ſpecie de horologiis. De machinis externe motis in genere. De machinis ſcanſoriis, ſeu quæ ſcandendo mouentur. De machinis ſpiritalibus, id eſt, talibus, quæ vel vento, vel alio flatu, nempe follibus impelluntur.

De

De machinis aquaticis, id eſt, talibus, quæ aquâ impelluntur, atque adeo etiam de aquæductibus,& de molis. De machinis tractoriis, id eſt,iis,quæ trahuntur vel ab equis vel ab hominibus.

Capvt VII.

De voluminibus Locorum Communium in diſciplinis realibus operatricibus.

Volumen in diſciplinis operatricib.eſt vel prudentiæ,vel artis. Et prudentiæ iterum vel religioſæ,vel ciuilis. Volumen L.C. prudentiæ religioſæ, ſiue quod idem eſt, S. Theologiæ,quæ eſt prudētia ad ſalutem animæ perueniendi, diſponi debet eo titulorum ordine, quem monſtrauimus in 2.& 3.libro *Syſt. Theol.* Nam primus liber habet titulos partim Theoſophicos,partim Pneumaticos.

Itaque aut poterunt transſcribi illi tituli in peculiare volumen, aut quæ notanda ſunt, ad marginem notari poſſunt, vel in pura charta inſerta.

Prudentia ciuilis eſt vel generalis, vel ſpecialis.

Generalis prudentia, primo eſt *Ethica*; cuius titulos etiam diſpoſuimus in Syſt. Ethico. Itaque inde vel transſcribi poſſunt; vel, quod magis ſuaſerim, ad marginem latiorem notentur ea, quæ in Ethicis notanda ſunt.

Idem ſuadeo de *Oeconomicis*, cuius titulos omnes diſpoſuimus ſpecialibus tamē exceptis, vbi quilibet pro conditione eius loci, in quo familiam habiturus eſt, notabit ad vſum ſuum accommodata peculiari ad id volumine facto, in quo tituli diſponentur eodem plane ordine, quo diſpoſiti ſunt in generali Oeconomica,incipiendo nempe a perſonarum ſocietate & progrediendo ad poſſeſſionē domeſticam.

E. g. Si quis in Germania familiam habere vellet, inſtitueret volumen peculiare, in quo ſecūdum ordinem titulorum generalium Oeconomicorum notaret ſpeciales obſeruationes quæ ad Oeconomias in Germania pertinent, vt de vxore ducenda in Germania, de liberis educandis in Germania, de famulis in Germania conducendis,de poſſeſſione acquirenda in Germania,de agricultura in Germania,de mercatura in Germania, &c.

Volumen *locorum Politicorum* ſequitur,quod etiam eſſe debet vel generale,vel ſpeciale.

Generalis voluminis titulos iam diſponimus in adornando Syſtemate Politico, quod vbi benedicente Deo fuerit abſolutum, habebunt Politicæ ſtudioſi titulos methodicos & plenos, ſecundum quos poſſint res politicas notare.

Speciale Politicum volumen eſt,in quo diſponuntur L.C. ſpeciales & particulares pertinentes ad Reip. ſtatum in iſta regione vel vrbe,in qua victurus es.

Quod volumen tam varium eſſe poteſt & multiplex, quam eſt forma Reipublicæ: ſi enim viuas ſub abſoluta monarchia,habebis titulos de abſoluta monarchia ordine diſpoſitos, ſub quibus notes quæ ad tuum vſum pertinent. Sin viuas in tali regno,in quo ſit mixta Ariſtocratia cum Monarchia, habebis titulos de mixta illa Monarchia diſpoſitos. E.g. ſi quis viuat in Polonia, habebit volumen locorum communium pertinentium ad formam regiminis in Polonia, quod volumen diſtinguendum erit in duas partes.

In priori parte ſpecialis iſtius voluminis diſponentur tituli de regno Poloniæ in vniuerſo. E. g. 1. de Rege Poloniæ. 2, de electione regis, atque adeo de interregno. 3, de comitiis electoriis. 4, de iuramento regis. 5,de inueſtitura regis. 6,de Senatoribus regni, atque adeo de Palatinis, Caſtellanis, Cancellario, Mareſcaldo,Capitaneis,&c.

Alterum volumē erit de ſingulis regni prouinciis,primo quidem de primariis,nempe de Polonia maiori, minori, Lithuania, Ruſſia, Vulinia,Boruſſia,Liuonia,&c.

Volumen *Iuriſprudentiæ*, etiam debet eſſe vel generale,vel ſpeciale.

Generale volumen diſponetur ſecundum iſtos titulos, quos quidam ex auditoribus noſtris nuper in tabula delineauit.

Speciale volumen iuris debet continere titulos accommodatos ad ius ſpeciale eius loci, in quo viuimus. E. g. qui vellet viuere Dantiſci, deberet ſecundum generales titulos notare ea, quæ noſtro iure municipali ſunt recepta. Sic qui viuit in regno Poloniæ, notabit titulos iuris generalis, ſed ita, vt quæ ſpecialiter in iſto regno vſitata ſunt, non vero quæ in Romano imperio vel alibi,ſub iſtis tit.notet.

Et ſic de voluminibus Prudentiæ: Volumen artis, eſt vel artis liberalis vel illiberalis, vel mixtæ.

Ars liberalis vel eſt generalior, ſiue eſt de rerum normis & ſignis; & ſic ſupra docuimus, quomodo ibi ſunt colligendi L. C. vel eſt ſpecialior, ſiue de rebus ipſis, vt eſt Medicina; & ſic quomodo colligendi ſint L. C. id non magnopere pertinet ad ſtudioſos Politicæ. Interim, ſi quid vel in diæta, vel in morbis illis, quibus es obnoxius, obſeruare cupis, poteris

id facile facere, paucis aliquot titulis, vel in ſchola Salernitana, vel in inſtitutionibus Medicinæ Fuchſii,aut Fernelii diſpoſitis.

Illiberalium, & mixtarum artium volumina illarum artium ſtudioſis relinquamus.

Et ſic de Locis communibus rerum vniuerſalium methodo ſyſtematum digeſtis: Methodo alphabetica diſponentur L.C. duplici ratione.

Prima ratio eſt,ſi ad vocem rei iſtius de qua aliquid vis annotare in magno Lexico Calepini,vel ad marginem,vel purâ chartâ inſertâ, quod notare vis,annotes.

Hanc ego rationem minus incommodam exiſtimo, tum quia minus laborioſa videtur, tum etiam quia non facile aliqua res occurrit, cuius vocem non poſſis ſtatim repetire. E.g. obſeruas aliquid de horologiis,tantum quæris vocem *horologii*, & ibi aſſeribis. Item legis aliquid de *ſepultura*, quod cupis obſeruare, tum quæris hanc vocem,& ibi annotas.

Valde autem vtile eſt puram chartam inſerere ſingulis paginis Calepini, & ne fiat nimis craſſus liber & incommodus, poteſt compingi in duos tomos.

Quod ſi vero etiam hoc incommodum videatur,alia via adeſt, vt nempe ordine alphabetico notes res, & titulos alphabeticos duobus voluminibus deſcribas; quorum vnum ſit ab A.ad,L.alterum ab L.ad finem alphabeti.

Notabis autem ordine ad talis voluminis conſtructionem has cautelas: 1, Nomina tantum notanda ſunt,verba omittenda. 2, Nomina adiectiua omittenda ſunt & tantum notanda ſubſtantiua. 3, Nomina appellatiua tantum notanda ſunt, & omittenda propria, 4, Concreta referenda ſunt ad abſtracta, & deriuata ad primitiua. 5, Synonyma ad vnum titulum reuocanda ſunt. 6, Si nouatũ rerum vocabula, e. g. arborum in India,&c. quæ in Calepino non extant,ad titulos referenda ſunt, inſerantur in ſeriem litterarum. Specimen aliquod demus in litera A: Abbas & Abbatia, Abdicatio, Abdomen, Abies, abiuratio, abominatio, abortus,abrotanum,abſentia,abſynthium,abſolutio, abſtinentia, abſtractum, abundantia, abuſus,abyſſus,acalanthys,acanthis,acceleratio,(vbi adde ſynonyma, feſtinatio, properatio) accentus, accidens, acceptio, accipiter, acclamatio,accola,ſiue finitimus, accommodatio, accretio,accubatio, accuratio & accuratus, accuſatio & accuſator, acetum, acer, acrimonia,acerbitas, acerra, acetuus, aceruatio,acies,&c.Conferant hæc ſtudioſi cum Calepino,& videbunt quæ omiſſa ſint,quæ vero non;& ad horum imitationem vocabula ordine colligant.

Hucuſque de diſpoſitione rerum vniuerſalium: reſtat agamus de diſpoſitione rerum ſingularium.

Singularia,ſiue indiuidua,quæ notamus,ſūt vel aliena, vel noſtra.

Aliena ſingularia ſunt vel exemplificantia, vel non exemplificantia.

Singularia exemplificantia voco, quæ ſunt imagines & exēpla alicuius rei, ſiue præcepti vniuerſalis traditi in certo aliquo Syſtemate diſciplinæ alicuius ſupra enumeratæ.

Omne autem ſingulare exemplificans pertinet vel ad contemplatinam aliquam diſciplinam,vel ad operatricem.

Inter contemplatrices diſciplinas quatuor ſunt,ad quas exempla ſiue ſingularia exemplificantia referri poſſunt, nempe *Theoſophica, Pneumatica, Phyſica,* & *Architectonica*. Nam ad Metaphyſicā, itemque ad Geometriā, Arithmeticam, Geodeſiam, &c. ſingularia exemplificantia non poteris referre.

Quę ad operatrices diſciplinas referuntur, vel referuntur ad prudentiam,vel ad artem.

Et ad prudentiam quidem vel religioſam, ſiue S. Theologiam; vel ciuilem,eamque vel generalem,nempe vel Ethicam, vel Oeconomicam, vel Politicam: vel ſpecialem, nempe Iuriſprudentiam.

Inter artes liberales ſola eſt Medicina,ad quā ſingularia exemplificantia poſſint referri.

Atque ita plane ſtatuant Auditores,errare Bodinum & alios, qui peculiaria volumina hiſtorica,ſiue,quod idem eſt, ſingularium exēplificantium volunt conſtitui,cum tamen impoſſibile ſit ſingularia notari methodice, niſi quatenus ſunt imagines vniuerſalium, atque adeo quatenus poſſunt referri ad titulos Syſtematum de rebus vniuerſalibus diſpoſitorum. Ita vt volumen Locorum communium hiſtoricorum ſit volumen tuum Theoſophicum, Pneumaticum,Phyſicum, Architectonicum, Theologicum,Ethicum, Oeconomicum,Politicum, Iuridicum, Medicum.

Ad iſtorum autem voluminũ titulos oportet referri omne id quod in hiſtoriis legis,E.g. legis hiſtoriam aliquā de ſpectris, prout multæ tales leguntur, non debes alibi notare quā in volumine Pneumatico. Legis hiſtoriam mitam de cane vel equo, non debes alibi notare quam in volumine Phyſico. Legis hiſtoriam quæ acciderit circa ædificia, vel arces, vel caſtra, notabis in Architectonico. Legis hiſtoriam aliquam ſacram de martyribus & eorum conſtan-

conſtantia, notabis in Theologico. Legis hiſtoriam & exemplum ſingularis temperantiæ vel fortitudinis, notabis in volũine Ethico. Legis hiſtoriam de amore coniugali, de fauſto vel infauſto coniugio, de filio male educato, de diuitiis mire acquſitis, &c. notabis in Oeconomicis. Legis hiſtoriam de principis inauguratione, corõatione, de tributis & exactionibus, de mutata Reip. forma, de tyrannide, de bello, &c. notabis in volumine Politico. Legis ſpeciales caſus de hæreditatibus, de teſtamentis, de actionibus in iudicio & foro, notabis in volumine Iuridico. Legis denique hiſtoriã & exemplum de mirabilibus morbis, aut mirabili cura, notabis in volumine Medico.

Et nihil etiam eſt quod Bodinus dicit, *eſſe peculiariter notanda conſilia, dicta, & facta*. Nam dicta proprie ad vniuerſalia pertinebunt, ſi ſint ſententiæ notabiles, vt & conſilia: hæc enim vel erunt canon, vel dabunt canonem nouũ in diſciplina vniuerſali. Et ſi forte dicta, vel conſilia ſint ſingularia, pertinebunt tamen ad vniuerſalia præcepta, perinde vt facta, ſic vt penitus ſuperuacaneum futurum ſit peculiaribus voluminibus iſta diſtinguere.

Iuſtus Lipſius in centuria epiſtolarum 61. vult quatuor volumina locorum hiſtoricorũ conſtitui, vt nempe *primum ſit memorabilium, alterum ritualium, tertium ciuilium, quartum moralium*.

Sed quod ad memorabilia attinet, exiſtimarim nihil eſſe notandum quod non ſit memorabile: ſiquidem ſupra præcepimus in Locos communes referendum eſſe id tantum, quod dignum eſt memoriã. Itaque memorabilium erunt omnia volumina L. C. quæcumque enumerauimus.

Si quis dicat, Lipſium per *memorabilia* intellexiſſe *ſumme memorabilia* & *admiranda* inprimis, vt quidem ſe etiam explicat, reſpondeo, talibus peculiare volumen methodicum poſſe nec tribui, nec eſſe neceſſe. Non poteſt tribui, quia memorabilia ſunt in omnibus ſupra enumeratis diſciplinis; quale autem illud methodicum volumen eſt futurum, in quo decem ad minimum diſciplinarum tituli ſunt diſponendi. Nec neceſſe eſt memorabilia peculiari volumine (loquor de methodico, non de aduerſario) notari, ſed poſſunt iſta memorabilia & ſumme admiranda aliquã notã in volumine inſigniri, vt nempe tinctura rubella, aut viridi, manum cum indice appingas, aut etiam ſolẽ & lunam, & ita facile poteris ſumme admiranda à minus admirandis diſtinguere, ſub quolibet methodico titulo.

Nec probo ſententiam Lipſii de rituali volumine, propter eandẽ cauſam; quia oriretur magna titulorum confuſio & diſciplinarum, ſi omnia ritualia peculiari volumine notanda forent. Sunt enim ritualia, pneumatica; vt ritus & ceremoniæ, quæ obſeruantur in adiuratione Dæmonum, &c. Sunt multa ritualia Architectonica quæ ad ædificia pertinent. Sũt multa ritualia Theologica, vt ritus ſacrificiorum, expiationis peccatorum, &c. & omnes ceremoniæ. Sunt ceremonialia Ethica, E.g. ritualia ciuilitatis morum, ritualia liberalitatis & hoſpitalitatis in conuiuiis. Sunt ritualia Oeconomica, vt nuptiæ, veſtes, item ſupellectilis domeſticæ, & plura alia. Sunt etiam ritualia multa politica, vt ritualia regum & inaugurationis eorum, ſpectacula, triumphi, funera. Sicut ergo omnium iſtarum diſciplinarum titulos in vnum volumen velle digerere, non eſt methodicos locos ſcribere: ita etiam ritualia iſta omnia vno volumine methodico comprehendi non poſſunt.

Quod de ciuili volumine, ſeu politico dicit Lipſius & de morali, id recte monet; ſed non recte facit, quod Oeconomicam, quod Theoſophiam, quod Pneumaticam, quod alia omittat, quæ ante enumerauimus, ita vt plane ſim in hac ſententia, Lipſium, ſi proprium ſuum conſilium eſt ſecutus, potius aduerſaria volumina hiſtorica, quam methodica habuiſſe.

Porro, quæcunque legis ſingularia exemplificantia, ea ſunt vel virtutum & vitiorum exempla, in iſtis nempe diſciplinis, vbi de virtutibus & vitiis agitur, vel ſunt exempla canonum. Ita vt oporteat eum, qui hiſtorias cum fructu notare volet, canones quoque habere diſpoſitos in omnibus diſciplinis, ad quas hiſtorias diximus eſſe referendas.

Et ſic de ſingularibus exemplificantibus. Non exemplificantia ſingularia, vel ad perſonas pertinent, vel ad loca.

Quæ ad loca pertinent, poterunt vel ad Geographicum volumen notari, vel, ſi ibi non poſſint, ad nomen iſtius loci in Lexico geographico.

Quæ de perſonis leguntur non exemplificantia ad nomen iſtius perſonæ, in Lexico etiam notanda ſunt.

Et ſic de ſingularibus alienis: ſingularia tua ſunt ea, quæ nec legis nec audis, ſed in perſona tua & rebus tuis experiris.

Eaque etiam ſunt vel exemplificantia, vel non exemplificantia.

Exemplificantia ea ſunt, quæ ſingulariter obſeruas in perſona tua, vel domeſtici tui ali-

cuius vel familiaris aut conſanguinei, quæ quidem etiam referenda ſunt ad diſtincta volumina, perinde vt iſta quæ legis in hiſtoriis. Neque enim in alienis diligentiores eſſe debemus, quam in propriis annotandis exemplis.

Non exemplificantia ſingularia tua pertinent vel ad rationes, ſiue calculum acceptorum & expenſorum domeſticorum, vel pertinent ad qualitates, actiones, aut paſſiones, vel tuas, vel alicuius domeſtici tui.

Liber, ſeu volumen rationum domeſticarum diſponitur ſecundum annos, menſes & dies, ita vt in vna facie paginæ accepta, in altera ſcribantur expenſa.

Qualitates, actiones & paſſiones perſonarum & rerum domeſticarum. e. g. quãdo vxorem duxeris, nuptias celebraueris, quãdo tibi natus ſit filius, qui ſuſceptores fuerint, peculiari volumine notentur, ſecundum ordinem etiam temporis.

Atque hæc ſunt omnia volumina, vt ſpero, & ſimul etiam omnes Locorum communium ſpecies, quibus res omnes tam vniuerſales quã ſingulares vtiliter à nobis notari poſſunt.

CAPVT VIII.
De Locis Communibus verborum & phraſium.

HVcuſque de Locis communibus rerum tam vniuerſalium, quam ſingularium: ſequitur vt agamus de Locis communibus verborum.

Loci communes verborum vel ſunt ſimplicium, vel coniunctorum, ſiue phraſium.

Loci communes verborum ſimplicium diſponuntur, vel ordine rerum, vel ordine alphabetico.

Ordine rerum diſponuntur vocabula ſimplicia, quando ad titulos rerum per ſingulas diſciplinas diſpoſitarum primò omnium monetur de nomine, ſeu vocabulo rei, ita vt primo eius proprietas indicetur, deinde ſynonyma eius præcipua colligantur; id quod in præcipuis rebus breuiter fieri poteſt, vt non neceſſe ſit conficere vocabulorum ſimplicium volumen diſtinctum à volumine rerum.

Ordine alphabetico ita diſponentur L.C. vocabulorum ſimplicium, vt ſi quid ſingulare legas de aliqua voce, breuiter annotes ad Lexicon Calepini.

Tantum de locis vocabulorum ſimplicium: ſequuntur loci vocabulorum coniunctorum, ſiue phraſium, qui etiam dupliciter diſponi poſſunt, vel ſecundum ordinem rerum, vel ſecundum ordinem alphabeti.

Secundum ordinem rerum L.C. phraſium ſunt vel laxiores, vel contractiores.

Laxiores L. C. phraſium plane ſequuntur ordinem ipſarum rerum vniuerſalium. Nam ſignum ſequitur ordinem eius, cuius eſt ſignum, non ſecus ac vmbra ſequitur corpus à quo ſpargitur.

Itaque aut tot ſunt conficienda volumina phraſium, quot diximus eſſe conficienda rerum vniuerſalium, aut in aliqua parte paginæ voluminis rerum relinquendum eſt tantum ſpatii, vt quæ de re illa ſonant elegantiores phraſes, poſſis ibidem aſſcribere. E.g. in volumine generaliſſimo præcognitorum titulus realis eſt de ſtudiis literarũ; ibi in aliquo chartæ ſpatio elegantiſſimæ phraſes poſſent annotari ſub titulo *ſtudendi*; vt eſt: *Muſis litare; Mentem tingere ſucco doctrinarum*, &c. Sic in volumine Theoſophico titulus eſt de *prouidentia Dei*, ibi breuiter poſſent annotari elegãtiores phraſes, quæ exprimunt Dei prouidentiam. Sic in volumine pneumatico titulus eſt de *cura angelorũ*, de qua elegantiores phraſes eſſent aſſcribendæ, & ita per reliqua omnia volumina. In volumine politico titulus eſt *de legatione & legatis*, vbi phraſes elegantes ſeparato ſpacio annotarentur, vt legationem obire & quæ ſunt ſimiles.

Contractior ratio Locorum communium in quibus phraſes annotantur, hoc modo poſſet inſtitui. Quia quicquid homo loquitur vel ſcribit, id omne eò pertinet, vt vel res aliqua declaretur, vel vt aliquid quod in ipſo homine ineſt, ſignificetur. Et verò declaratio rerum à rerum ordine pendeat, & tam ſit varia quam res ipſa; ideo omiſſis phraſibus pertinentibus ad declarationem rerum, conſtituendum foret volumen phraſium, quibus ea ſignificantur quæ ſunt in homine.

Quicquid autem eſt in homine, id pertinet vel ad mentem, ſiue intellectum hominis, vel ad memoriam, vel ad voluntatem & affectum, vel ad loquelam & ſcriptionem, vel denique ad riſum & fletum.

Hæc ergo omnia vno volumine poſſent comprehendi, quod volumen certis partibus diſtingueretur.

Prima pars eſſet de phraſibus ſignificantibus mentem hominis. Et quia mentis humanæ tres ſunt functiones, nempe *apprehenſio ſimplex, ſententia & diſcurſus*, ideo alter titulus eſſet de phraſibus pertinentibus ad apprehenſionem ſimplicium, cuius hi eſſent tituli: Cogitandi. Indagandi. Noſcendi. Explicandi. Phraſes vniuerſitatis. Phraſes particularitatis. Singu-

Singularitatis. Cauſationis, ſiue autorem eſſe. Occaſionis & opportunitatis. Impulſionis ad aliquid agendum. Vſus. Abuſus. Productum eſſe, ſeu, profectum eſſe ab aliquo. Deſtinatū eſſe. Deſtinandi. Capacem eſſe. Accidere. Proprium eſſe. Integrum eſſe. Mutilum eſſe. Partem rei eſſe. Adiunctum eſſe. Obiectum eſſe. Circumſtare. Comitari. Antecedere. Conſequi. Deſcribendi. Definiendi. Diuidendi. Cognatum & ſimile eſſe. Diſtinguendi. Pugnandi.

Ad ſecundam mentis operationem, ſiue ſententiam pertinerent hæ phraſes: Categorice proponere. Affirmare. Negare. Cum conditione proponere. Limitare & reſtringere. Proprie proponere. Figurate proponere.

Tertia mentis functio, ſiue diſcurſus, eſt vel ſyllogiſmus, vel methodus.

Ad ſyllogiſmum hi tituli pertinerent: Ratiocinari. Probare. Inferre & concludere. Confirmare & conuincere. Refutare. Approbare & aſſentiri. Improbare & diſſentire. Teſtari & teſtimonium dare. Vtrinque conſtringere. Opinari. Certò ſcire. Ad oculum demōſtrare. Diſputare. Coniectare.

Altercari. Sophiſticari & argutias mouere, atque adeo fallacias ſtruere. Argutias animaduertere & diſſoluere.

Ad methodum iſti tituli pertinent: Ordinare & diſponere. Rem totam complecti. Quæ ad rem pertinent explicare. Abbreuiare. Euagari. Perturbare ordinem rerum.

Iſti tituli præcipue ſunt phraſium pertinentium ad mentem; tituli phraſium pertinentium ad memoriam hi eſſent: Bona memoria eſſe. Meminiſſe. In mentē venire & recordari. Immemorē eſſe. Obliuiſci & Obliuioſum eſſe.

Sequuntur tituli phraſium pertinentium ad voluntatem & affectum, qui latiſſime omnium patent.

Tituli phraſium pertinentium ad animi & voluntatis affectiones, ſunt vel generales, vel ſpeciales.

Generales tituli ſunt: Affectum eſſe. Commoueri. Non commoueri. Velle. Nolle. Mirari. Conſtantem eſſe in affectu. Leuem eſſe in affectu.

In ſpecie affectus ſunt, vel primi vel orti.

Primi affectus ſunt vel quoad nos, vel quoad alium.

Affectus quoad nos iterum vel gratus, vel ingratus eſt.

Tituli gratorum affectuum ſunt: Lætandi. Placendi. Sperandi. Cupiendi. Exoptandi. Affectandi. Fiduciæ.

Affectus quoad nos ingrati, habent hos tit. Triſtandi. Sollicitudinis & curæ. Iræ. Pœnitentiæ. Deſiderii. Expectationis. Diſplicētiæ. Indignationis. Deſperationis.

Affectus ad alios etiam eſt vel gratus vel ingratus.

Grati affectus ſunt hi tituli: Amoris. Fauoris & gratiæ. Reconciliationis. Conſolationis. Gratulationis. Blanditiarum.

Affectus ingrati ad alios habent hos titulos: Odii. Contemptus. Terroris & minarum. Accuſationis & reprehenſionis. Suſpicionis. Læſionis. Inſidiarum. Criminationis.

Affectus ortus vel eſt ex virtute & vitio, vel ex virtutum vnione, vel diſſenſū.

Affectus ortus ex virtute & vitio, vel eſt imperfectior, vel perfectior.

Imperfectioris ſunt hi tituli: Miſericordiæ. Immiſericordiæ. Immunitatis ab inuidia. Inuidiæ. Æmulationis. Neglectus laudis & æmulationis. Pœnitentiç. Impœnitētiæ. Continentiæ. Tolerantiæ. Incontinentiæ. Obſtinatiæ. Mollitiei. Immunitatis à ſuſpitione. Suſpitionis.

Perfectiorum affectuum tituli ſunt: Prudētiç. Imprudentiæ, atque adeo præcipitantiæ & temeritatis. Iuſtitiæ generalis. Iniuſtitiæ. Temperantiæ. Abſtinentiæ. Voracitatis. Sobrietatis. Bibacitatis & ebrietatis. Caſtitatis. Libidinis. Contentum eſſe rebus ſuis.

Nimiæ cupiditatis. Appetentiæ honoris & modeſtiæ. Ambitionis. Neglectus honorum. Magnanimitatis. Superbiæ. Puſillanimitatis circa res magnas. Æquabilis animi. Inſolentiæ & laſciuiæ. Stuporis. Sedulitatis & diligentiæ. Nimiæ diligentiæ. Ignauiæ. Infidelitatis in officio. Animoſitatis in rebus aduerſis & in perferendis doloribus. Impatientiæ & abiectionis animi. Fortitudinis in re bellica. Audaciæ. Timiditatis. Iuſtitiæ diſtribuentis cuiq; quod ſuum eſt. Iniuſtitiæ nemini tribuentis quod ſuum eſt. Obſeruantiæ erga ſuperiores. Obedientiæ. Irreuerentiæ. Inobedientiæ. Gratitudinis, atque adeo agnitionis beneficii. Memoriæ beneficii. Conteſtationis beneficii. Compenſationis beneficii. Ingratitudinis non agniti, nec redditi beneficii. Nemini detrahēdi. Calumniæ & conuitii. Laudis nimiæ. Boni contractus. Mali contractus & fraudis. Officioſitatis, atque adeo officii deferendi. Inofficioſitatis & officium denegandi. Liberalitatis. Prodigalitatis. Auaritiæ. Magnificentiæ. Luxus. Sordium in magnis opibus. Eleemoſynæ. Durities erga pauperes. Hoſpitalitatis. Inhoſpitalitatis. Comitatis, atque adeo humanita-

tis, facilitatis, affabilitatis, excipiendi alios. Communicandi & colloquendi cum aliis. Dimittendi à ſe alios. Nimii ſtudii placendi aliis. Moroſiratis & auſteritatis. Vrbaniratis & facetiatum mouendarum & ferendarum. Scurrilitatis. Ruſticitatis. Manſoetudinis. Iracundiæ. Lentitudinis. Studii tranquillitatis. Srudii turbarum. Veracitatis. Mendacii. Simulationis. Diſſimulationis. Taciturnitatis. Loquácitatis. Ciuilitatis. Inciuilitatis. Grauitatis. Leuitatis.

Ex virtutum inter ſeſe vnióne vel diſſolutione oriũtur hi tituli: Amicitiæ. Amicitiæ initæ. Amicitiæ durantis. Amicitiæ honeſtæ. Amicitiæ vtilis. Amicitiæ iucundæ. Inimicitiæ.

Sic de affectibus animi & voluntaris, ſequũtur tituli pertinẽtes ad ſignificationẽ affectuũ ſeu loquelam, quæ eſt vel prima, vel orta.

Prima loquela eſt quæ linguâ & ore fit.

Et hæc vel abſolute conſideratur, vel cum certo reſpectu ad alium.

Abſolute conſiderara habet hos titulos: Loquendi; ſermocinandi, dicendi. Inculcandi, ſeu repetendi. Clamandi. Effutiendi. Obſtrependi & obtundendi. Vera dicendi. Falſa dicẽdi & fabulandi. Interloquendi Reſpondendi. Recantandi. Verbis exaggerandi. Verbis minuendi.

Reſpectiue conſiderata loquela habet hos titulos. Breuiter loquendi. Prolixe loquendi. Eleganter loquendi. Grauiter loquendi. Blandiendi. Compellandi & ſalutandi. Narrandi & nuntiandi. Iubendi & mandandi. Prohibendi. Promittendi. Súadendi. Diſſuadendi. Hortandi. Dehortandi. Fatendi. Diffitendi. Vulgo rumor eſt. Rumorem ſpargendi. Tacendi. Obmuteſcendi.

Loquela orta, ſeu ſcriptio habet hos titulos: Annotare. Scribere ad alium. Scribere epiſtolam. Sæpe ſcribere. Raro ſcribere. Literarum redditarum. Reſpondendi ad literas. Literarũ intermiſſarum.

Reſtar in hominè riſus & fletus, cuius hi ſũt tituli: Ridendi. Cachinnandi. Irridendi. Sarcaſmi. Lacrymandi. Deplorandi.

Sic de colligendis phraſibus ſpectantibus ad ſignificanda ea, quæ ſunt in homine. Quod ſi quis plenius volumen exprimẽdarum earũ rerum quæ ſunt in homine, conficere velit, & non tantum ea notare, quæ ſunt in homine, quâ homo eſt, ſed etiam ea quæ ſunt in homine quatenus eſt corpus viuum & animal; is hoc modo procedat, & ſic partiatur titulos. Quicquid eſt in homine, eſt vel quatenus eſt corpus viuum, vel quatenus animal, vel quatenus homo.

Corpus viuum conſideratur vel ratione materiæ, & ſic habet titulos: Tẽperamenti corporis. Staturæ corporis, Pulcritudinis. Roboris. Agilitatis.

Ratione animæ non habet titulos.

Ratione totius compoſiti, ſiue proprietatũ corporis viui, tituli pertinent vel ad vitam, vel ad ſanitatem, vel ad nutritionem, vel ad accretionem, vel denique ad fœcunditatem.

Ad vitam pertinent hi tituli: Viuendi. Infantẽ eſſe. Puerũ eſſe. Adoleſcere. Iuueneſcere. Virũ eſſe. Seneſcere. Decrepitũ eſſe. Mori.

Ad ſanitatem pertinẽt hi tituli: Sanum eſſe, Omnibus membris integrum eſſe. Vegetum eſſe. Morboſum eſſe. Ægrotare.

Ad nutritionem pertinẽt hi tituli. Nutriri. Nutrimento eſſe. Edere. Bibere. Benè concoquere in ventriculo. Bonum ſanguinem generare. Pingueſcere. Exercere. Sudare, &c. Non nutriri ſiue laborare ἀτροφίᾳ, atque adeo tabeſcere.

Ad accretionẽ pertinẽt hi tituli: Creſcere. Nõ creſcere, atque adeo paruũ vel magnũ eſſe.

Ad fœcunditatem pertinent hi tituli: Generare. Concipi in vtero & formari in vtero. Geſtare in vtero & grauidam eſſe. Parere. Obſtetricari. Naſci.

Poſtea ſequuntur tituli pertinentes ad ea, quæ ſũt hominis, quatenus animal eſt. Affectiones autem animalis vel ſunt primæ, vel ortæ à primis.

Primæ ſunt ſenſus, appetitus, locomotiua & reſpiratio.

Ad ſenſum pertinent hi tituli: Sentiendi. Senſibus expoſitum eſſe. Senſus communis. Imaginatio & phantaſia. *Memoria* quem titulum ad hominem retulimus. Videre. Oculos tales vel tales habere. Cæcum eſſe. Audire. Aures tales vel tales habere. Surdum eſſe. Olfacere, ſeu odorari. Fragrans eſſe, ſiue bene olêre. Fœtere. Nares tales vel tales habere. Odoris expertem eſſe. Guſtare. Sapere. Inſipidũ eſſe. Linguâ tali vel tali eſſe. Vacare guſtatu. Tangere. Palpabile eſſe atque adeo molle vel durũ.

Poſt ſenſum ſequitur appetitus, qui eſt vel cupiditas vel affectus.

Ad cupiditatem pertinent hi tituli: Eſurire. Fame laborare. Sitire. Siti laborare. Libidinoſum eſſe. Venereum eſſe.

Tituli affectuum relati ſunt ad hominem.

Ad locomotiuã pertinent hi tituli: Ingredi. Volare. Natare. Reptare. Ire pedibus. Ire equo. Ire curru. Ire nauibus. Stare. Iacere. Sedere. Cubare. Surgere. Delabi. Decidere. Demitti. Deſcendere. Aſcendere. Capite nutari. Oculis nutari.

lis nutari. Brachia vibrare. Verberare. Percutere. Vulnerare,&c. Saltare. Deambulare.

Ad reſpirationem & pulſum pertinent hi tituli; Reſpirare. Attrahere in pulmones. Refrigerare cor. Expirare. Difficulrer reſpirare. Plane non reſpirare. Micare ſeu pulſum habere. Dilatatio pulſus. Contractio pulſus. Pulſus vehemens. Pulſus remiſſus. Pulſus æqualis. Pulſus inæqualis.

Tituli de ortis affectionibus animalis, nempe de vigilia, ſomno & inſomniis ſunt hi: Vigilare. Vigilantem eſſe. Vigilare interdiu. Vigilare noctu, ſeu lucubrare. Propendere ad ſomnũ & ſomnolentum eſſe. Leuiter dormire. Altum dormire. Cubitum ite. Somniare. Excitare à ſomno. Surgere cubitu.

Tituli qui pertinent ad hominem, quâ homo eſt, ante ſunt expoſiti.

Et ſic de phraſibus ad methodum reuocandis: phraſes ſerie alphabeticâ diſponẽtur duabus rationibus; prior eſt, vt inſertà chartâ purà in lexicon Calepini, ad voces ſimplices addas phraſes, ſeu voces coniunctas. E.g. ad vocẽ *Mori*, in Calepino poteris omnes phraſes aſſcribere elegantiores, vt eſt, *fato fungi, rebus humanis eximi*, &c.

Altera ratio eſt ſecundum ordinem alphabeti ex Lexico iſto eas voces, ad quas phraſes, tanquã ad titulos reuocari poſſunt & debent, in peculiare volumen deſcribere, hoc modo; *Abbreuiandi. Abdicandi. Abducendi. Abeundi. Aberrandi. Abhorrendi. Abiiciendi. Abiudicandi. Abiungandi. Abiurandi. Ablactandi. Ablegandi. Abligurriendi. Abluendi. Abnegandi. Abominãdi. Abortiendi. Abradendi. Abripiendi. Abrumpendi. Abſcedendi. Abſcindendi. Abſconſionis. Abſentiæ. Abſolutionis. Abſorbendi. Abſtergendi. Abſtinendi. Abſtrahendi. Abundandi*, &c.

Qui modus vt recte teneri poſſit ad exemplum iam datum in litera *A*; ex cautelæ notandæ ſunt: 1. Omittis in ſerie vocum omnes particulas ſeu omnes partes indeclinabiles, & tamen ſumis nomina & verba. Sæpius autem verba, quam nomina. 2, In nominibus omittis omnia propria. 3, Cum abſtractis coniungis concreta, atque adeo ſumis ſola ſubſtantiua nomina, nulla adiectiua. 4, Deriuata & diminutiua refers ad primitiua. 5, Verba non includentia certi nominis ſignificationem non ſumis. 6, Generaliſſima & maxime ambigua vocabula nõ ſumis. 7, Inuſitata etiam omittis. 8, Figurata item reducis ad propria. 9, Compoſita ſub ſimplicibus pones, ſcilicet ea quæ eandem cum ſimplici habent ſignificationem. 10, Synonyma ad ſynonyma refers. 11, Sæpe vnum tantũ eſt vocabulum quod phraſes plures non admittit. Vt Pandiculari, Oſcitari, &c. 12, Gradus refers ad abſoluta. Vt, Vehementer dolere; refers ad *Dolere*.

Capvt Vltimvm.

De ſubtitulis in Volumine Locorum communium.

Reſtat nobis tertium membrum conſilii noſtri, nempe de ſubtitulis titulorum, in volumine Locorum communium.

Subtituli illi vel ſunt titulorum realium, vel verbalium.

Subtituli realium quomodo diſponi debeant, accurate docuimus in methodo formandorum ſtudiorum, tabula G: vbi tamen hanc addimus àdmonitionem, *titulum omnem eſſe vel perfecti vel imperfecti thematis*. Si titulus ſit thema perfectum, ſubtituli diſponi debent ſecundum explicationem perfecti thematis. e. g. ſi titulus ſit *homo*, diſponis ſubtitulos ſecundum canones tractandi hominis in Gymnaſio Logico traditos. Si vero titulus ſit *Mundus*, diſponis ſubtitulos ſecũdum canones thematis imperfecti collectiui, & ſic etiam in accidentibus.

Sunt autem ſubtituli iſti vel pleni, vel contracti.

Pleni explicantur in dicta tabula.

Contracti ſubtituli ſunt, quando tantum duos de quaque re ſubtitulos ponis, quod iudico eſſe vtile propter breuitatem, quorum prior cõtinet rei explicationem: E.g. ſub titulo *Mundus*, poneres ſtatim explicatio mundi, & ſcriberes omnia quæ huc pertinent, cauſas, effecta, cognata, &c. ſiue ſubtitulis. Alter titulus eſſet *Quæſtiones*, ſiue *Controuerſia de re*; Vt, *Quæſtiones de Mundo* &c.

Sic de ſubtitulis rerum: Subtituli verborum & inprimis phraſium, ſunt duplices.

Primi ſubtituli indicant an phraſis aliqua ſit Aſiatica, an Laconica, quod notari poteſt per literã *A* & *L*. ad phraſin additã, & poteſt capi iudicium de hac re ex autore in quo phraſin legis.

Alterum genus ſubtitulorum in phraſibus eſt, an phraſis ſit familiaris & epiſtolica, ſiue humilis & mediocris; quod notas per *F*. an vero grandis, quod notas per *G*. Grandis vero iterũ eſt vel oratoria, quod notas per *O*, vel hiſtorica qđ notas per *H*, vel Poëtica, quod notas per *P*.

Et hæc quidem ſunt quæ de Locis Communibus hoc tempore potuimus per diuinum fauorem auditoribus noſtris communicare.

Digitized by Google

ca definitio extat. Si quid autem legatur de præceptis Logicis in ſpecie, id annotetur ad ſingula præcepta vel ſeriem capitum, & tabularum præfixarum. Nam tabulæ nihil aliud ſunt, quam tituli Locorum Communium Logicorum, quoad præcepta.

Alterum volumen L. C. Logicum, erit volumen vſus, quod illi iidem quibus hæc communicamus, peculiare vt conficiant, non magnopere ſuadeo. Sumant *Gymnaſium Logicum*, & inſertâ purâ chartâ idem faciant, quod iam dixi de Locis communibus præceptorum faciendum. Vel etiam, quia plenius in priuatis prælectionibus omnia tradidi, ſumant iſtas prælectiones, & vel ad marginem vel in chartâ purâ inſertâ notent quę notatione digna ſunt.

E. g. Si quid legatur de L. C. apud alios, vel audiant ſingularia, notent ad has ipſas noſtras prælectiones. Si quid de ratione formandorum ſtudiorum, ſiue diſcendi, notent ad noſtras Tabulas nuper editas, quas tanquam partes Gymnaſio Logico curent aſſui, vel prælectionibus hiſce priuatis.

Non vero tantum iſta, quæ de præceptis hiſce & canonibus Gymnaſii Logici legent, annotabũt in hoc volumine, ſed inprimis ſciant parari hoc volumen pro exemplis vſus Logici.

E. g. Si quod legant egregium exemplum tractati thematis ſimplicis perfecti, notent vbi illud exemplum extet; ſic de thematibus imperfectis, ſic de acutis diſputationibus, ſic de dexteris reſolutionibus autorum annotabunt ſtudioſi exempla præclara, vt poſſint cum iis, quæ antea ibi habent, conferre, atque ita vſum diuinæ artis per totam ſuam vitam fouere.

Vtrumque autem volumen hoc Logicum, etiam diſtingui poteſt in partes, vt poſteriori parte annotentur autores veteres & recentes, qui vel de præceptis, vel de vſu Logicæ ſcripſerunt.

Sic de tribus voluminibus, nempe volumine generaliſſimorum præcognitorum, de volumine præceptorum Logicorum, de volumine vſus Logici: ſequitur quartum volumen, nempe præceptorum Rhetoricorum, quod etiam nullum peculiare vobis conficietis. Sumite Syſtema Rhetoricum, quod Deo benedicente pertexemus, & ſi quid aliquando occurret, quod ibi non extet, vel ad marginem, vel inſertâ purâ chartâ adiicite, ſequentes eandem methodum quam nos tenuimus.

Quintum volumen erit Gymnaſii, ſiue vſus Rhetorici, ſeu exercitationis eloquẽtiæ, quod vel ſit oratorium vel epiſtolare.

Oratorium voco, in quo notari debent ea, quę ad ſtilum orationibus conuenientem pertinent.

Et hoc volumen iterum duplex eſſe debet, ita vt prius ſit volumen formularum Oratoriarum, de quibus in Rhetoricis, Deo dante, plenè dicetur. Poſterius volumẽ duas debet continere partes, quarum priori notandæ ſunt deſcriptiones, hypotypoſes, itemque laudes & vituperationes, tam rerum quam perſonarum paſſim ex autoribus collectæ. Poſterior pars cõtinere debet exempla pulcrorum exordiorum; item pulcrarum perorationum, paſſim etiam ex autoribus collectarum. In fine vero debent annotari nomina oratorum veterum & recentium, qui de diuerſis materiis orationes ſcripſerunt.

Epiſtolicum volumen erit, quod accommodatum eſt ad Epiſtolas ſcribendas, atque adeo etiam ad familiarem ſermonem, debetque ita ſubdiuidi, vt oratorium volumen.

Vtrumque autem tam Oratorium, quam Epiſtolicum diſtincta paginarum latera, ſiue ſpatia continere debet, ſic vt in vno ſpatio dimidiatæ paginæ annotentur ea, quæ ad Aſiaticas orationes & epiſtolas pertinent. In altero vero ſpatio ea, quæ pertinent ad orationes & epiſtolas magis iam Atticas & Laconicas, atq; adeo breuiores & neruoſiores; de quibus omnibus alacrius videbitur in Rhetorico Syſtemate.

Poëticum volumen etiam vel ad præcepta accommodabitur, vel ad vſum, eodem modo quo Rhetoricum; qua de re nihil neceſſe eſt apud eos prolixius agere, quos ſcio Poëtas non futuros.

CAPVT V.

De Voluminibus L. C. in diſciplinis ſpecialibus, quæ res ipſas tractant; & in ſpecie quidem de L. C. Theoſophiæ & Metaphyſicæ.

POST adornata volumina L. C. pertinentium ad normas rerum vel intelligẽdarum, vel eloquendarum, accedi debet ad adornanda volumina Locorum communium in diſciplinis res ipſas docentibus. Tot enim eſſe volumina debent diſtincta, quot ſunt diſciplinæ; quod etſi ab initio præſuppoſuerimus, tamen hîc iterum admonemus.

Eſt autem volumen Locorum communium realium vel ordinatum, & digeſtum naturali methodo rerum, vel ordine alphabetario concinnatum.

De

De priori hoc loco agimus, & ad illud pertinet hoc quod modo diximus, debere pro ſingulis diſciplinis ſingula Locorũ communium volumina parati. De alphabetario autem tum dicturi ſumus, quãdo abſoluerimus primariam hanc & ſecundum naturæ ordinem factam locorum communium deſignationem.

Eſt ergo omne volumen diſciplinæ realis, vel contemplatiuum vel operatiuum, prout omnis diſciplina eſt vel contemplatrix vel operatrix.

Inter volumina contemplatiua primum eſt quod ad primam diſciplinam pertinet, nempe ad *Theoſophiam*, ſiue primam ſapientiam, quæ eſt de Deo, tanquam eſſentia prima & ſimpliciſſima.

Ne cui mirum videatur, nos diſtinguere in tabula edita, & hoc etiam loco Theoſophiam & Theologiam, idcirco breuiter noſtræ ſententiæ rationes exponemus. Prima autem ratio hæc eſt, quia Dei notitia eſt generalior, quã vt in Theologia ſpecialiter dicta, ſola & per ſe tractari debeat; ſiquidem non tantum ad bonum ſpirituale, quod ſolum Theologiæ, tanquam finẽ ſuum proprium ſpectat, notitia Dei pertinet, ſed etiam ad bonum naturale & morale. Ita vt nemo poſſit eſſe vel Phyſicus vel Ethicus perfectus, cui ignota ſit prima eſſentia, & primum principiũ rerum naturaliũ & moralium, videlicet Deus. Cum ergo pariter ad Philoſophiam & Theologiã notitia Dei pertineat, & cum principia diſciplinarum Philoſophicarum nõ minus pendeant à primo bono, quam præcepta Theologiæ, ideo neceſſario aliqua diſciplina generalis ſupra Philoſophiam & Theologiam ſpecialiter dictas, conſtitui debet, quã *Theoſophiam* dicimus. 2, *Theologia ſpecialiter dicta*, per ſe & ſuâ naturâ eſt operatrix: habet enim pro fine aſſecutionẽ vitæ æternæ, quod Apoſtolus teſtatur ad Philip. 2. inquiens: *Operamini ſalutẽ veſtram.* & latius id demõſtrauimus ab initio Syſtematis Theologici. Cum ergo ſit operatrix diſciplina, non poteſt tota verſari in contemplatione Dei, ſed potius debet verſari in illis mediis quæ Deus ordinauit; vt nos ad ſalutem ducant; vt eſt agnitio miſeriæ; Item; liberatio per Chriſtum facta, & regeneratio noſtri ac bona opera. Dei autem notitia eſt tam ampla, vt peculiarem plane diſciplinam & integram requirat, & omnis operatrix diſciplina mutuatur ſua principia ab aliqua contemplatrice. Cum ergo Theologia ſit operatrix diſciplina, vtique etiam mutuabitur ſuum principium, videlicet doctrinam de Deo ab aliqua ſuperiori & contemplatrice diſciplina, nempe à Theoſophia. Si quis dicat, Deum non poſſe aliter cognoſci, quam ex Sacris literis, ideo iſtam doctrinam pertinere ad Theologiam: reſpondeo, plurima eſſe in ſacris literis, quæ nõ pertinent ad Theologiã ſpecialiter dictam, ſed ad alias diſciplinas, quod etiam in Gymnaſio Logico latius expoſuimus, circa doctrinã de vſu methodi. Si quis porrò dicat, *Philoſophos nihil ſcire de Deo, aut ſaltem nõ habere verã notitiam Dei*, ideo ad Philoſophiã iſta nõ pertinere. Reſp. 1, nec id me velle, vt ad Philoſophiã ſpecialiter ſic dictã, iſta tractatio pertineat, ſed conſtituere Theoſophiam ſupra Philoſophiã; quod ex tabula apparet. Nec ſequitur: *Ethnici Philoſophi talẽ diſciplinam nõ habuerunt: Ergo tam conſtitui non debet.* Nam conſtitutio diſciplinæ nõ ex hominũ imbecillitatibus, ſed ex rerũ natura æſtimari debet. Deniq; ſi quis dicat, ipſum nomẽ *Theologiæ*, indicare, quod de Deo ex profeſſo ibi ſit tractandũ. Reſpon. vocabulũ *Theologia*, inde natum eſſe, quod Philoſophi verã de Deo doctrinã olim non tradidiſſent; nec ſupra Philoſophiam talẽ aliquam diſciplinã conſtituerẽt; ideo doctores & ductores æternæ ſalutis neceſſario in ſe recepiſſe duplex onus; 1, vt de principio primo æternæ ſalutis, videl. de vero Deo homines erudirẽt, poſtea media monſtrarent, quæ Deus ordinaſſet & propoſuiſſet hominibus ad ſalutẽ conſequendã. A priori ergo illo, nẽpe à principio æternæ ſalutis primò, ortum eſt Theologi nomen, & huc uſq; ſemper retẽtum, neq; nos cupimus illud abrogare, ſed tantum ea diſtinguere, quæ diſtinguenda ſunt. Interim, ſi *Sotirologia*, ſeu *diſciplina ſalutis & boni ſpiritualis* diceretur, denominatio fieret ab ipſo fine & mediis. Propono meã ſententiã; qui eã non vult amplecti, poterit ſuã retinere. Quicquid facio, facio propter methodũ & ordinẽ.

Partes huius diſciplinæ duæ conſtitui poſſunt: 1, de Deo: altera, de patefactione Dei.

Tituli primæ partis ſunt: 1, De Theoſophia. 2. Dei eſſentia. 3, Modus exiſtẽdi in eſſentia diuina, qui dicitur *perſona S. Trinitatis*. Ibi ergo de Trinitate in genere. 4, Pater. 5, Gignere. 6, Filius. 7, Gigni ab æterno. 8, Spiritus S. 9, Proceſſio à Patre & Filio. 10, Proprietates Dei in genere. 11, Independẽtia & primitas. 12, Simplicitas. 13, Immutabilitas. 14, Infinitudo. 15, Idæa perfectionis. 16, Idea intellectus perfectiſſimi. 17, Idea voluntatis perfectiſſimæ.

Et hæ ſunt proprietates Dei abſolutæ: ſequuntur proprietates Dei relatæ ad creaturas. 1, Omnipotentia. 2, Præſcientia. 3, Benignitas & miſericordia. 4, Iuſtitia. 5, Ius abſolutũ Dei in creaturas 6, Veritas & infallibilitas.

Digitized by Google

7, Decretum. 8, Decretorũ executio. 9, Creatio in genere & in ſpecie, per ſex dies creationis. 10, Quies à creatione. 11, Prouidentia. 12, Conſeruatio creaturarum. 13, Rectio, ſeu gubernatio creaturarum. 14, Defenſio aduerſus Sathanam. 15, Media in genere conſiderata, per quæ Deus defendit creaturas.

Hi ſunt tituli prioris partis: Poſterioris partis tituli ſunt: Patefactio Dei in genere. Patefactio Dei extraordinaria. Viſio. Inſpiratio. Patefactio Dei ordinaria in genere. Verbum Dei, ſeu ſacræ literæ. Verbi diuini ſufficientia, ſeu perfectio. Verbi diuini perſpicuitas. Vetus teſtamentum. Libri Canonici. Libri Apocryphi. Nouum teſtamentum.

Hæc in priori parte voluminis Theoſophici diſponenda ſunt: poſterior pars contineat autores, qui de his omnibus ſcripſerunt.

Fuerunt loci communes Theoſophiæ; quæ eſt prima omnium ſcientiarum: ſequuntur loci communes ſecundarum ſcientiarum.

Secunda autem ſcientia eſt vel generalis, vel ſpecialis.

Generalis ſcientia tractat de Ente creato, quatenus Ens eſt, & dicitur *Metaphyſica*.

Eius duæ ſunt partes: prior, de Ente primario, ſiue de ſubſtantia; poſterior, de Ente ſecundario, ſiue accidente.

Tituli partis prioris ſunt: De Metaphyſica. De ente impropriè dicto in genere. De imagine Entis. De oppoſito Entis, ſeu de negatione & non Ente. 5, de Ente propriè dicto. 6, de ſubſtantia. 7, de principiis ſubſtantiæ, & primò quidem de dependentia à Deo, tanquam prima eſſentia. 8, de compoſitione, ſeu concretione, per quam Ens dicitur. 9, de principiis internis: & 1, de eſſentia ſubſtantiæ. 10, de exiſtentia ſubſtantiæ. 11, Modi Entis in genere. 12, Modi Entis inſtar qualitatum. 13, Vnitas. 14, Veritas. 15, Bonitas. 16, Perfectio & plenitudo. 17, Pulcritudo, 18, Finitudo, ſeu determinatio eſſentiæ & exiſtentiæ.

Et hi ſunt modi inſtar qualitatum primi. 19, Modi orti in genere. 20, Cauſatio. 21, Prioritas & poſterioritas. 22, Neceſſitas. 23, Contingentia. 24, Poſſibilitas. 25, Facilitas & difficultas. 26, Identitas & cõuenientia. 27, Diuerſitas. 28, Pugna ſeu oppoſitio. 29, Modi inſtar graduum in genere. 30, Vniuerſalitas. 31, Singularitas, ſeu indiuiduatio.

Poſt modos ſubſtantiæ, ſequitur diuiſio eius, quod ſit ſpiritualis, vel corporea. Spiritualem ſubſtantiam ſumit ſibi Pneumatica. Corpoream generaliter delibat Metaphyſicus. 32, Totalitas. 33, Partialitas.

Secunda pars Metaphyſicæ, de Accidente. 1, de accidente in genere. 2, de accidente perfectiori, ſiue abſtracto. 3, de quantitate. 4, de qualitate. 5, de actione. 6, de paſſione. 7, de accidente imperfectiori in genere. 8, de accidente concreto. 9, de ſitu. 10, de habitu. 11, de Vbi. 12, de Quando. 13, de accidente per ſimilitudinẽ dicto, videlicet de relatione poſt hos titulos in poſtrema parte voluminis notentur autores Metaphyſici.

CAPVT VI.

De Locis communibus ſpecialium ſcientiarum, nempe ſcientiæ Pneumaticæ, Phyſicæ & Mathematicæ.

POſt volumen Metaphyſicum, ponendum eſt volumen Locorum communium Pneumaticorum, id eſt, pertinentium ad diſciplinam tractantem de Spiritibus. Cuius quidem diſciplinæ duæ ſunt partes; prior eſt de Spiritu in genere; poſterior, de Spiritu in ſpecie.

Prioris partis hi ſunt tituli: De diſciplina Pneumatica. De Spiritu & eius natura. De ſimplicitate ſpirituum, & quomodo dicantur eſſe expertes ſpirituum. De immunitate ſpirituum à quantitate. De circumſcriptione ſpirituum, atque adeo de illocalitate reſpectu loci continentis. De qualitatibus ſpirituum, & quomodo eos in ſe recipiant. De actionibus ſpirituum. De motu locali ſpirituum, quomodo ex vno loco in alium moueantur. De paſſionibus ſpirituum, ſeu quomodo poſſunt pati ſpiritus. De modo intelligendi, ſeu intellectu ſpirituum. De modo volendi, ſiue volitione ſpirituum, atque adeo etiam de affectibus & cupiditatibus ſpirituum. De potentia ſpirituum ſiue efficacia, atque adeo de robore. De effectibus ſpirituum reſpectu Dei. De effectibus ſpirituum inter ſeſe. De effectibus ſpirituum ad corporeas creaturas. De velocitate ſpirituum & penetratione per corpora. De cohabitatione ſpirituum cum corporibus, ſiue cum materia, atque adeo de obſeſſione, quomodo ſpiritus poſſit corpus obſidere. De variis apparentiis ſpirituum.

Hi ſunt tituli prioris partis: pars poſterior Pneumaticæ, nempe de ſpiritibus in ſpecie, iterum duplex eſt, nempe vel de ſpiritu perfecto & completo, ſiue de ſeparato, vel de ſpiritu ſociato, ſiue vel de angelo, vel de animà rationali.

Tituli poſterioris partis, nẽpe de Angelis, ſunt hi: de ſpiritu completo, ſiue ſeparato, atque adeo

adeo de angelo in genere. De angelorum creatione. De angelorum numero. De angelorum potentia & viribus. De angelorum ſtatu, antequam nonnulli ex iis laberentur. De angelis bonis in genere. De angelorum bonorum confirmatione in ſuo ſtatu. De angelorum bonorum miniſteriis reſpectu Dei. De angelorum bonorum officiis ad ſe innicem. De angelorum bonorum officiis reſpectu creaturarũ. De angelorum bonorum certamine, cum malis, pro defenſione gloriꝫ Dei & conſeruatione creaturarum. De angelorum bonorum miniſteriis, reſpectu terræ, cæli, aquæ, aëris & aliorum corporum naturalium inanimatorum. De angelorum bonorum miniſteriis circa corpora viua, & inprimis circa hominem. De miniſterio angelorum circa pios in genere, atque adeo de bonis geniis. De bonis geniis circa natiuitatem hominis, atque adeo circa geſtationem fœtus in vtero, & circa partum. De angelorum bonorũ miniſteriis circa conſeruationem vitæ & valetudinis humanæ, atque adeo de comitatu bonorum angelorum & defenſione in periculis itineris, maris, belli. De miniſterio bonorum angelorum circa hominis agonem. De geſtatione animarum piarum per angelos in ſinum Abrahæ, atque adeo de defenſione iſtarum animarum à corpore ſeparatarum contra inſidias diaboli. De miniſterio bonorum angelorum circa bona noſtra, videlicet circa domum, & quæ in ea. De apparentiis bonorum angelorum. De formis & corporibus quæ angeli aſſumunt, quando hominibus apparent. De conſortio bonorum angelorum cum piis hominibus in altera vita, quale illud ſit futurum. De malis angelis in genere. De malorum angelorum peccato. De pœna peccati in malos angelos. De corrupto intellectu malorum angelorum, atque adeo de perpetuis dubitationibus, vt etiã cum certè aliquid ſciant, non tamen ſciant. De corrupta volũtate & appetitum malorũ anglorum: & quod illa etiam oderunt quæ vellent amare. De malorũ angelorum odio aduerſus Deum. De malorum angelorum odio aduerſus angelos bonos. De malorum angelorum odio aduerſus cælum & ſydera. De malorum angelorum odio aduerſus elementa, quæ omnia cuperent turbata & mixta. De malorum angelorum odio aduerſus corpora mixta inanimata, vt metalla, gẽmas. De odio erga plantas. De odio erga animalia etiam bruta. De odio erga hominem inprimis. De numero & ordinibus malorum angelorum. De angelorum malorum habitaculis; & 1 quidem de habitaculo temporario, nempe de aëre, cuius ſunt principes. De illorum habitaculo perpetuo, videlicet inferno, deque eius igne & aliis adiunctis. De angelorum malorum miniſteriis, quæ duo præſtant, tanquam carnifices quidam tum aduerſus ſeipſos, tum aduerſus homines malos. De ſubiectione & ſeruitute, quâ angelus malus bono ſubiicitur. De effectis malorum angelorũ quoad homines bonos, quos permiſſione diuinâ vexant interdum. De effectis illorum, quoad homines impios in hac vita. De effectis illorum in hominibus impiis, quoad alteram vitam. De effectis illorũ, quoad alias creaturas, nempe quoad tempeſtates, pluuias, tonitrua, ventos, quid & quantum ibi poſſint. De malorum angelorum coniuratis, nempe de ſtrigibus & veneficis, de necromanticis, de ſortilegiis, &c. De ceremoniis, quibus adiurantur mali angeli, quibus item retinentur & adiguntur ad aliquid præſtandum. De malorum angelorum apparentiis, ſiue quoad viſionem, ſiue quoad actionem, atque adeo de ſpectris variis, tam domeſticis, quam iis; qui extra domum apparent. De angelorum malorum apparentiis in actione, ſiue de præſtigiis dæmonum.

Hi ſunt tituli de ſpiritibus ſeparatis: reſtant tituli de ſpiritu ſociato, ſiue de anima rationali. De natura & ſimplicitate animæ rationalis. De eius nexu cũ corpore, ſiue de appetitu, quo cupit necti cum materia. De creatione primæ animæ. De infuſione, vt vocant, ſiue de copulatione animarum reliquarum cum corporibus hominum. De diſtinctione animarum rationalium; &, an ſint ordines animarum rationalium, ſicut ſunt ordines angelorũ. De actione animæ rationalis in corpore, ſiue ea anima diſtinctas habeat actiones ab iis, quas in toto compoſito, ſeu homine producit; atque adeo de actione animæ in ſomno. De raptu animæ, ſiue de Enthuſiaſmo. De præſagiis animæ. De affectione animæ circa id tempus quo debet à corpore ſeparari. De ſtatu animæ extra corpus, ſiue poſt mortem. De ſtatu animarum piarum poſt mortem. De reuocatione animarum ad ſua corpora, atque adeo de reſurrectione mortuorum. De ſtatu animarum cum corpore in altera.

Poſt volumen L. C. Pneumaticorum, conſtituendum eſt aliud volumen; nempe *Phyſicum*, cuius deſcribantur tituli ex Syſtemate noſtro Phyſico.

Et quia in Syſtemate doctrina de metallis, ſuccis, lapidibus, gemmis, plantis & beſtiis tantum ſtricte & breuiter tradita eſt, ideo quæ-

cunque de his rebus leguntur, ad generales iſtos titulos in ſyſtemate propoſitos ſic debent referri, vt tamen interim ſpatium amplius ſub iſtis generalibus titulis relinquatur, quam ſub aliis titulis ſpecialioribus. E.g. Si ſit titulus de gemmis, ibi debet relinqui multorum foliorum ſpatium, vt quicquid de aliqua gemma legis notatu dignum, id ad iſtum generalem titulum ſcribas. Sic etiam de herbis, de arboribus, &c.

Inter Mathematicas diſciplinas primo loco occurrit *Geometria*. 2, *Arithmetica*, in quibus diſciplinis, L. C. vobis non valde proderunt.

Tertio loco occurrit *Aſtronomia*, quã methodicè tractauimus in Syſtemate noſtro Aſtronomico, ad cuius marginem ſi illa adſcripſeritis quæ voletis annotare, vtique opinor ſufficiet; ſiquidem pauca annotaturi in hac materia eſtis, qui Politicis rebus operam nauabitis.

Poſt Aſtronomiam ſequitur *Aſtrologia*, ſiue ſcietia de rebus futuris ex aſtrorum poſitu cognoſcendis; quam diſciplinam etiam nō magnopere, vt exiſtimo, curabitis. Et, ſi quid omnino hic notandum foret, poſſit annotari ad titulos diſpoſitos in ephemeridibus Origani.

Deinceps ſequitur *ſcientia Geographica*, quæ admodum vtilis eſt Politicæ & Hiſtoriæ ſtudioſis, ita vt omnino debeant in ea multum annotare, quæ vel vident vel legunt, vel audiunt, de variis mundi locis & regionibus.

Eſt autem Geographiæ pars duplex; generalis nempe & ſpecialis. Generalis partis titulos omnes methodicè diſpoſitos habetis in noſtro Geographico ſyſtemate; & quia ad generalem iſtam doctrinam non multum eſtis notaturi, ſatis eſt ſi ad marginem notetis.

In ſpeciali vero parte, vbi de ſingulis mundi partibus & regionibus in ſpecie eſt tractãdum, iſta ſunt aſſumenda adminicula: 1, *Theatrum Ortelii*, vel *Atlas Mercatoris*; & ad iſtas tabulas ſeu deſcriptiones tabularum, annotandum de ſingulis regionibus quod vis obſeruare.

Sed quia non vrbium ibi eſt deſcriptio, ideo comparent ſibi Studioſi *Theatrum vrbium*, egregium ſane opus, & ad marginē, vel in charta pura inſerta, notent ea, quæ obſeruant, ita vt ibi annotata eſſe non videant.

Sed & Lexicon ſiue Dictionarium Hiſtoricū ac Geographicum valde ad hãc rem proderit, vt nempe ad nomen regionis vel vrbis annotes ea, quæ annotare cupis.

Poſt Geographiam ſequitur *Optica*, in qua etiam non multum notabitis; ſi quid tamen occurret, poterit notari ad marginem noſtri *Compendii Optici*. In Muſicis non video quid ſit magnopere notandum.

Sequitur *Geodeſia*, ſiue ſcientia de mēſurandis rerum dimenſionibus, vbi etiam notatione magna nō eſt opus. Si quis aūt omnino aliquid notatu dignum iudicabit, poterit annotare ad marginem alicuius libri de his rebus ſcripti, vt ſunt inprimis *mechanica Hulſii*, qui perſpicue ſcripſit de menſura longitudinum, latitudinum, ſiue agrorum altitudinum, vt turrium, & profunditatum, vt puteorum.

Deinceps ſequitur architectonica, in qua ſubinde aliquid occurrere ſolet ſtudioſis Politicis annotandum. Itaque breuiter poſſunt aliquo paruo volumine hos titulos Architectonicos notare: De Architectonica in genere, atque adeo de architectis tã principalibus, quos *Ingeniarios* vocant, quam adminiſtris, quos *fabros* dicimus, qui ſunt vel ferrarii, vel lignarii, vel cæmentarii. De Architectonica ædificatoria in ſpecie. De materia ædificiorum in genere. De lignis ad ædificandum aptis. De cæmento, nempe luto, calce, lapidibus, lateribus. De forma ædificiorum in genere, & quidem primo de forma pertinente ad neceſſitatem & commoditatem. De ædificiis publicis. De ædificiis pertinentibus ad habitandum, ſiue de ædificiis togatis & tempore pacis præcipue valentibus. De ædificiis ſacris. De curia. De ædificio Scholæ. De granatio publico. De aula magiſtratus, ſeu Principis. De ſtabulo publico. De ædificiis priuatis. De ædificiis ad bellum pertinentibus in genere. De arcibus. De munitionibus vrbanis. De foſſa vrbis. De mœnibus. De vallo. De propugnaculis ad vallum. De armamentario, & quæ ad illud. De ædificiis bellicis extra munitionem, ſiue de caſtris. De ædificiis nec ad neceſſitatem, nec defenſionem pertinētibus, ſed ad amœnitatem. De ornatu & ſplendore ædificiorum, ſiue quomodo ædificia extruenda ſint, non tantum ad neceſſitatem & commoditatem, ſed etiam ad ſplendorem & ornatum.

Altera pars voluminis Architectonici eſt *Organica*, ſiue *mechanica*, de inſtrumentis, ſeu machinis variis, in qua parte hi tituli ſufficiēt: De machinis in genere, & de machinatoribus, ſeu machinarum fabris. De automatis, ſiue machinis per ſe & intus mobilibus, atque adeo etiam in ſpecie de horologiis. De machinis externe motis in genere. De machinis ſcanſoriis, ſeu quæ ſcandendo mouentur. De machinis ſpiritalibus, id eſt, talibus, quæ vel vento, vel alio flatu, nempe follibus impelluntur.

De

De machinis aquaticis, id eſt, talibus, quæ aquâ impelluntur, atque adeo etiam de aquæductibus, & de molis. De machinis tractoriis, id eſt, iis, quæ trahuntur vel ab equis vel ab hominibus.

Capvt VII.

De voluminibus Locorum Communium in diſciplinis realibus operatricibus.

Volumen in diſciplinis operatricib. eſt vel prudentiæ, vel artis. Et prudentiæ iterum vel religioſæ, vel ciuilis. Volumen L. C. prudentiæ religioſæ, ſiue quod idem eſt, S. Theologiæ, quæ eſt prudētia ad ſalutem animæ perueniendi, diſponi debet eo titulorum ordine, quem monſtrauimus in 2. & 3. libro *Syſt. Theol.* Nam primus liber habet titulos partim Theoſophicos, partim Pneumaticos.

Itaque aut poterunt transſcribi illi tituli in peculiare volumen, aut quæ notanda ſunt, ad marginem notari poſſunt, vel in pura charta inſerta.

Prudentia ciuilis eſt vel generalis, vel ſpecialis.

Generalis prudentia, primo eſt *Ethica*; cuius titulos etiam diſpoſuimus in Syſt. Ethico. Itaque inde vel transſcribi poſſunt; vel, quod magis ſuaſerim, ad marginem latiorem notentur ea, quæ in Ethicis notanda ſunt.

Idem ſuadeo de *Oeconomicis*, cuius titulos omnes diſpoſuimus ſpecialibus tamē exceptis, vbi quilibet pro conditione eius loci, in quo familiam habiturus eſt, notabit ad vſum ſuum accommodata peculiari ad id volumine facto, in quo tituli diſponentur eodem plane ordine, quo diſpoſiti ſunt in generali Oeconomica, incipiendo nempe a perſonarum ſocietate & progrediendo ad poſſeſſionē domeſticam.

E. g. Si quis in Germania familiam habere vellet, inſtitueret volumen peculiare, in quo ſecūdum ordinem titulorum generalium Oeconomicorum notaret ſpeciales obſeruationes quæ ad Oeconomias in Germania pertinent, vt de vxore ducenda in Germania, de liberis educandis in Germania, de famulis in Germania conducendis, de poſſeſſione acquirenda in Germania, de agricultura in Germania, de mercatura in Germania, &c.

Volumen *locorum Politicorum* ſequitur, quod etiam eſſe debet vel generale, vel ſpeciale.

Generalis voluminis titulos iam diſponimus in adornando Syſtemate Politico, quod vbi benedicente Deo fuerit abſolutum, habebunt Politicæ ſtudioſi titulos methodicos & plenos, ſecundum quos poſſint res politicas notare.

Speciale Politicum volumen eſt, in quo diſponuntur L. C. ſpeciales & particulares pertinentes ad Reip. ſtatum in iſta regione vel vrbe, in qua victurus es.

Quod volumen tam varium eſſe poteſt & multiplex, quam eſt forma Reipublicæ: ſi enim viuas ſub abſoluta monarchia, habebis titulos de abſoluta monarchia ordine diſpoſitos, ſub quibus notes quæ ad tuum vſum pertinent. Sin viuas in tali regno, in quo ſit mixta Ariſtocratia cum Monarchia, habebis titulos de mixta illa Monarchia diſpoſitos. E. g. ſi quis viuat in Polonia, habebit volumen locorum communium pertinentium ad formam regiminis in Polonia, quod volumen diſtinguendum erit in duas partes.

In priori parte ſpecialis iſtius voluminis diſponentur tituli de regno Poloniæ in vniuerſo. E. g. 1. de Rege Poloniæ. 2. de electione regis, atque adeo de interregno. 3. de comitus electoriis. 4. de iuramento regis. 5. de inueſtitura regis. 6. de Senatoribus regni, atque adeo de Palatinis, Caſtellanis, Cancellario, Mareſcaldo, Capitaneis, &c.

Alterum volumē erit de ſingulis regni prouinciis, primo quidem de primariis, nempe de Polonia maiori, minori, Lithuania, Ruſſia, Vulinia, Boruſſia, Liuonia, &c.

Volumen *Iuriſprudentiæ*, etiam debet eſſe vel generale, vel ſpeciale.

Generale volumen diſponetur ſecundum iſtos titulos, quos quidam ex auditoribus noſtris nuper in tabula delineauit.

Speciale volumen iuris debet continere titulos accommodatos ad ius ſpeciale eius loci, in quo viuimus. E. g. qui vellet viuere Dantiſci, deberet ſecundum generales titulos notare ea, quæ noſtro iure municipali ſunt recepta. Sic qui viuit in regno Poloniæ, notabit titulos iuris generalis, ſed ita, vt quæ ſpecialiter in iſto regno vſitata ſunt, non vero quæ in Romano imperio vel alibi, ſub iſtis tit. notet.

Et ſic de voluminibus Prudentiæ: Volumen artis, eſt vel artis liberalis vel illiberalis, vel mixtæ.

Ars liberalis vel eſt generalior, ſiue eſt de rerum normis & ſignis; & ſic ſupra docuimus, quomodo ibi ſunt colligendi L. C. vel eſt ſpecialior, ſiue de rebus ipſis, vt eſt Medicina; & ſic quomodo colligendi ſint L. C. id non magnopere pertinet ad ſtudioſos Politicæ. Interim, ſi quid vel in diæta, vel in morbis illis, quibus es obnoxius, obſeruare cupis, poteris

id facile facere, paucis aliquot titulis, vel in ſchola Salernitana, vel in inſtitutionibus Medicinæ Fuchſii, aut Fernelii diſpoſitis.

Illiberalium, & mixtarum artium volumina illarum artium ſtudioſis relinquamus.

Et ſic de Locis communibus rerum vniuerſalium methodo ſyſtematum digeſtis: Methodo alphabetica diſponentur L.C. duplici ratione.

Prima ratio eſt, ſi ad vocem rei iſtius de qua aliquid vis annotare in magno Lexico Calepini, vel ad marginem, vel purâ chartâ inſertâ, quod notare vis, annotes.

Hanc ego rationem minus incommodam exiſtimo, tum quia minus laborioſa videtur, tum etiam quia non facile aliqua res occurrit, cuius vocem non poſſis ſtatim reperire. E. g. obſeruas aliquid de horologiis, tantum quæris vocem *horologii*, & ibi aſſcribis. Item legis aliquid de *ſepultura*, quod cupis obſeruare, tum quæris hanc vocem, & ibi annotas.

Valde autem vtile eſt puram chartam inſerere ſingulis paginis Calepini, & ne fiat nimis craſſus liber & incommodus, poteſt compingi in duos tomos.

Quod ſi vero etiam hoc incommodum videatur, alia via adeſt, vt nempe ordine alphabetico notes res, & titulos alphabeticos duobus voluminibus deſcribas; quorum vnum ſit ab A. ad L. alterum ab L. ad finem alphabeti.

Notabis autem ordine ad talis voluminis conſtructionem has cautelas: 1, Nomina tantum notanda ſunt, verba omittenda. 2, Nomina adiectiua omittenda ſunt & tantum notanda ſubſtantiua. 3, Nomina appellatiua tantum notanda ſunt, & omittenda propria, 4, Concreta referenda ſunt ad abſtracta, & deriuata ad primitiua. 5, Synonyma ad vnum titulum reuocanda ſunt. 6, Si nouarũ rerum vocabula, e. g. arborum in India, &c. quæ in Calepino non extant, ad titulos referenda ſunt, inſerantur in ſeriem literarum. Specimen aliquod demus in litera A: Abbas & Abbatia, Abdicatio, Abdomen, Abies, abiuratio, abominatio, abortus, abrotanum, abſentia, abſynthium, abſolutio, abſtinentia, abſtractum, abundantia, abuſus, abyſſus, acalanthys, acanthis, acceleratio, (vbi adde ſynonyma, feſtinatio, properatio) accentus, accidens, acceptio, accipiter, acclamatio, accola, ſiue finitimus, accommodatio, accretio, accubatio, accuratio & accuratus, accuſatio & accuſator, acerum, acer, acrimonia, acerbitas, acerra, aceruus, aceruatio, acies, &c. Conferant hæc ſtudioſi cum Calepino, & videbunt quæ omiſſa ſint, quæ vero non; & ad horum imitationem vocabula ordine colligant.

Hucuſque de diſpoſitione rerum vniuerſalium: reſtat agamus de diſpoſitione rerum ſingularium.

Singularia, ſiue indiuidua, quæ notamus, ſűt vel aliena, vel noſtra.

Aliena ſingularia ſunt vel exemplificantia, vel non exemplificantia.

Singularia exemplificantia voco, quæ ſunt imagines & exẽpla alicuius rei, ſiue præcepti vniuerſalis traditi in certo aliquo Syſtemate diſciplinæ alicuius ſupra enumeratæ.

Omne autem ſingulare exemplificans pertinet vel ad contemplatiuam aliquam diſciplinam; vel ad operatricem.

Inter contemplatrices diſciplinas quatuor ſunt, ad quas exempla ſiue ſingularia exemplificantia referri poſſunt, nempe *Theoſophica, Pneumatica, Phyſica, & Architectonica.* Nam ad Metaphyſicã, itemque ad Geometriã, Arithmeticam, Geodeſiam, &c. ſingularia exemplificantia non poteris referre.

Quę ad operatrices diſciplinas referuntur, vel referuntur ad prudentiam, vel ad artem.

Et ad prudentiam quidem vel religioſam, ſiue S. Theologiam; vel ciuilem, eamque vel generalem, nempe vel Ethicam, vel Oeconomicam, vel Politicam: vel ſpecialem, nempe Iuriſprudentiam.

Inter artes liberales ſola eſt Medicina, ad quã ſingularia exemplificantia poſſint referri.

Atque ita plane ſtatuant Auditores, errare Bodinum & alios, qui peculiaria volumina hiſtorica, ſiue, quod idem eſt, ſingularium exẽplificantium volunt conſtitui, cum tamen impoſſibile ſit ſingularia notari methodicè, niſi quatenus ſunt imagines vniuerſalium, atque adeo quatenus poſſunt referri ad titulos Syſtematum de rebus vniuerſalibus diſpoſitorum. Ita vt volumen Locorum communium hiſtoricorum ſit volumen tuum Theoſophicum, Pneumaticum, Phyſicum, Architectonicum, Theologicum, Ethicum, Oeconomicum, Politicum, Iuridicum, Medicum.

Ad iſtorum autem voluminũ titulos oportet referri omne id quod in hiſtoriis legis, E. g. legis hiſtoriam aliquã de ſpectris, prout multæ tales leguntur, non debes alibi notare quã in volumine Pneumatico. Legis hiſtoriam miram de cane vel equo, non debes alibi notare quam in volumine Phyſico. Legis hiſtoriam quæ acciderit circa ædificia, vel arces, vel caſtra, notabis in Architectonico. Legis hiſtoriam aliquam ſacram de martyribus & eorum conſtan-

Digitized by Google

conſtantia, notabis in Theologico. Legis hiſtoriam & exemplum ſingularis temperantiæ vel fortitudinis,notabis in volũine Ethico. Legis hiſtoriam de amore coniugali, de fauſto vel infauſto coniugio, de filio male educato, de diuitiis mire acquiſitis, &c. notabis in Oeconomicis. Legis hiſtoriam de principis inauguratione,corõatione,de tributis & exactionibus,de mutata Reip. forma, de tyrannide, de bello, &c. notabis in volumine Politico. Legis ſpeciales caſus de hæreditatibus, de teſtamentis,de actionibus in iudicio & foro, notabis in volumine Iuridico. Legis denique hiſtoriā & exemplum de mirabilibus morbis,aut mirabili cura, notabis in volumine Medico.

Et nihil etiam eſt quod Bodinus dicit, *eſſe peculiariter notanda conſilia,dicta, & facta.* Nam dicta proprie ad vniuerſalia pertinebunt, ſi ſint ſententiæ notabiles, vt & conſilia: hæc enim vel erunt canon, vel dabunt canonem nouũ in diſciplina vniuerſali. Et ſi forte dicta, vel conſilia ſint ſingularia,pertinebunt tamen ad vniuerſalia præcepta,pērinde vt facta,ſic vt penitus ſuperuacaneum futurum ſit peculiaribus voluminibus iſta diſtinguere.

Iuſtus Lipſius in centuria epiſtolarum 61. vult quatuor volumina locorum hiſtoricorũ conſtitui, vt nempe *primum ſit memorabilium, alterum ritualium, tertium ciuilium, quartum moralium.*

Sed quod ad memorabilia attinet, exiſtimarim nihil eſſe notandum quod non ſit memorabile: ſiquidem ſupra præcepimus in Locos communes referendum eſſe id tantum, quod dignum eſt memoriā. Itaque memorabilium erunt omnia volumina L. C. quæcumque enumeranimus.

Si quis dicat, Lipſium per *memorabilia* intellexiſſe *ſumme memorabilia* & *admiranda* inprimis, vt quidem ſe etiam explicat, reſpondeo, talibus peculiare volumen methodicum poſſe nec tribui,nec eſſe neceſſe. Non poteſt tribui, quia memorabilia ſunt in omnibus ſupra enumeratis diſciplinis; quale autem illud methodicum volumen eſt futurum,in quo decem ad minimum diſciplinarum tituli ſunt diſponendi. Nec neceſſe eſt memorabilia peculiari volumine (loquor de methodico,non de aduerſario) notari, ſed poſſunt iſta memorabilia & ſumme admiranda aliquā notā in volumine inſigniri,vt nempe tinctura rubella, aut viridi, manum cum indice appingas, aut etiam ſolē & lunam,& ita facile poteris ſumme admiranda à minus admirandis diſtinguere, ſub quolibet methodico titulo.

Nec probo ſententiam Lipſii de rituali volumine,propter eandē cauſam; quia orireτur magna titulorum confuſio & diſciplinarum, ſi omnia ritualia peculiari volumine notanda forent. Sunt enim ritualia, pneumatica; vt ritus & ceremoniæ,quæ obſeruantur in adiuratione Dæmonum, &c. Sunt multa ritualia Architectonica quæ ad ædificia pertinent. Sũt multa ritualia Theologica, vt ritus ſacrificiorum, expiationis peccatorum, &c. & omnes ceremoniæ.Sunt ceremonialia Ethica, E.g.ritualia ciuilitatis morum, ritualia liberalitatis & hoſpitalitatis in conuiuiis. Sunt ritualia Oeconomica, vt nuptiæ, veſtes; item ſupellectilis domeſticæ, & plura alia. Sunt etiam ritualia multa politica, vt ritualia regum & inaugurationis eorum, ſpectacula, triumphi, funera. Sicut ergo omnium iſtarum diſciplinarum titulos in vnum volumen velle digerere, non eſt methodicos locos ſcribere: ita etiam ritualia iſta omnia vno volumine methodico comprehendi non poſſunt.

Quod de ciuili volumine, ſeu politico dicit Lipſius & de morali, id recte monet; ſed non recte facit,quod Oeconomicam,quod Theoſophiam,quod Pneumaticam,quod alia omittat, quæ ante enumerauimus, ita vt plane ſim in hac ſententia, Lipſium, ſi proprium ſuum conſilium eſt ſecutus, potius aduerſaria volumina hiſtorica, quam methodica habuiſſe.

Porro, quæcunque legis ſingularia exemplificantia, ea ſunt vel virtutum & vitiorum exempla,in iſtis nempe diſciplinis, vbi de virtutibus & vitiis agitur,vel ſunt exempla canonum. Ita vt oporteat eum, qui hiſtorias cum fructu notare volet, canones quoque habere diſpoſitos in omnibus diſciplinis, ad quas hiſtorias diximus eſſe referendas.

Et ſic de ſingularibus exemplificantibus: Non exemplificantia ſingularia, vel ad perſonas pertinent,vel ad loca.

Quæ ad loca pertinent, poterunt vel ad Geographicum volumen notari,vel,ſi ibi non poſſint, ad nomen iſtius loci in Lexico geographico.

Quæ de perſonis leguntur non exemplificantia ad nomen iſtius perſonæ, in Lexico etiam notanda ſunt.

Et ſic de ſingularibus alienis: ſingularia tua ſunt ea, quæ nec legis nec audis,ſed in perſona tua & rebus tuis experiris.

Eaque etiam ſunt vel exemplificantia, vel non exemplificantia.

Exemplificantia ea ſunt, quæ ſingulariter obſeruas in perſona tua, vel domeſtici tui ali-

cuius vel familiaris aut conſanguinei, quæ quidem etiam referenda ſunt ad diſtincta volumina, perinde vt iſta quæ legis in hiſtoriis. Neque enim in alienis diligentiores eſſe debemus, quam in propriis annotandis exemplis.

Non exemplificantia ſingularia tua pertinent vel ad rationes, ſiue calculum acceptorum & expenſorum domeſticorum, vel pertinent ad qualitates, actiones, aut paſſiones, vel tuas, vel alicuius domeſtici tui.

Liber, ſeu volumen rationum domeſticarum diſponitur ſecundum annos, menſes & dies, ita vt in vna facie paginæ acceptæ, in altera ſcribantur expenſa.

Qualitates, actiones & paſſiones perſonarum & rerum domeſticarum. e. g. quādo vxorem duxeris, nuptias celebraueris, quādo tibi natus ſit filius, qui ſuſceptores fuerint, peculiari volumine notentur, ſecundum ordinem etiam temporis.

Atque hæc ſunt omnia volumina, vt ſpero, & ſimul etiam omnes Locorum communium ſpecies, quibus res omnes tam vniuerſales quā ſingulares vtiliter à nobis notari poſſunt.

CAPVT VIII.

De Locis Communibus verborum & phraſium.

HVcuſque de Locis communibus rerum tam vniuerſalium, quam ſingularium: ſequitur vt agamus de Locis communibus verborum.

Loci communes verborum vel ſunt ſimplicium, vel coniunctorum, ſiue phraſium.

Loci communes verborum ſimplicium diſponuntur, vel ordine rerum, vel ordine alphabetico.

Ordine rerum diſponuntur vocabula ſimplicia, quando ad titulos rerum per ſingulas diſciplinas diſpoſitarum primò omnium monetur de nomine, ſeu vocabulo rei, ita vt primo eius proprietas indicetur, deinde ſynonyma eius præcipua colligantur; id quod in præcipuis rebus breuiter fieri poteſt, vt non neceſſe ſit conficere vocabulorum ſimplicium volumen diſtinctum à volumine rerum.

Ordine alphabetico ita diſponentur L.C. vocabulorum ſimplicium, vt ſi quid ſingulare legas de aliqua voce, breuiter annotes ad Lexicon Calepini.

Tantum de locis vocabulorum ſimplicium: ſequuntur loci vocabulorum coniunctorum, ſiue phraſium, qui etiam dupliciter diſponi poſſunt, vel ſecundum ordinem rerum, vel ſecundum ordinem alphabeti.

Secundum ordinem rerum L.C. phraſium ſunt vel laxiores, vel contractiores.

Laxiores L. C. phraſium plane ſequuntur ordinem ipſarum rerum vniuerſalium. Nam ſignum ſequitur ordinem eius, cuius eſt ſignum, non ſecus ac vmbra ſequitur corpus à quo ſpargitur.

Itaque aut tot ſunt conficienda volumina phraſium, quot diximus eſſe conficienda rerum vniuerſalium, aut in aliqua parte paginæ voluminis rerum relinquendum eſt tantum ſpatii, vt quæ de re illa ſonant elegantiores phraſes, poſſis ibidem aſſcribere. E.g. in volumine generaliſſimo præcognitorum titulus realis eſt de ſtudiis literarū; ibi in aliquo chartæ ſpatio elegantiſſimæ phraſes poſſent annotari ſub titulo *ſtudendi*; vt eſt: *Muſis litare*; *Mentem tingere ſucco doctrinarum*, &c. Sic in volumine Theoſophico titulus eſt de *prouidentia Dei*, ibi breuiter poſſent annotari elegātiores phraſes, quæ exprimunt Dei prouidentiam. Sic in volumine pneumatico titulus eſt de *cura angelorū*, de qua elegantiores phraſes eſſent aſſcribendæ, & ita per reliqua omnia volumina. In volumine politico titulus eſt *de legatione & legatis*, vbi phraſes elegantes ſeparato ſpacio annotarentur, vt legationem obire & quæ ſunt ſimiles.

Contractior ratio Locorum communium in quibus phraſes annotantur, hoc modo poſſet inſtitui. Quia quicquid homo loquitur vel ſcribit, id omne eò pertinet, vt vel res aliqua declaretur, vel vt aliquid quod in ipſo homine ineſt, ſignificetur. Et verò declaratio rerum à rerum ordine pendeat, & tam ſit varia quam res ipſa; ideo omiſſis phraſibus pertinentibus ad declarationem rerum, conſtituendum foret volumen phraſium, quibus ea ſignificantur quæ ſunt in homine.

Quicquid autem eſt in homine, id pertinet vel ad mentem, ſiue intellectum hominis, vel ad memoriam, vel ad voluntatem & affectum, vel ad loquelam & ſcriptionem, vel denique ad riſum & fletum.

Hæc ergo omnia vno volumine poſſent comprehendi, quod volumen certis partibus diſtingueretur.

Prima pars eſſet de phraſibus ſignificantibus mentem hominis. Et quia mentis humanæ tres ſunt functiones, nempe *apprehenſio ſimplex, ſententia* & *diſcurſus*, ideo alter titulus eſſet de phraſibus pertinentibus ad apprehenſionem ſimplicium, cuius hi eſſent tituli: Cogitandi. Indagandi. Noſcendi. Explicandi. Phraſes vniuerſitatis. Phraſes particularitatis.

Singu-

Singularitatis. Cauſationis, ſiue autorem eſſe. Occaſionis & opportunitatis. Impulſionis ad aliquid agendum. Vſus. Abuſus. Productum eſſe, ſeu, profectum eſſe ab aliquo. Deſtinatū eſſe. Deſtinandi. Capacem eſſe. Accidere. Proprium eſſe. Integrum eſſe. Mutilum eſſe. Partem rei eſſe. Adiunctum eſſe. Obiectum eſſe. Circumſtare. Comitari. Antecedere. Conſequi. Deſcribendi. Definiendi. Diuidendi. Cognatum & ſimile eſſe. Diſtinguendi. Pugnandi.

Ad ſecundam mentis operationem, ſiue ſententiam pertinerent hæ phraſes: Categoriee proponere. Affirmare. Negare. Cum conditione proponere. Limitare & reſtringere. Proprie proponere. Figurate proponere.

Tertia mentis functio, ſiue diſcurſus, eſt vel ſyllogiſmus, vel methodus.

Ad ſyllogiſmum hi tituli pertinerent: Ratiocinari. Probare. Inferre & concludere. Confirmare & conuincere. Refutare. Approbare & aſſentiri. Improbare & diſſentire. Teſtari & teſtimonium dare. Vtrinque conſtringere. Opinari. Certò ſcire. Ad oculum demōſtrare. Diſputare. Coniectare.

Altercari. Sophiſticari & argutias mouere, atque adeo fallacias ſtruere. Argutias animaduertere & diſſoluere.

Ad methodum iſti tituli pertinent: Ordinare & diſponere. Rem totam complecti. Quæ ad rem pertinent explicare. Abbreuiare. Euagari. Perturbare ordinem rerum.

Iſti tituli præcipue ſunt phraſium pertinentium ad mentem; tituli phraſium pertinentium ad memoriam hi eſſent: Bona memoria eſſe. Meminiſſe. In mentē venire & recordari. Immemorē eſſe. Obliuiſci & Obliuioſum eſſe.

Sequuntur tituli phraſium pertinentium ad voluntatem & affectum, qui latiſſime omnium patent.

Tituli phraſium pertinentium ad animi & voluntatis affectiones, ſunt vel generales, vel ſpeciales.

Generales tituli ſunt: Affectum eſſe. Commoueri. Non commoueri. Velle. Nolle. Mirari. Conſtantem eſſe in affectu. Leuem eſſe in affectu.

In ſpecie affectus ſunt, vel primi vel orti.

Primi affectus ſunt vel quoad nos, vel quoad alium.

Affectus quoad nos iterum vel gratus, vel ingratus eſt.

Tituli gratorum affectuum ſunt: Lætandi. Placendi. Sperandi. Cupiendi. Exoptandi. Affectandi. Fiduciæ.

Affectus quoad nos ingrati, habent hos tit. Triſtandi. Sollicitudinis & curæ. Iræ. Pœnitentiæ. Deſiderii. Expectationis. Diſplicētiæ. Indignationis. Deſperationis.

Affectus ad alios etiam eſt vel gratus vel ingratus.

Grati affectus ſunt hi tituli: Amoris. Fauoris & gratiæ. Reconciliationis. Conſolationis. Gratulationis. Blanditiarum.

Affectus ingrati ad alios habent hos titulos: Odii. Contemptus. Terroris & minarum. Accuſationis & reprehenſionis. Suſpicionis. Læſionis. Inſidiarum. Criminationis.

Affectus ortus vel eſt ex virtute & vitio, vel ex virtutum vnione, vel diſſenſu.

Affectus ortus ex virtute & vitio, vel eſt imperfectior, vel perfectior.

Imperfectioris ſunt hi tituli: Miſericordiæ. Immiſericordiæ. Immunitatis ab inuidia. Inuidiæ. Æmulationis. Neglectus laudis & æmulationis. Pœnitentię. Impœnitētiæ. Continentiæ. Tolerantiæ. Incontinentiæ. Obſtinatiæ. Mollitiei. Immunitatis à ſuſpitione. Suſpitionis.

Perfectiorum affectuum tituli ſunt: Prudētię. Imprudentiæ, atque adeo præcipitantiæ & temeritatis. Iuſtitiæ generalis. Iniuſtitiæ. Temperantiæ. Abſtinentiæ. Voracitatis. Sobrietatis. Bibacitatis & ebrietatis. Caſtitatis. Libidinis. Contentum eſſe rebus ſuis.

Nimiæ cupiditatis. Appetentiæ honoris & modeſtiæ. Ambitionis. Neglectus honorum. Magnanimitatis. Superbiæ. Puſillanimitatis circa res magnas. Æquabilis animi. Inſolentiæ & laſciuiæ. Stuporis. Sedulitatis & diligentiæ. Nimiæ diligentiæ. Ignauiæ. Infidelitatis in officio. Animoſitatis in rebus aduerſis & in perferendis doloribus. Impatientiæ & abiectionis animi. Fortitudinis in re bellica. Audaciæ. Timiditatis. Iuſtitiæ diſtribuentis cuiq; quod ſuum eſt. Iniuſtitiæ nemini tribuentis quod ſuum eſt. Obſeruantiæ erga ſuperiores. Obedientiæ. Irreuerentiæ. Inobedientiæ. Gratitudinis, atque adeo agnitionis beneficii. Memoriæ beneficii. Conteſtationis beneficii. Compenſationis beneficii. Ingratitudinis non agniti, nec redditi beneficii. Nemini detrahēdi. Calumniæ & conuitii. Laudis nimiæ. Boni contractus. Mali contractus & fraudis. Officioſitatis, atque adeo officii deferendi. Inofficioſitatis & officium denegandi. Liberalitatis. Prodigalitatis. Auaritiæ. Magnificentiæ. Luxus. Sordium in magnis opibus. Eleemoſynæ. Durities erga pauperes. Hoſpitalitatis. Inhoſpitalitatis. Comitatis, atque adeo humanita-

lis nutari. Brachia vibrare. Verberare. Percutere. Vulnerare, &c. Saltare. Deambulare.

Ad reſpirationem & pulſum pertinent hi tituli; Reſpirare. Attrahere in pulmones. Refrigerare cor. Expirare. Difficulter reſpirare. Plane non reſpirare. Micare ſeu pulſum habere. Dilatatio pulſus. Contractio pulſus. Pulſus vehemens. Pulſus remiſſus. Pulſus æqualis. Pulſus inæqualis.

Tituli de ortis affectionibus animalis, nempe de vigilia, ſomno & inſomniis ſunt hi: Vigilare. Vigilantem eſſe. Vigilare interdiu. Vigilare noctu, ſeu lucubrare. Propendere ad ſomnũ & ſomnolentum eſſe. Leuiter dormire. Altum dormire. Cubitum ire. Somniare. Excitare à ſomno. Surgere cubitu.

Tituli qui pertinent ad hominem, quâ homo eſt, ante ſunt expoſiti.

Et ſic de phraſibus ad methodum reuocandis: phraſes ſerie alphabeticâ diſponêtur duabus rationibus; prior eſt, vt inſertâ chartâ purâ in lexicon Calepini, ad voces ſimplices addas phraſes, ſeu voces coniunctas. E.g. ad vocẽ *Mori*, in Calepino poteris omnes phraſes aſſcribere elegantiores, vt eſt, *fato fungi, rebus humanis eximi*, &c.

Altera ratio eſt ſecundum ordinem alphabeti ex Lexico iſto eas voces, ad quas phraſes, tanquã ad titulos reuocari poſſunt & debent, in peculiare volumen deſcribere, hoc modo; *Abbreuiandi. Abdicandi. Abducendi. Abeundi. Aberrandi. Abhorrendi. Abiiciendi. Abiudicandi. Abiungandi. Abiurandi. Ablactandi. Ablegandi. Abligurriendi. Abluendi. Abnegandi. Abominãdi. Abortiendi. Abradendi. Abripiendi. Abrumpendi. Abſcedendi. Abſcindendi. Abſconſionis. Abſentia. Abſolutionis. Abſorbendi. Abſtergendi. Abſtinendi. Abſtrahendi. Abundandi*, &c.

Qui modus vt recte teneri poſſit ad exemplum iam datum in litera *A*; eæ cautelæ notandæ ſunt: 1. Omittis in ſerie vocum omnes particulas ſeu omnes partes indeclinabiles, & tamen ſumis nomina & verba. Sæpius autem verba, quam nomina. 2, In nominibus omittis omnia propria. 3, Cum abſtractis coniungis concreta, atque adeo ſumis ſola ſubſtantiua nomina, nulla adiectiua. 4, Deriuata & diminutiuã refers ad primitiua. 5, Verba non includentia certi nominis ſignificationem non ſumis. 6, Generaliſſima & maxime ambigua vocabula nõ ſumis. 7, Inuſitata etiam omittis. 8, Figurata item reducis ad propria. 9, Compoſita ſub ſimplicibus pones, ſcilicet ea quæ eandem cum ſimplici habent ſignificationem. 10, Synonyma ad ſynonyma refers. 11, Sæpe vnum tantũ eſt vocabulum quod phraſes plures non admittit. Vt Pandiculari, Oſcitari, &c. 12, Gradus refers ad abſoluta. Vt, Vehementer dolere; refers ad *Dolere*.

Capvt Vltimvm.

De ſubtitulis in Volumine Locorum communium.

Reſtat nobis tertium membrum conſilii noſtri, nempe de ſubtitulis titulorum, in volumine Locorum communium.

Subtituli illi vel ſunt titulorum realium, vel verbalium.

Subtituli realium quomodo diſponi debeant, accurate docuimus in methodo formandorum ſtudiorum, tabula G: vbi tamen hanc addimus ãdmonitionem, *titulum omnem eſſe vel perfecti vel imperfecti thematis.* Si titulus ſit thema perfectum, ſubtituli diſponi debent ſecundum explicationem perfecti thematis. e. g. ſi titulus ſit *homo*, diſponis ſubtitulos ſecundum canones tractandi hominis in Gymnaſio Logico traditos. Si vero titulus ſit *Mundus*; diſponis ſubtitulos ſecũdum canones thematis imperfecti collectiui, & ſic etiam in accidentibus.

Sunt autem ſubtituli iſti vel pleni, vel contracti.

Pleni explicantur in dicta tabula.

Contracti ſubtituli ſunt, quando tantum duos de quaque re ſubtitulos ponis, quod iudico eſſe vtile propter breuitatem, quorum prior cõtinet rei explicationem: E.g. ſub titulo *Mundus*, poneres ſtatim explicatio mundi, & ſcriberes omnia quæ huc pertinent, cauſas, effecta, cognata, &c. ſiue ſubtitulis. Alter titulus eſſet *Quæſtiones*, ſiue *Controuerſia de re*; Vt, *Quæſtiones de Mundo* &c.

Sic de ſubtitulis rerum: Subtituli verborum & inprimis phraſium, ſunt duplices.

Primi ſubtituli indicant an phraſis aliqua ſit Aſiatica, an Laconica, quod notari poteſt per literã *A* & *L*. ad phraſin additã, & poteſt capi iudicium de hac re ex autore in quo phraſin legis.

Alterum genus ſubtitulorum in phraſibus eſt, an phraſis ſit familiaris & epiſtolica, ſiue humilis & mediocris; quod notas per *F*. an vero grandis, quod notas per *G*. Grandis vero iterũ eſt vel oratoria, quod notas per *O*, vel hiſtorica qđ notas per *H*, vel Poëtica, quod notas per *P*.

Et hæc quidem ſunt quæ de Locis Communibus hoc tempore potuimus per diuinum fauorem auditoribus noſtris communicare.

Digitized by Google

Lectori S.

A*Pparatum hunc* Practicum *dudum eſt cum officinæ Typographicæ tranſmiſi. Nec aliter credebam fore, quam vt* Diſputationibus Practicis *præiret, facem velut quandam prælaturus & lucem methodi. Hæc enim in Theſibus Politicis paulo alia quam in Syſtemate. Nimirum ſecundæ hæ in Practicis curæ & cogitationes poſteriores, quibus abſolutius & plenius diſpoſita omnia, ſic vt mihi nunc videar in methodo Practicarum diſciplinarum diuino beneficio medsocriter ſatisfeciſſe. De quo nolim nunc pluribus, qui id ſaltem ago, vt moram iſtam apud te excuſem, quæ ipſa nō à me, ſed ab officinis, quas dixi. His negotium faceſſiuere* Tabulæ, *quas iam vidiſti, & quibus nouas has nunc addo; Sed ſuccinctiores, & quæ ſtrictiori intuitu totam Philoſophiæ Practicæ Ideam ponant ob oculos & animum. Concinnauit eas auditor meus & ſympatriota* David Schumannus; *cuius in his ſtudiis ingenium felix, quod Deus firmet, & operoſū. Teſtis eſſe queat* Diſputatio, *quæ ſub calcē eſt*, Politica extraordinaria prima. *In ea nouum nobis inſtitutum, & ſiquid iudico, prudentiæ Politicæ ſtudioſis inprimis vtile. De quo inibi ſum præfatus. Et extarent iam plura à nobis eiuſmodi ſpecialis Politicæ ſpecimina, ſi fuiſſet abſque morbo meo graui & periculoſo, cum cuius reliquiis adhuc luctor quandiu viſum fuerit Domino Deo, cuius manum ac caſtigationem paternam, vt ſenſi & agnoui, ita ab eiuſdem paterno ac philāthropo pectore ſpero & exopto omnia, quæ poſſint eſſe animæ & corpori meo ſalutaria. Interea hoc tractandarum ſpecialium materiarum Politicarum exemplar in* Regno Perſico *intueantur ciuilis prudentiæ ſtudioſi, & fruantur tum eo, tum toto hoc noſtro Practico apparatū. Qui quidem quāti laboris fuerit, probe mihi ſum conſcius, & teſtabitur res ipſa apud æquos æſtimatores. Oſſa nuda videbuntur nonnullis hi congeſti tituli. At vero talia hæc oſſa ſunt, è quorum medulla totum corpus facile naſci poſſit. Verbo dicam; Forma ipſa hæc eſt & velut eſſentia Practicæ Philoſophiæ. Senſi ipſe & expertus ſum quantum in practicis lumen hi tituli dederint nonnullis Nobiliſſimis & florentiſſimis iuuenibus, quibus iſta priuatim communicaui, quique conſilio meo Locos Communes Practicos ſibi hac formâ & methodo concinnarunt. Si cui titulis ipſis connexio & ordo non ita ſtatim appareat, vt iis qui hæc ex me audiuerunt, huic paratum ſubſidium à Tabulis in hunc finem diſpoſitis. Sed &* Alphabetarii indices *ſuccenturiare feliciter poſſint, quos in vſum ſuum priuatum laudabili diligentia confecit iuuenis eximius* Clemens Colmerus, *hoſpes & auditor meus. Cui acceptum feres Lector, ſi quid ex iis tibi ad Locos Practicos fuerit commodi. Et vt eſſe poſſit, monui Typographum, ita indices hos excuderet, vt ſeparari poſſint & ad cuiuſque Diſciplinæ Practicæ Locos, ſiue volumen annecti ab his qui vti volent. Sic enim numerum paginarum cuiuſque voluminis Practici titulis inditum impreſſorum ſine magno labore addiderint Philoſophiæ Practicæ ſtudioſi. Quibus id animitus à Deo precor & opto, vt in Practicis ſtudiis facilius nunc & dexterius verſentur cum Reſpublicæ fructu atque emolumento. Dantiſci, propridie Idus Decembres, Anni 1608.*

BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS.

PHILOSO-

Digitized by Google

PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ IDEA SVCCINCTIVS ADVMBRATA.

TABVLA I.

- A PHILOSOPHIA Practica ſpectatur vel
  - Communiter, & ſic eſt
    - *Ethica*, quæ vel
      - Generalis, cuius ſpectandus
        - 1, Finis, qui vel
          - Abſolutus, isque vel
            - Principalis; qui vel
              - Indeterminatus
                - Primus, Bonum morale, ſeu felicitas primario dicta, ſeu honeſtas.
                - Ortus
                  - Voluptas animi & bona conſcientia,
                  - Bonum honoris, ſeu internus honor.
              - Determinatus ad certas circumſtantias, & dicitur *Decorum*.
            - Minus principalis; videl. Fortuna bona & proſperitas; & ſic iterum vel
              - Internus
                - Primus reſpectu
                  - corporis
                    - 1, Sanitas,
                    - 2, Pulchritudo,
                    - 3, Spectabilitas,
                    - 4, Robur,
                    - 5, Voluptas corporis & recreationes.
                  - Animi
                    - Doctrina, & Eruditio.
                - Ortus, Libertas vitæ æternæ, quâ nulli obligamur.
              - Externus, qui dicitur *Commodum*, & *bonum utile*. Et eſt
                - 1, Honor externus, qui eſt vel
                  - Abſolutus, & dicitur
                    - Bona fama, & Exiſtimatio.
                  - Eminens, isq; iterum, vel reſpectu
                    - Solius hominis & dicitur
                      - Laus,
                      - Gloria.
                    - Multorum, in familiâ, & dicitur
                      - Nobilitas.
                - 2, Libertas vitæ externæ,
                - 3, Opes & divitiæ,
                - 4, Securitas a periculis.
          - Relatus, eſt Bonum cum eâ relatione, ut eſt
            - Publicum,
            - Privatum,
            - Præmium.
        - 2, Obiectum, quod vel
          - Internum, idque vel
            - Primum,
              - 1, Intellectus practicus & recta ratio.
              - 2, Voluntas,
              - 3, Cupiditas humana,
              - 4, Affectus, qui vel
                - Primus
                  - Amor,
                  - Lætitia.
                - Ortus
                  - Deſiderium,
                  - Votum,
                  - Spes, Metus,
                  - Ira, Admiratio,
                  - Stupor,
                  - [illegible], [illegible].
              - 5, Locomotiva,
              - 6, Senſus.
            - Ortum, Actio, Praxis, Mores.
          - Externum quod vel
            - Primum
              - Perſona,
              - Res,
              - Circumſtantia rerum
                - Locus,
                - Tempus.
            - Ortum
              - Status rerum, ſive ſeculum.
        - 3. Medium, quod vel
          - Primum
            - Virtus moralis, quæ vel
              - Primario dicta; cuius ſpectanda
                - 1, Partes,
                - 2, Formalis, Mediocritas,
                - 3, Cauſa efficiens,
                - 4, Cauſa dirigens,
                  - Lex, quæ eſt vel
                    - Proprie dicta, in qua ſpectanda
                      - Diſtinctio, quod alia
                        - Dei,
                        - Naturæ,
                        - Gentium.
                      - Functio, quæ vel
                        - Primaria
                          - Legis ſanctio,
                          - Executio.
                        - Secundaria, quæ vel
                          - Directa
                            - Confirmatio legis,
                            - Interpretatio.
                          - Indirecta
                            - Mutatio,
                            - Abrogatio.
                    - Improprie
                      - 1, Mandata & iuſſa, ſeu præſcripta.
                      - 2, Permiſſiones factorum, quæ ad virtutem faciunt.
                      - 3, Admonitiones ad virtutem,
                      - 4, Illecebræ ad virtutem,
                - 5, Effecta
                  - Actio virtutis, quæ vel
                    - Primaria,
                    - Secundaria, & dicitur
                - 6, Oppoſitum.
                - 7, Diſtinctio, *Vide B.*
              - Secundario, & dicitur *Decorum*.
          - Ortum, quod dicitur, Amicitia; quæ vel
            - Simplex; eaque vel
              - Perfecta, ſeu honeſtatis; quæ iterum vel inter
                - Præſentes,
                - Abſentes.
              - Imperfecta, ſeu iucunditatis & utilitatis,
            - Mixta, & dicitur Sodalitas.
      - Specialis, vid.
    - *Oeconomica, G.*
    - *Politica. Vide L.*
  - Specialiter & reſtricte, & ſic eſt tum

B Diſtinctio. Eſt enim virtus moralis, vel

- Vniuerſalis, eaque vel
  - Analogicè dicta, quæ vel
    - Sublimior
      - Prima, Metus Diuini nominis.
      - Orta
        - 1, Amor virtutis,
        - 2, Amor gloriæ, ſeu bonæ famæ.
    - Inferior, quæ vel
      - Generalis, Amor omnium creaturarum.
      - Specialis, Amor certi obiecti honeſtatis.
  - Perfectè, quæ vel
    - Prima
      - Iuſtitia vniuerſalis, quæ conſideratur vel in
        - Habitu,
        - Actu.
      - Prudentia vniuerſalis.
    - Orta, Conſtantia.
- Particularis, quæ conſideratur, vel ſecundum
  - Speciem: Et eſt vel
    - Perfectè dicta, quæ conſideratur, vel
      - Quoad nos, ſiue Moderatrix noſtri ipſius in
        - Cupiditate, & dicitur temperantia, quæ vel
          - Generalis.
          - Specialis, eaque regit, vel
            - Internam voluptatem, quæ vel
              - Prima, temperantia, circa
                - Nutrimentum,
                - Cibum,
                - Potum,
                - Venerem.
                - Quæ dicitur: Frugalitas, Abſtinentia, Sobrietas, Caſtitas.
              - Orta, Temperantia circa
                - Somnum.
                - Curā ornandi & purgandi corporis.
            - Externam, quæ eſt Temperantia circa
              - Corporis recreationes,
              - Amœnitatem,
              - Luſum,
              - Muſicam,
              - Veſtitum.
              - Supellectilem domeſticam.
        - Affectu. Quæ virtus iterū vel
          - Generalior, circa affectum
            - Deſiderii, & dicitur *Αὐτάρκεια*.
            - Induſtriæ, & dicitur Grauitas.
          - Specialior, tum circa
            - Deſiderium, quod vel
              - Ortū, quæ dicitur Virtus opum rectrix, & ſpectatur vel ratione
                - Acquiſitionis,
                - Conſeruationis, & dicitur Parſimonia.
              - Honoris, & dicitur *φιλοτιμία*.
            - Affectum, tumq; vel
              - Lætitiæ, quæ dicitur Æquabilitas, & eſt vel
                - Generalis,
                - Specialis, quando quis in conuiuiis eſt hilaris.
              - Triſtitiæ, quæ vel in malo
                - Præſenti, & dicitur Patientia, quæ vel
                  - Generalis, eaque vel
                    - Primaria, in malis Non meritis.
                    - Secundaria, in malis meritis.
                  - Specialis, in malis, vel
                    - Propriis, iiſque vel
                      - Primis, ſeu mediis, & nōdū extremis, q̄ eſt patientia in malis, vel
                        - Naturalibus: Surditate, Cæcitate, Fame, Siti, Æſtu, Frigore, Nuditate, &c.
                        - Nō naturalib.: Ignominia, Captiuitate, Paupertate.
                      - Ortis, ſeu extremis, vid. in Morte.
                - Imminenti; quæ dicitur Fortitudo, & eſt vel
                  - Generalis,
                  - Specialis, q. vel
                    - Circa pugnam,
                    - In pugna pro Rep. q̄ dicitur Fortitudo bellica, & eſt vel
                      - Perfectè dicta.
                      - Imperfectè, quæ vel
                        - Ciuica,
                        - Experimentalis,
                        - Iracunda,
                        - Fiduciaria,
                        - Mercenaria.
      - Quoad aliū. *Vide C.*
    - Imperfectè. *Vide*
      - Partim ad nos, partim ad alios.
  - Gradum, & ſic virtus eſt vel
    - Communis,
    - Heroica.

C Quoad alium, & eſt

- 1, Iuſtitia particularis, quæ vel
  - Iuris publici, & dicitur Iuſtitia Diſtrib. quæ eſt vel
    - Fida, eaque
      - Erga viuos, & ſic ſpectatur vel reſpectu
        - Eius, quod tribuendum eſt. Eſtque
          - 1, Iuſtitia circa vitam proximi
          - 2, In bonis animi,
          - 3, In Libertate,
          - 4, In honore & in æquitate iudicandi,
          - 5, In voluptate,
          - 6, In bonis fortunæ.
        - Eorū quibus tribuendū eſt; & ſi æſtimātur, vel ex
          - Gradu, qui vel
            - Superiores
              - Dignitate,
              - Meritis & beneficiis, & dicitur Gratitudo.
            - Pares.
            - Inferiores
              - Tempore,
              - Statu,
              - Meritis.
          - Coniunctione, vt ſunt Agnati, Cognati, &c.
      - Erga non viuos, qui vel
        - Nō mortui, iique vel
          - Dudum, & dicuntur Maiores,
          - Recens.
        - Nondum viui, & dicuntur
          - Poſteri, ſeu
          - Poſteritas.
    - Correctiua, circa
      - Præmia virtutum
      - Pœnas vitiorum
      - Et hæc iterum eſt vel
        - Actiua, circa
          - Præmia, quæ dicitur Diſciplina,
          - Pœnas.
        - Paſſiua, circa
          - Præmia,
          - Pœnas.
  - Iuris priuati, & dicitur Iuſtitia commutatiua, quæ vel
    - Generalis,
    - Specialis circa Contractus, qui eſt vel
      - Propriè dictus, eſtque vel
        - Lucroſus, qui vel
          - Permutatio, quæ vel
            - Eiuſdem generis, & ſic iterum vel
              - Rei cum re,
              - Operæ cum
                - Opera,
                - Pretio.
            - Diuerſi.
          - Locatio,
          - Oppignoratio. quæ vel
            - Propriè dicta,
            - Impropriè dicta, das wetten.
        - Gratuitus, qui eſt vel
          - Donatio,
          - Repletio boni, vtilis q̄ vel
            - Eiuſdē indiuidui, eſtq; vel
              - Depoſitio,
              - Cōmodatio.
            - Similis boni, & eſt iuſtitia mutui.
      - Impropriè, & quidem
        - In hæreditate,
        - In Accretione,
        - In re quæ pro derelictâ habetur.
- 2, Vid.
- 3, Vid.

- D 1. *Beneficentia*, quæ eſt vel
  - Primario dicta, quando de noſtro damus; eſtque vel
    - Officioſitas,
    - Liberalitas; quæ vel
      - Abſoluta, eaque vel
        - Generalis,
        - Specialis; quæ vel reſpectu
          - Eius quod datur, ſicque iterum, vel reſpectu
            - Opum & munerum, & dicitur
              - Liberalitas ſumptuaria, ſeu muneratio.
            - Victus, & dicitur
              - Liberalitas tractatoria, ſeu Conuiuatoria.
          - Eius cui datur; quæ vel
            - Hoſpitalitas,
            - Liberalitas Eleemoſynaria.
      - Sublimior, quæ vel
        - Generalis,
        - Specialis; & eſt vel
          - Reſpectu eius, quod datur & dicitur
            - Magnificentia muneratoria, ſeu tractatoria.
          - Eius quod datur; eſtque vel
            - Publica,
            - Priuata ſeu Eleemoſynaria.
- E 3. *Virtus conſeruatrix*, quæ eſt vel
  - Primaria, & dicitur
    - Comitas quæ vel;
      - Generalis,
      - Specialis, quæ ſpectatur vel
        - Separatim, eaque vel circa
          - Abſentes,
          - Præſentes
            - Perpetuo manentes,
            - Non perpetuo manentes.
        - Collectim, & dicitur *Popularitas*.
  - Secundaria, & dicitur *Vrbanitas*.
- 2. Partim ad nos, partim ad alios Quæ virtus eſt vel magis
  - Abſoluta. Et eſt
    - 1, Studium concordiæ,
    - 2, Humilitas,
    - 3, Manſuetudo, quæ eſt vel
      - Iræ moderatrix, & dicitur, Longanimitas,
      - Vindictæ reſtrenatrix, & dicitur, Placabilitas.
    - 4, Veracitas, quæ conſiſtit vel in
      - Modo, quo dicitur
      - Obiecto
        - De quo dicitur, quò pertinet candor & integritas.
        - Cui dicitur, quò pertinet fides in ſermone.
    - 5, Eulalia, quæ ſpectatur, vel reſpectu eius
      - Quod loquendum eſt, ſicq; iterũ vel reſpectu
        - Obiecti
          - De quo dicitur,
          - Cũ quo dicitur, quod obiectum eſt vel
            - Propriũ
              - Perſona alterius, quæ cõſideratur, vel quoad
                - Cõpellationem,
                - Reſponſionem.
            - Improprium, nosmetipſi.
          - Pro quo dicitur.
        - Quantitatis.
        - Qualitatis, ſeu modi, & quidem reſpectu
          - Inſtrumentorũ, quæ ſpectãtur, vel
            - Materialiter circa
              - Sonum, &
              - Pronunciationem.
            - Formaliter, tum circa
              - Modum loquendi.
              - Geſtus, qui ſunt vel
                - Externi, & ſpectantur
                  - Simpliciter, & ſic ſunt vel
                    - Totius corporis,
                    - Partium.
                  - Comparate adiunctis corporis.
                - Interni circa
                  - Spiritum, &
                  - Anhelitus.
      - Quod tacendum eſt, & ſic ſpectatur
        - In genere, idq; vel
          - Abſolutè, partim in ſe, partim in ſiis, quæ
            - Planè tacenda
            - Aliquatenus tacenda.
          - Reſpectiuè, in colloquiis cum altero.
        - In ſpecie, cum certo pacto & ſtipulatione ſilentii.
    - 6, Ciuilitas, quæ vel
      - Inſita, eaque vel
        - Abſoluta, tum circa
          - Situm corporis,
          - Vſum membrorum & eorum actiones, quæ vel
            - Internæ,
              - Spiritus &
              - Anhelitus.
            - Externæ.
          - Excretionis corporis.
        - Relata erga homines conſideratos, vel
          - Separatim,
          - Collectim, ſeu in conuentu.
      - Aſſumpta, reſpectu certarum gentium.
    - 7, Grauitas, quæ ſpectatur vel in
      - Communi, ſeu in genere, circa
        - Geſtus, &
        - Adiuncta corporis.
      - In ſpecie, circa Honorem & defenſionem ſuæ famæ.
  - Homoletica, & dicitur conuerſatio, quæ vel
    - Generalis,
    - Specialis; eaque vel
      - Priuata, quæ vel
        - Seria, quæ iterum vel inter
          - Præſentes,
          - Abſentes.
          - vtraque vel
            - Superiorum cum inferioribus,
            - Inferiorum cum ſuperioribus,
            - Æqualium inter ſeſe.
        - Conuiualis, ſeu conuiuium, quod ſpectatur vel in
          - Genere, quod vel
            - Primarium,
            - Secundarium.
          - Specie, quod vel
            - Solitarium,
            - Mutuum.
      - Publica, quæ ſpectatur vel
        - Indeterminatè, in plateis publicis.
        - Determinate in publico conuentu.
  - Imperfectè & analogicè; Et ſic iterum vel
    - Quoad nos, quæ vel
      - Generalis,
        - Continentia,
        - Perſeuerantia,
      - Specialis
        - 1, Ingenuitas,
        - 2, Pudor,
        - 3, Patientia,
        - 4, Moderatio deſiderii & expectationis,
        - 5, Moderatio ſpei.
    - Quoad alios,
      - 1, Amor aliorum,
      - 2, Compaſſio,
      - 3, Miſericordia,
      - 4, Epiphæregathia,
      - 5, Epiphæcakia.
    - Partim quoad nos, partim quoad alios
      - 1, Immunitas à ſuſpicione,
      - 2, Immunitas ab inuidia,
      - 3, Zelus pro virtute & re bona,
      - 4, Virtus æmulatrix,
      - 5, Pœnitentia.
  - Specialis reſpectu
    - Ætatis,
    - Sexus,
    - Status.

FINIS TABVLÆ I.

PRVDENTIA OECONOMICA.

- G Prudentia Oeconomica, eſt vel
  - Generalis, cuius ſpectandus
    - 1, Finis, qui vel
      - Abſolutus; isque vel
        - Perfectus, qui vel
          - Principalis, qui vel
            - Primus. isq; vel
              - Simplex, Felicitas Oeconomica.
              - Reſtrictus ad certas circumſtantias, qui dicitur Decorum Oeconomicum.
            - Ortus
              - Tranquillitas & voluptaa domeſtica,
              - Felicitas honoris Oeconomici.
          - Minus Principalis; qui iterum vel
            - Internus, qui vel
              - Primus, Sanitas Oeconomica.
              - Ortus, Libertaa interna Oeconomica.
            - Externus
              - 1, Voluptas corporis domeſtica externa,
              - 2, Honor domeſt cus externus,
              - 3, Libertas domeſtica externa;
              - 4, Opulentia Oeconomica,
              - 5, Potentia Oeconomica,
              - 6, Immunitas Oeconomica à periculis.
        - Imperfectus, partim quoad
          - Societatem perſonarum,
          - Poſſeſſionem domeſticam,
          - idque vel in
            - Statu abſoluto,
            - Eminenti.
      - Eminens, vt in
        - Virtute Heroicâ,
        - Eruditione,
        - Pietate.
    - 2, Obiectom, quod vel
      - Internum, idque vel
        - Primum
          - Iudicium rerum Oeconomicarum,
          - Affectus circa res Oeconomicas.
        - Ortum, Actio Oeconomica.
      - Exter-num
        - 1, Perſonæ Oeconomicæ,
        - 2, Res Oeconomicæ,
        - 3, Tempora œcon. apta,
        - 4, Loca œconomiis apta.
    - 3, Medium, nē-pe virtus, ſeu regimen Oeconomicum, quod eſt vel
      - Peccatum, cuius ſpe-ctanda
        - Fundamētum, ſeu ipſe paterfamil. cuius iterum ſpectādum
          - Officium & cura, vel in
            - Vita, eaque vel
              - Interna; quæ vel
                - Prima, vel in
                  - Adminiſtratione, quæ vel
                    - Generalis, rū circa
                      - Perſonas Oeconomicas in genere,[H] & eorū
                        - Vitam, Vide H.
                        - Mortem.
                      - Res. Vide I.
                    - Specialis. Vide K.
                  - Iudicio domeſtico, ſeu domeſtica diſciplina.
                - Orta
                  - Defenſio,
                  - Exornatio,
                  - Amplificatio
                  - Perſonarum,
                  - Rerum.
              - Externa, quæ vel circa
                - Agnatos & affines,
                - Amicos,
                - Vicinos,
                - Hoſpites aduerſantes in domum.
            - Morte.
        - 2, Terminus,
        - 3, Cauſa dirigens, ſeu norma & lex.
      - Turbatum, quoad gradum
        - Abſolutum,
        - Eminentem.
  - Specialis, diſtincta tum ratione
    - Diuerſorum ſtatuum inter homines,
    - Diuerſorum modorum acquirendi,
    - Quantitatis in poſſeſſione domeſtica,
    - Loci,
    - Temporis.

- **H** Vitam, quæ conſideratur, vel
  - Indeterminate, circa numerum & quantitatem perſonarum.
  - Determinate, vt ſc. perſonæ viuant
    - 1, Abſolute,
    - 2, Secundum virtutem
      - Ethicam,
      - Oeconomicam,
      - Politicam.
    - 3, Honorifice,
    - 4, Commode.

- **I** Res, cuius ſpectanda
  - 1, Diſtinctio, quod alia ſit
    - Immobilis; quæ iterum vel
      - Artificialis, quæ vel
        - Prima, Domus.
        - Orta, Inſtrumenta reliqua.
      - Naturalis, vt fundus, ager, &c.
    - Mobilis, quæ eſt vel
      - Menſura, videlicet
        - Numerus, & Pecunia.
      - Menſorata, quæ iterum vel
        - Generalior, quæ vel
          - Animata, quæ vel
            - Rationalis, vt Homo,
            - Irrationalis, vt Pecus.
          - Inanimata, videlicet
            - Victus,
            - Supellex, quæ vel
              - Veſtiaria,
              - Vaſaria,
              - Sellaria,
              - Operaria.
        - Reſtrictior, quæ vel
          - Vulgarior,
          - Rarior.
  - 2, Modus acquirendi, ſeu acquiſitio; quæ vel
    - Simplex; quæ vel
      - Ordinaria, quæ vel
        - Naturalis, vel
          - Prima, videlicet agricultura, quæ vel
            - Proprie dicta.
            - Improprie
              - 1, Horticultura,
              - 2, Viniculura,
              - 3, Hortus
                - Pomarius,
                - Herbareus,
                - Oleraceus.
                - Lupularius.
          - Orta, quæ vel
            - Pecuaria quæ vel
              - Manſueta,
              - Ferina, quæ vel
                - Terreſtris, & dicitur *Venatio*.
                - Volatilis, & dicitur *Aucupium*.
                - Aquatica, & dicitur *Piſcatoria*.
            - Foſſoria.
        - Artificialis, quæ eſt
          - 1, Permutatio rei cum re.
          - 2, Mercatura
            - Proprie dicta, quæ vel
              - Summaria,
              - Minuta
              - vtraque, vel
                - Rerum naturalium,
                - Artificialium.
            - Improprie, quæ vel
              - Nummularia,
              - Operaria, quæ ſpectatur vel ratione
                - Officii publici,
                - Priuati, & ſic eſt
                  - Artium interiorũ,
                  - Exteriorum, & dicitur *Opificium*.
          - 3, Mercenaria.
      - Extraordinaria, quæ vel
        - Directa, per
          - Hæreditatem,
          - Donationem,
          - Ceſſionem boni vel pignoris,
          - Dotem,
          - Inuentionem,
          - Præſcriptionem;
          - Accretionem,
          - Allouionem.
        - Indirecta, per
          - Certamen depoſiti pignoris,
          - Luſum.
    - Mixtus ex variis generibus acquirendi.
  - 3, Acquiſitorum adminiſtratio, quæ vel
    - Prima, eaque vel in
      - Vendendo,
      - Emendo,
      - Vtraque, eſt vel
        - Generalis & indeterminata, ad omnem modum acquirendi.
        - Specialis, ad modũ acquirendi naturalem, videl. agriculturam, & ſic eſt vel
          - Primaria, Perſica.
          - Secundaria, Attica.
    - Orta, quæ eſt vel
      - Tractatio
        - Immobilium.
        - Mobilium.
      - Conſeruatio.
      - Erogatio & præparatio, quę vel
        - Generalis,
        - Specialis circa certa obiecta.

- **K** Specialis, quæ eſt vel
  - Primaria, quæ vel
    - Prima; Societas coniugalis; cuius ſpectanda
      - 1, Antecedentia,
      - 2, Actus,
      - 3, Officia, ſeu virtutes; quæ ſunt vel
        - Communes, eæq; vel in
          - Vita,
          - Morte.
        - Propriæ ſingulorum, & hæ vel
          - Mariti,
          - Vxoris
          - erga
            - Vxorem,
            - Maritum
            - & eius cognatos
    - Orta; Societas inter parentes & liberos, & horum officia mutua.
  - Secundaria; Societas Domini & Serui.

FINIS II. TABVLÆ.

PRVDENTIA POLITICA.

Prudentia Politica eſt vel

- **Generalis, cuius ſpectandus**
  - 1, Finis, qui vel
    - Principalis, Felicitas & ſalus publica, ſeu, bonum publicum.
    - Minus principalis, qui vel
      - Internus; Voluptas & iucunditas, ſeu Pax interna Reip.
      - Externus
        - 1, Commoditas & vtilitas Reip. ſeu pax externa.
        - 2, Honor & decus, ſeu ſplendor Reip.
        - 3, Potentia Reipub.
        - 4, Libertas Reipub.
  - 2, Obiectum; quod vel
    - Primarium: Societas politica, cuius conſideranda Conſtitutio, quæ eſt vel ex
      - Materiali; multæ familiæ domeſticæ
      - Formali; Vnio harum familiarum; cuius conſideranda
        - 1, Fundamentum, ſeu cauſa efficiens, quæ eſt vel
          - Remotior, videlicet Conſenſus cohabitandi in vno loco, isque vel
            - Expreſſus,
            - Tacitus.
          - Propinqua; quæ vel
            - Prima: Obligatio ſingulorum membrorũ, erga totam communitatẽ, q̃ terminatur in
              - In obiecto, iſtius obligationis videlicet ẽ
                - Bono,
                - ſeu
                - Virtute.
            - Orta: Participatio & communicatio boni & mali politici.
        - 2, Finis, qui eſt, Κοινοπραγία, ſeu conſpiratio, & auxilium mutuum in bono publico.
        - Diſtinctio. Eſt enim ſocietas Politica, vel
          - Naturalis tantum, quæ vel
            - Minor, eaq; vel
              - Homogenea, vnius ſc. ſtirpis ſeu capitis.
              - Heterogenea.
            - Maior, quæ etiam vel
              - Homogenea,
              - Heterogenea.
          - Partim ex natura, partim ex inſtituto, quæ eſt vel
            - Continens, quæ vel
              - Prima, eaq; vel
                - Homogenea, quando homines vnius ſtirpis conſtituerunt inter ſe villas, vicos, pagum.
                - Heterogenea, vbi homines ad vnam ſtirpem non poſſunt reduci, qualis eſt plerumque.
              - Orta, ex vicis & pagis, q vel
                - Minor in caſtellis, oppidis, vrbibus,
                - Maior in diſtrictibus, prouinciis, ducatibus, regnis, imperiis.
            - Contenta, videlicet ſodalitas, collegium, conuentus hominum.
    - Secundarium, videl. Res extra hominem, quę conſiderantur, vel vt
      - Subiecta & obiecta.
      - Circumſtantiæ.
  - 3, Medium, quod eſt vel
    - Primum, videl. Regere, ſeu adminiſtratio ſtatus publici, quæ eſt vel
      - Prima & principalis, videlicet Monarchia ſeu Principatus, qui vel, *vide M*
      - Orta, videlicet Polyarchia, quę vel
        - Simplex, eſtq; vel
          - Ariſtocratia
          - Democratia.
        - Mixta, vel ex
          - Duplici ſtatu
          - Triplici ſtatu.
    - Ortum, videlicet parẽre.
- **Specialis, reſpectu certarum Politiarum & Monarchiarum mundi, quæ ſunt vel**
  - Veteres,
  - Recentes; quæ vel
    - Cultæ,
    - Incultæ.

M

- Excellentior, iſque vel ratione
  - Finis eminentis, vel ratione
    - Finis abſoluti,
    - Contemplationis,
    - Pietatis.
  - Vtraque vel
    - Pacata, cuius conſiderandus, tum
      - Princeps, ſeu gubernator; in hoc iterum ſpectanda
        - 1, Cauſa efficiens, ſeu fundamentum regiminis; quod eſt vel
          - Aptitudo imperandi, quę vel
            - Naturalis, eaque vel
              - Indeterminatior, ex
                - Sexu,
                - Ætate.
              - Determinatior & reſtrictior, ratione
                - Corporis,
                - Animi.
            - Acquiſita ratione virtutũ
              - Intellectualium,
              - Moralium
                - Ethicarum,
                - Oeconomicarum,
                - Politicarum.
          - Poteſtas, quæ eſt vel
            - Prima, quæ vel
              - Abſoluta; eaq; vel
                - Diuina, ſeu commiſſio Principatus diuina.
                - Humana, quæ eſt vel
                  - Ordinaria, per
                    - Succeſſionem,
                    - Electionem.
                  - Extraordinaria.
              - Relata ſeu certis ſignis confirmata, vt ſũt
                - Iuſiurandum Principis & ſubd.
                - Inauguratio,
                - Proclamatio, coronatio.
            - Orta, quæ vel
              - Primaria, & dicuntur *Regalia Principis*; quæ ſunt vel
                - Vniuerſalia.
                - Particularia.
              - Secundaria, vid. *Authentia & Valor ſigilli.*
        - 2, Cauſa dirigens, *vide N*
        - 3, Diſtinctio, *vide O.*
        - 4, Cauſa Inſtrumentalis, *vide P.*
      - Gubernati ſeu ſubditi, & eorũ officiũ, qđ eſt vel erga
        - Totam Remp.
        - Principẽ ſolũ,
        - Officiarios Pr.
        - Seſe inuicem.
    - Turbata, *vide Q.*
- Minus excellens, ſeu imperfecta, vel ratione
  - Perſonæ imperantis,
  - Poteſtatis,
  - Specialium pactorum cum ſubditis,
  - Mixtionis,
  - Territorii parui,
  - Temporis.

N 2, Cauſa

N

2, Cauſa dirigens & adiuuans, quę eſt partim
- Lex,
- Conſilium
- Adminiſtri, qui ſunt vel
  - Directi, iique vel ad
    - Informandum, videlicet
      - Conſiliarii,
      - Iuriſconſulti,
      - Hiſtorici.
    - Expediendum, qui dicitur
      - Officiarius, Et eſt vel
        - Internus,
        - Externus.
  - Indirecti, qui vel
    - Occulti,
    - Extraordinarii,
    - Supernumerarii.

O 3, Diſtinctio. Eſt enim officium, regimen & cura Principis vel
- Principalis, in eius
  - Vita, eaque ſpectatur, vel ratione
    - Principii.
    - Progreſſus.
    - Vtraque eſt vel
      - Publica, quæ vel
        - Interna, quæ vel
          - Prima, videlicet
            - Cura prudentiæ ſeu gubernationis & diſpenſationis, quæ etiam vel
              - Primaria, circa
                - Homines, ſeu ſubditos; quæ vel
                  - Generalior, circa eorū
                    - Vitam
                      - Indeterminatam ſeu circa
                        - Qualitatem ſubditorum,
                        - Quantitatem.
                      - Determinatam, vt viuant
                        - 1, Abſolute,
                        - 2, Secundum virtutem
                          - Ethicam,
                          - Oeconomicam,
                          - Politicam.
                        - 3, Honorifice,
                        - 4, Commode,
                        - 5, Iucunde.
                    - Mortem.
                  - Specialior, circa ſubditos in ſpecie; Qui ſpectatur vel
                    - Separatim, eſtque vel
                      - Primarius, ſeu Superior,
                      - Secundarius, ſeu Inferior.
                    - Collectim, & dicitur
                      - Subditorum communio, quæ eſt vel ex
                        - Natura, quæ vel
                          - Maior, Integra gens ſubditorum.
                          - Minor, Familia.
                        - Inſtitutio, ſ. Ciuilis, quæ eſt vel
                          - Continens, videlicet
                            - Pagus, Ciuitas,
                            - Diſtrictus,
                            - Prouincia,
                            - Ducatus,
                            - Regnum, Imperium.
                          - Contenta, videlicet
                            - Status, Sodalitates, & collegia ſubditorum.
              - Secundaria circa
                - Res, quæ ſpectantur, vel vt
                  - Obiecta Politica, & ſunt vel
                    - Animata,
                    - Inanimata.
                  - Circumſtantiæ.
            - Cura iuſtitiæ ſeu iudicii; quæ cōſideratur, vel in
              - Genere, circa
                - Præmia,
                - Pœnas.
              - Specie, circa
                - Iudiciū, tum
                  - Forenſe, quod eſt vel
                    - Ciuile,
                    - Criminale.
                    - Vtrumque vel
                      - Ordinariū, qd' vel
                        - Proprium,
                        - Improprium, quod fit per arbitros.
                      - Extraordinarium.
          - Orta, quæ vel
            - Primaria, Defenſio
              - Hominum,
              - Rerum.
              - eſtque vel
                - Imperialis,
                - Clientelaris.
            - Secundaria
              - Amplificatio,
              - Exornatio.
        - Externa, erga exteros
          - In regno; qui ſunt vel
            - Peregrinantes per regnum,
            - Habitantes in regno.
          - Extra regnum qui ſunt, vel
            - Subditi;
            - Nō ſubditi, ſeu Magnates, cū quibus tractat Princeps; quę tractatur è vel
              - Generalis, cuius cō ſideranda
                - Inſtrumēta, quæ ſunt vel
                  - Emiſſa; eaq; vel
                    - Viua, Legati,
                    - Muta, Epiſtulę.
                  - Admiſſa.
              - Specialis, vel ratione
                - Vicinitatis,
                - Pactorum generalium,
                - Fœderis.
      - Priuata circa aulam, & eius
        - 1, Domicilium; quod eſt vel
          - Temporarium,
          - Perpetuum.
        - 2, Perſonas aulicas; quæ eſt vel
          - Propria,
          - Neceſſaria ſeu Cognata,
          - Officiaria.
        - 3, Res.
- Minus principalis, in eius
  - Morte, quæ etiam eſt vel
    - Publica,
    - Priuata magis ad perſonam Principis quam ad Rempub. pertinens.

P

4. Cauſa inſtrumentalis, quæ eſt tum
- Reditus Principis, & eorum, vel
  - Acquiſitio, quæ eſt vel
    - Generalior.
    - Particularior, ſeu menſalis.
    - vtraque vel
      - Ordinaria,
      - Extraordinaria.
  - Aſſeruatio, ſeu ærarium, quòd eſt vel
    - Publicum,
    - Aulicum.
  - Erogatio & diſpenſatio, quæ eſt vel
    - Publica,
    - Aulica.
- Operæ ſubditorum, quæ ſunt vel
  - Publicæ, ſeu pro Republ.
  - Priuatæ, ſeu pro aulâ.

- Q. Turbata, cuius conſideranda
  - 1. Cauſa; quæ eſt vel
    - Diuina,
    - Elementaris, ſeu Cæleſtis,
    - Humana; quæ eſt vel ex
      - Parte Principis.
      - Parte ſubditorum.
  - 2. Species; eſt enim mutatio alia
    - Lenior,
    - Grauior, quæ dicitur Bellum, quod eſt vel
      - Primarium,
      - Secundarium
      - Defenſiuum.
      - Offenſiuum
      - Vtrumque, vel
      - Terreſtre, cuius cōſiderandum
        - 1, Obiectum,
        - 2, Cauſæ per quas bellum geritur, quæ eſt vel
          - Subſtantialis
            - Perſona, quæ vel
              - Dirigens
                - Princeps,
                - Dux.
              - Directa, ſ. admi-niſtra, quæ vel
                - Miles, qui vel
                  - Separatim ſpectatos, & eſt vel
                    - Eques,
                    - Pedes.
                  - Collectim, & dicitur exercitus.
                - Officiaria.
            - Res, ſeu Inſtrumenta, quæ ſunt vel
              - Animata,
              - Inanimata, quod vel
                - Primum, Pecunia.
                - Ornatum
                  - Commeatus & varia inſtrumēta bellica, quæ pertinent vel ad
                    - Ipſam pugnam & belligerationē; & ſunt vel magis
                      - Propria, quæ dicuntur arma, q̄ ſuot vel
                        - Primario dicta,
                        - Secūdario
                          - Puluis nitratus,
                          - Globi tormentati,
                      - Cōmunia, quæ ſunt vel
                        - Habitatoria,
                        - Fabrilia.
                    - Pugnam ornandam & inflammaodam, vt ſunt
                      - Vexilla,
                      - Tubarum ſtrepitus.
          - Accidentalis, quæ vel
            - Prima, Conſilium, quod vel
              - Directum,
              - Indirectum, ſeu ſtratagema.
            - Orta
              - 1, Excubiæ militares,
              - 2, Diſciplina militaris,
              - 3, Norma ſeu lex militaris,
              - 4, Ius militare ſeu Caſtrenſe.
        - 3, Ipſe actus, ſeu conflictus, & prælium.
        - 4, Connexa,
        - 5, Conſequentia, quæ ſunt vel
          - Læta, Victoria.
          - Triſtia, Clades.

F I N I S.

LECTORI S.

Hic inſerendi ſunt tres illi Alphabetarii Indices, his ſignis § notati; de quibus quid obſeruandum, indicat Epiſtola ad Lectorem poſterioribus Tabulis præfixa.

DISPVTATIONVM POLITICARVM SPECIALIVM ET EXTRAORDINARIARVM, PRIMA,

Quæ eſt

De Principatu ſiue Monarchia Perſarum.

DEO OPT. MAX. fauente,

Habita publicè in Gymnaſio Danticano, ad XIX. Iulij, Anno MDCVIII.

Reſpondente

DAVIDE SCHVMANNO Dantiſcano.

Digitized by Google

VIRIS MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, PRVDENTISSIMIS

D. Bartholomæo Schachmanno, Procoſ.
D. Gvalthero ab Holten, } *Coſſ.*
D. Arnoldo ab Holten, }
Reip. Patriæ.

PERSIAM vobis, Viri Magnifici & Ampliſſimi, ante oculos ſtatuo: ſed Perſiam, non Marte captam, verum arte in noſtras adactam poſſeſſiones. Rudera colligo; ad ſtructuram tranſporto. Structam cernite, iudicate. Patronos nouum opus adoptat. Vos exoptat, viros in omnium orâ & ore celebratiſſimos. Veſtra eſt, quâ nititur virtus, veſtra in luce exterorum locata authoritas. Vos animum in immenſa regionum iniecistis; Regna Europæ luſtraſtis. Tu, Proconſ. Magnifice, etiam Aſiæ pleraque. Nec longè fuiſti ab eo, de quo tractamus, Perſarum imperio; diſſimili quidem & diſpari illi vetuſto, florente tamen adhuc & opulento atque amplo. Nec aliud nunc maius votum meum, quam vos mihi in vno Perſas eſſe. Quid ita? Tanta erat eorum animi virtus & facilitas, vt munera quæque ſibi oblata gratioſè deoſcularentur. Quin aquam etiam volâ hauſtam. Hauſi & ipſe aliquid è Politicis atque Hiſtoricis fontibus, & incluſi huic aphoriſmorum vaſculo. Quod vobis, ciuis veſter, cum obſeruantiâ affero. Vos, quâ eſtis comitate ac gratiâ in Scholam veſtram, & eos qui in ea, accipite munuſculum hoc Perſicâ illâ & ſerenâ fronte, & cum munere iſto me ipſum, & animum hunc vobis imprimis deditum atque addictum, tum officio omni, tum voto: quod pro vitâ atque incolumitate veſtrâ deuotè ad DEVM concipio. Propridie Cal. Iulii, Anno MDCVIII.

V. V. Magnif. & Amplitud. obſeruantiſſimus

DAVID SCHVMANN.

POLITICÆ

POLITICÆ STVDIOSIS S.

EX natura ipſa ciuilium rerum Prudentia Ciuilis, doctrina bifariam nobis partiunda fuit; In generalem nempe & ſpecialem. Et illam quidem, quæ de ſtatu publico abſolutè atque vniuerſim tractat, diſputationibus ordinariis ſumus hucuſque perſequuti. Iſta verò, quæ laudabilium Rerumpublicarum tam veteris, quam noſtri æui inſtituta ſpeciatim declarat, reſeruanda fuit extraordinariis operis. Quarũ nunc auſpicia ducimus à Principatu Perſico. *Nam de Chaldæorum aut Aſſyriorum Monarchiâ, vt in hiſtoricis, ita Politicis tenuia ſaltem ac fugacia videns veſtigia, vixque adeo agnoſcenda. A Perſis, Deo ducente, ad alias quaſdam Orientis gentes, & ab his ad Græcos ibimus, inſpecturi leges ac conſuetudines Principum, in ea gente Rerumpublicarum; Cretenſium, Thebanorum, Corinthiorum, &c. inprimis verò Spartana atq; Athenienſis. Hinc ad Italos transfretabimus; Romam, magnam illam Rerumpublicarum matrem admiraturi, ſimul & luſtraturi. Exinde Principatuum ac Rerumpublicarum recẽtium aliquot formas contuebimur;* Imperii *nempe* Romani, *ſiue* Regni Germanici, *poſt* Galliæ, Angliæ, Poloniæ Reipub. *item,* Venetæ, *& aliarum aliquot, ſuo loco & tempore nominãdarum. Nouum hoc, dicent mali instituti, & Scholis hucuſque inſuetum. Fateor; Sed & miror, & doleo. Prudentia enim Politica vis tota ac perfectio non in generalibus ſita eſt; ſed in ſpecialibus illis ac particularibus Temporum, Locorum, Perſonarum. Loquar cum Seneca ad propoſitum meum paululum inflexo:* Ad prudentiam Epiſt. 2. ciuilem, longum ac difficile iter eſt per præcepta: breue & efficax, per exempla. *Per exempla dico, quæ præceptis iudicioſè atq; ordinariè applicantur. Architecturæ ingenioſam illam peritiã is feliciter conſequitur, qui pauca quædam præcepta methodicè doctus, varia hinc inde magnorum Architectorum, quà paci, quà bello ſtructa ædificia, operà, machinas, moles ſagaciter diſpicit, & adumbrat ſibi atq; obſeruat. Ita Reip. per prudentiam ciuilẽ idoneè atq; ex voto illi parabuntur, qui rectè ordinatis præceptis Politicis non nimis quidem diu, ſed tamen aliquandiu imbuti continuò ducuntur ad exempla Rerumpubl. veteris & noſtri æui. Exempla, aio, rara illa & præclara, & in quibus imago expreſſa iuſtiſſimorum Legislatorum, auguſtiſſimorũ Principum, prudentiſſ. Magiſtratuum, perſpicaciſſimorum Conſiliariorum; deniq; & tractabilium ac florentium ſubditorum. Verbo dicam: laudatiſſimarum Pacis æquè ac Belli artium. Hoc illud eſt quod Ariſtot. monuit;* In Politi- 1.Pol.6. corum præceptorum ordinatione impoſſibile eſt omnia minutim exequi: vniuerſæ enim ſcribi neceſſum eſt; at actiones ſunt rerum ſingularium. *Audite hanc Philoſophi politici ſeriam vocem politicæ ſtudioſi, & ſic habitote: Per generalia præcepta prudentiam ciuilẽ exactè non parari; opus omnino eſſe ſpecialiũ inſtitutorum atq; exemplorum inſpectione, obſeruatione, praxi. Is, qui generalia præcepta nouit, ingeminat Ariſtoteles alibi, remotè tantum ſcit & quaſi eminus; in ſingularibus verò verſatus propriè & abſolutè &* 2. Prior. Analyt. 21. & 1. Poſt. 1. 2.Eth.7. *actu ipſo & velut cominus nouit. Et iterũ: Sermones qui ad genus vniuerſum pertinent in Philoſophia morali, plerunque ſunt ieiuni; qui verò explicant res ſingulares, ſunt certiores: idcirco longè plus tribuendum viro vni experto & verſato in ſingularibus, quam pluribus aliis, qui vniuerſalibus tantũ ſunt innutriti. Nec verbis tantũ id monuit aut teſtatus eſt magnus hic magiſter; ſed & facto ipſo atq; opere. Docuit .n. in ſchola ſua vtramq; Politicam, Generalem ac Specialem: Atq; idcircò ſuo in Politicis magno diſcipulo Alexandro perſuaſit, non minus referre barbaras gentes, quàm cultas & ciuiles vidiſſe, earumq; imperia ac leges noſſe: vt in eius vitâ teſtis eſt Ammonius. Et Cic. de Finib.* Omnium ferè ciuitatum, *inquit,* nõ Græciæ ſolum, ſed & Barbariæ mores ab Ariſtotele & inſtituta, & diſciplinas; à Theophraſto etiam leges cognouimus. *Cogita meũ Lector & æſtima, quod ſcio te facere, quantus omnibus Regnis & Rebuspub. theſaurus perierit, dum iſthæc Ariſtot. ac Theophraſti* Specialia Politica *perierunt. Pauca, quod gemẽs ſcribo, ex iis nobis reliqua; nec alia ferè vlla, quam quæ exſtant 2. Politic. libro, auro ob id & gemmis cariore. Nobis id ſatis ſit, magnorum illorũ Politicæ doctrinæ autorum, vtut vetuſtate obliterata, veſtigia ſectari, inq; Scholas velut poſtliminio tãdem reducere hoc quoq; Ariſtotelis & primæuorum Peripateticorum ſalutare inſtitutũ, cum generali illa ac communi, Specialis, & vt ſic dicam, magis actuoſæ Politicæ cõſociandæ. Sic enim diſcent ii, qui ciuilem prudentiã quærunt, vniuerſalia ſingularibus rectè applicare, atq; ex his illa tum illuſtrare, tũ firmare. Cognoſcent etiã veram ac fructuoſam peregrinandi rationẽ; nec in peregrinatione à ſeipſis peregrinabũtur, & à ſcopo ſuo: Id quod plurimis hodie accidit Nobilibus & ignobilibus, Germaniam, Italiam, Gallias, Angliã, & alias regiones luſtrantibus; magis ad iactationẽ, quam ad vſum Reip. & ſuum. Sed & clarior ac probatior futura eſt vſitata illa & neceſſaria iuris diſtinctio in commune & municipale, vt quæ tota pendet à ſtatus publici atq; adeo Politicæ prudentiæ partitione, quã dedimus in generalem & ſpecialem. Denique creſcere hinc poſſit Hiſtoriarum ſtudium & dulceſcere atque illuſtrari. Harum enim vis atq; vſus nullibi vel euidentior, vel efficacior quam in Politica Speciali. Id quod non tam à me audire atque intelligere vos, quam reipſa, benedicente ſtudiis veſtris Deo, ſentire atque experiri cum bono veſtro opto & voueo.* *Prid. Calend. Iulias, Anno MDCVIII.*

BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS.

DE IMPERIO SEV MONARCHIA PERSARVM:

Et primo quidem de Statu eius pacato,

APHORISMVS I.

PERSÆ eum Regem conſtituebant, qui mas eſſet, non fæmina, quique corporis pulcritudine ac integritate membrorum excelleret. Neque vel altero oculo captum, vel naſo auribusve mutilatum, vel vlla membrorum prauitate deformatum recipiebant.

De Perſarum origine & denominatione audiamus Herod. l. 6. qui inquit; *Vocabantur quondam Perſæ à Græcis* Cephenes, *à ſe vero ipſis atque ab incolis* Artæi. Verum poſteaquā Perſeus Danaes & Iouis filius ad Cepheum Beli filium commeauit & Andromedam eius filiam vxorem duxit, tulit ex eâ filium, quem *Perſen* appellauit, eumque illic reliquit, à quo (nam Cepheus carebat virili prole) cognomen Perſæ ſortiti ſunt. Horum imperium cœpit anno mundi 3405. quo tempore Cyrus, adempto Medis Lydisq; imperio, primus id in Perſiam intulit, eamque florentiſſimam & potentiſſimam reddidit. Eius iam penetralia ſecundum methodum in Politicis traditam, perluſtrabimus; quæ docet, vniuscuiusque imperii perſpicienda prius fideliter fundamenta, ſi de totâ eius ſtructurâ dextrum debeat fieri iudicium. Fundamentum autem, vt omnis imperii, ita & huius vel primum eſt, vel ortum. Primum conſiſtit vel in aptitudine imperandi; vel in poteſtate. Aptitudo iterum vel naturalis eſt, quò pertinet ſexus & pulchritudo corporis; vel acquiſita, de quâ poſtea. De ſexu principis Perſici aliud non repetio apud autores, quàm digniorem illum & maſculum ad gubernacula adhibitum. Nec aliud commemorat Clariſſ. & ob raram doctrinam fato meliore dignus, *Barnabas Briſſonius*, qui rerum Perſicarum materiam è vetuſtate nobis comportauit; quod grati agnoſcimus ac prædicamus. Alterum aptitudinis membrum eſt conſtitutio corporis, quam vnicè Perſæ in regibus ſuis reſpexerunt, & de qua Curtius egregiè inquit lib. 5. *Pleriſque gentibus ingens in corporis maieſtate veneratio eſt, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos ſpecie egregiâ & eximiâ natura donauit*, rarò namque in egregiâ formâ improbitas comperta eſt, inquit Panormitanus. De Indis & Æthiopibus Strabo refert, eos neminem Principem elegiſſe niſi formâ decorum; quod de Scythis etiam, aliisque in oriente gentibus hiſtoriæ firmant. Sanè naturali vi id nobis videtur quodammodo impreſſum, vt arctius eum multo animis complectamur, qui corporis pulchritudine præualet, & apes inquit Columella, eum ſibi Regem aſſumunt, qui cæteris omnibus formoſior eſt. Germanorū puto hinc eſt prouerb. Man hüte ſich vor dem/ den Gott vnnd die Natur gezeichnet hat. Cum poſt Cabadis Regis Perſarum mortem, orta eſſet inter filios eius de regimine contentio, Cabades Coſrhoi fratri, quem ætate ſuperabat, poſtpoſitus eſt, propterea quod luſcus eſſet, quo defectu Perſæ ſuos Reges immunes cupiunt. Interim mens præſtat corpori & magis reſpiciendum ad interna illa animi bona, quam ad externa corporis, quæ deterrimis quibusque humani generis monſtris ſcimus fuiſſe & eſſe communia.

II.

Perſæ eum Regem ſibi eligebant qui literis eſſet quam optimè imbutus, ac probè à Magis inſtitutus, familiariterque cum iis antè fuiſſet conuerſatus.

Fuit aptitudo naturalis; ſequitur acquiſita, videlicet habitus & virtutes tam intellectuales quam morales: Intellectualem virtutem ſiuè doctrinam & eruditionem Perſæ in Regibus ſuis imprimis deſiderabant, & iis ſolummodo ſceptra committebant, qui diutius Magorum diſciplinâ ac conuerſatione erant informati, vt Cicero docet lib. 1. de Diuinat. dum inquit; *Nemo Perſarum Rex eſſe potuit, qui non antè Magorum diſciplinam ſcientiamque perceperat.* Nimirum quod apud Perſas fuit Magorum ſcientia, hoc noſtro tempore eſt ſtudium philoſophiæ, & inprimis prudentiæ politicæ, quâ imbuti Reges ac Imperatores altiſſimum dignitatis gradum

dum ſic obtinent, vt diutiſſimè in eo floreant ac conſiſtant. Quod contra eos facit, qui literas putant è principum aulâ eliminandas, cũ contrarium planè magnorum Imperatotum tum exempla, tum felices per litteras ſucceſſus edoceant.

III.

Perſarum Reges legibus planè ſoluti erant, illiſque quod libebat licebat, nec ab alio quoquam corrigebantur.

Inter virtutes motales primò occurrit Iuſtitia vniuerſalis, ac legum obedientia, quâ Perſatum Reges penitus fuerunt exempti, cũctaque pto placito & arbitrio adminiſtrabant, vt Plutarch. inquit in lib. de tribus Rerumpubl. generibus: Πέρσαι μὲν αὐτοκρατῆ καὶ ἀνυπεύθυνον ἀπεκληρώσαντο. Et Herod. l. 3. docet Cãbyſem, cum aliquando ex iuris Perſarum peritis percontaretur, num qua lex eſſet, quæ ſinat volentem cum ſotore contrahere matrimoniũ, hoc reſponſum tuliſſe; *nullam quidem eiuſmodi legem inueniri, quæ ſinat fratri ducere ſororem, ſed talem interim reperiri, quâ liceat Regi Perſarum facere quicquid libeat.* Huc pertinet iſta grauis in Politicis quæſtio, *An princeps legibus penitus ſit ſolutus*; quæ fuſius in Syſt. Polit. deciditur.

IV.

Præterea locorum amœnitate nimiopere Reges capiebantur, palatiiſque ſuis hortos habebant applicitos, & agros conſeptos, diligenterque conſitos, quos paradiſus *linguâ ſuâ vocabant, & in quos animi laxandi & remittendi cauſa ſecedere conſueuerant. Habebant item ſua theriotrophẽa & viuaria, quibus ſeſe inſigniter oblectabant.*

Intet virtutes ptincipe dignas numeratur *Temperantia circa amœnitates*; quæ qualis in Perſarum regibus fuerit, teſtatur præſens aphoriſmus, quẽ dedimus ex Cicerone, qui in lib. de ſenect. teſtatur adeò locorum amœnitate Perſas fuiſſe captos, vt Cyrus Minor Sardianum Paradiſum manu ſuâ laborioſa conſeuerit, quod & Ælianus lib. 1. de animal. c. 59. aſſerit. Xenoph. in Oecon. ait, Rex Perſatum quaſcunque regiones incolit, ſtudioſè operam dat, vt horti ſint omnibus referti, quæcunque bona & pulchra de terrâ pronaſci poſſunt, inque his magnâ ex patto ipſe verſatur, cum anni tempus id fieri non prohibet, qui etiam dona iis elargitur, qui agris benè colẽdis ſuam operam nauiter præſtant.

V.

Venatu etiam ſæpè exercebantur, eique rei ſtudioſe operã debant. Nec ſingulis modo menſibus ſemel atque iterum, ſed etiam ſæpius venatum proficiſcebantur, mediam cuſtodum corporis partem ſecum ducentes.

Pertinet & ad recreationem & ſanitatem principis venatio: quâ tamen intemperantius nonnihil Perſarum Reges vtebantur, vt hiſtorici docent. Ipſa ſanè venatio in ſe conſiderata, ſi modum habeat, non eſt improbanda; propterea quod, vt ait Patrit. ſimilitudinem quandam cum re bellica teneat, nec paruam fortitudinis ſpeciẽ præ ſe ferat. *Non enim hominis cuiuſuis eſt*, inquit Plin. in Paneg. *luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montium iuga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius manu, nullius veſtigio aditum.* Hinc nimirum nullo exercitio impẽſius Princeps delectatos legas quam iſto. Alexander Macedo, vbi ab armis & acie quies aliqua aderat, eam aſſiduæ venationi impendebat. Perſæ tantam in venationibus voluptatem captabãt, vt non ſolum ingens canum multitudo ad eas aleretur, quorum cibariis quatuor magni vici ati tribuebantur, teſte Herod. lib. 1. ſed etiam, vt legibus fuerit interdictum, ſagittam in feras cõtorquere; priuſquam Rex primam emiſerit. Itaque cum aliquãdo Regem Artaxerxem inter venandum leo adortus eſſet, eumque Megabyzus in pedes ſeſe aduerſus Regem erigentem, iaculo occidiſſet, indignatus Rex, eum decollari iuſſit, quod feram cædere occupaſſet, antequam ipſe in eam telũ miſiſſet, quemadmodum Cteſias in Perſicis refert. Simile plane exemplum habet Petrus Bizarus hiſtor. rer. Perſ. lib. 7. de Baſilio Rege, cui cum in venatione ceruus quidam ferinâ facie fremebundus occurreret, & erectis in eũ cornibus reſiliret, Rex verò gladium vibrans; zonam quâ induebatur alterutri eius ramo implicaretur, quidã illicò enſe ſtricto, zonam abrupit; quo ſolutus Rex in terra procidit. Verum ipſe ei ptopterea ingratus & iratus, caput amputate iuſſit, quod nudum in ſe enſem ſtrinxerit. Sed mox diuina ſubſecuta eſt vltio; lethaliter ptimo ſauciatus à ceruo (qui cornibus violento impetu in imum ventrem adactis, eum equo excuſſit) paulo poſt expirauit.

Lib. 3 titul. 6 de Repub. ex Ariſt. Vide & Donum Regium Iacobi Regis magni Britan.

VI.

Perſarum Reges crebra conuiuia & ſolennitates publicè in foro peragebant: inprimis

vero natalem ſibi diem magnâ pompâ & theatro celebrabant, quo ſtrenas populis & dona elargiebantur, tantumque feſtiuitati eius die indulgebant, vt quæ ab iis tum peterentur, ea denegare non ſuſtinerent, exoratoreſque redirent, qui oratores acceſſerant.

Refertur hoc axioma ad magnificentiam principis conuiuatoriam pűblicam; in qua tamen modũ Perſæ exceſſerunt conuiuiis, ſumptuoſiſſimè & ambitioſiſſimè paratis & effuſiſſimâ in populum indulgẽtiâ, quæ inprimis natalitiis diebus exercebatur; cuius natalitii cõuiuii meminit Herod. lib. 9. quod ſermone Perſico *Tyſta*, Græcis vero τελεῖον nuncupatur, id eſt *perfectum*, quod ex apparatus magnificẽtia & omnibus numeris eſſet perfectiſſimum. Qui quidẽ mos eo tum tẽpore firmiter inualuerat, noſtro non vſurpandus ſeculo, ob varias quæ oriri hinc poſſunt, incommoditates. Vt enim ſumptuum profuſionem taceam, periculoſiſſimum eſt vllam dari tempus, quo ſubditis quicquid libet petere, & ferre liceat, cũ & indigniſſima ea eſſe poſſint, & cũ publico dãno coniuncta. Quemadmodum memorabiliter refert Herod. de Ameſtre, qui eo die natalitio Maſiſtis vxorem à Xerxe dono petiit. Xerxes obſtupefactus vxorem Germani dona dari, precibus tamen & inſtituto euictus annuit. Maſiſtes iratus eam noluit dimittere. Ibi tùm Ameſtris accitis Xerxis ſatellitibus, vxorem Maſiſtis vi raptam excarnificat, mammillas præcîdit, easque canibus abiicit, detruncat nares, aures, labra, linguam, atque ita miſerè excarnificatam, domum remittit. Maſiſtes vbi ſic vxorem vidit mutilatam, vehementer exarſit, habitoque cum liberis conſilio, Bactra abiit, prouinciam eam ad defectionem inducturus, plurimumque mali Regi impoſiturus. Quod cum facere inſtituit, Xerxes miſſis aduerſum eum copiis & ipſum & liberos, copiaſque in itinere trucidat. Tantam lanienam fecit nimia illa Regum in natalitiis ſuis feſtiuitatibus indulgentia.

VII.

Perſarum Rex rarò ſui copiam populo faciebat; ſed à vulgi conſuetudine penitus remouebatur; quo maior eſſet hominum erga ſe obſeruantia, nec aſſiduo conſpectu Maieſtatis dignitas euileſceret.

Sequitur inter virtutes virtus conuerſatrix, de quâ memorabile eſt, quod authores narrant, Reges Perſarum rariſſimè ſe populo in conſpectum dediſſe, ne forte apud quemque in contemptum venirent. Idcircò nulli, ne vxori quidem, regiam ingredi abſque ſuo iuſſu permiſiſſe; quin etiam hanc ipſam circa pellices curá adhibuiſſe, ne à quoquã in vrbe conſpicerentur; ſed quoties ad Regem deduci debebant, lecticâ opertâ geſtarẽtur, cuius velum alleuare, nefas ducebatur. Quæ quidẽ omnia vtut auguſtam faciunt Regis faciem, tamen ſubditorum animos nimis exaſperãt. Etenim obſeruantia ex amore profluit, amor non niſi ex ſenſu firmiſſimè roboratur; cum enim ardentius deamamus, quem ipſimet oculis vſurpauimus, cum ignoti nulla eſſe poſſit vel cupido, vel firma dilectio. Vt taceam variarum ſuſpicionum ſemina hinc pronaſci, dum ita anceps hęret ſubditorum de Rege cogitatio, nec vllum eſſe ad fraudes & technas expeditiorem modum. Quemadmodum quidem de Comaride Mago hiſtoriæ fidẽ faciunt, cum pro Mergide, cui regnum poſt Cambyſis fratris mortem ceſſerat, Oropaſtrem fratrem ſuum ſubſtituiſſe, nec tamen dolum ſubeſſe, quenquam ſuſpicatum, nec vt maximè ſuſpicaretur, detegi à quoquam potuiſſe, propterea quod priuatis ſeſe parietibus aſſiduè Rex cõtineret. Bod. lib. 4. c. 6. Perſarum hoc inſtitutum firmiſſime approbat, dum ſuadet, conſulium eſſe, vt Rex ſubditorũ cõſpectui ſeſe ſubducat, quia ſic maior eius maieſtas futura eſt. Quod fac ita eſſe, minor tamen futura eſt ſubditorum in Regem obſeruantia, ſine quâ imperium nequit conſiſtere. Tutius eſt & ſalutarius conſilium Valerii Max. qui non quidem conſpectu, ſed humili & tritâ conuerſatione vacuum oportere eſſe, cenſet, quicquid in excelſo faſtigio poſitũ eſt.

Xenoph. in Laud. Ageſilai. Poſt lib. Ariſt. de mundo.

VIII.

Perſarum regnum morte parentum, liberis obueniebat, ita vt natu maximus ætatis priuilegio, ſibi id vendicaret; quod ius & ordo naſcendi & natura ipſa gentibus dabat. Prole tamen maſcula non ſuperſtite, aut ad proximos deferebatur, aut ad eos, qui non alii quam regiæ ſtirpis eſſent.

Vidimus, quantum materiæ ratio tulit, de aptitudine imperandi quæ fuit in Perſarum Regibus: Sequitur, vt poteſtatem & commiſſionem imperii conſideremus. Vbi confirmatur canon hic Politicus: *In Monarchiis vitium, quaſi Principis imperium continuâ ſucceſſione debere perpetuum, nec electioni id aut populi ſuffragiis committendum eſſe.* Ita ergo etiam apud Perſas extincto Rege nouus illico in locũ ſucceſſit, nec vlla facta fuit regiminis interruptio. Sin maſcula relicta proles, ea ſceptrum ſumpſit; ſin

minus,

minus,ad propiorem deuolutum eſt,vt de Dario ſcribit Diod.Sic.lib.27. eum poſt Ochi & Arſis eius filii cædem,cum nemo ex liberis Ochi ſupereſſet,regnum Bagoæ Eunuchi beneficio adeptũ eſſe. Id tamẽ hoc loco notãdum, Perſas imperio neminem prępoſuiſſe,qui non è Regia eſſet ſtirpe oriundus, nec vel peregrinum vllum aduocaſſe,vel filium ſiue nothum, ſiue patre nondum Rege natum. Vnde orta aliquando inter Ariamenem,ſeu,vt alii vocant, inter Artabazanem & Xerxem Darii filios,de regno controuerſia, arbiter ex compromiſſo ſumptus Artabanus,communis vtriuſque patruus,litem ſecundum Xerxem minorem natu dedit, propterea quod hic ex patre iam Rege,ille ex priuato adhuc ſuſceptus eſſet,vt Herod.docet lib.7. & Iuſtin.lib.2. Deuiarunt tamen à veſtigiis maiorum tandem Perſæ, & eò delapſi ſunt, vt regnum non tam lege, quam ſuffragiis procerum fuerit delatum, teſte Procopio lib.1.de bello Perſico.

Vid. Hotoman. conſilio Quæſt. Illuſt. 2.

IX.

Reges Perſarum per Mithrem,id eſt, diuinum Solis numen ſubditis iurabant,iiſque fidem ſuam datâ dextrâ obſtringebant,quæ fuit ſanctiſſimum fidei pignus ab omnibus credita.

Etiam apud Perſas commiſſio principatus confirmabatur ſolennibus ſignis, videlicet iuramento & inauguratione. Hoc enim intereſt inter Imperiũ patris in liberos,& inter ius magiſtratus, quod Imperium patris primo abſolutoq; iure naturæ confirmetur, nec requirat iuſiurandum quod interueniat. Poteſtas autem Principis in ſubditos, etſi à iure naturæ originem ducat,tamen pactis conuentis & quidem vtrinque iuratis confirmanda ſit. Iurabant ergo ſubditis Reges Perſarum, idque datâ dextrâ, quam fidei arrham omnes crediderunt, quia quod dextrâ ſemel promittebatur, id rurſus detrahere ſcelus erat ac religio.

Diod. Sicul. lib. 18. Æmilius Probus in Datame. Xenoph. l.8. cyrop.

X.

Reges Perſarum Paſargidis à gentis ſuæ ſacerdotibus initiari & inaugurari ſolebant hoc ritu. Fuit bellicæ Deæ ſacellum,quam Mineruam quis coniectura fuiſſe auguretur, illud Rex ingrediebatur & veſte ſuâ poſitâ,eam quâ Cyrus priuatus adhuc vti conſueuerat,induebat. Dein caricis ſeu ficubus paſſis veſcebatur,therebinthi etiã aliquid erodendo abſumebat, & deniq; oxygale, ſeu acidi lactis poculũ exhauriebat. His peractis Cydaris Diademaque capiti eius imponebatur, cũ nominis mutatione.

Hæc Plutarch. in Artaxerxe, & ex eo Briſſonius. Quid autẽ per ceremonias quas adhibuerũt Perſę,inumbrauerint,de eo nihil apud authores reperio:fortaſſis per veſtẽ depoſitã, & Cyri,hominis adhuc priuati,aſſumptam,ſuperbiâ Regem exuere, & humilitatis memoriâ inueſtire voluerunt. Caricæ,quas comedebant,animum ſincerum, ac nulla ſæuitate ſuffuſum denotant; è quo omnem fraudem & malitiam virtutis exercitium, velut è ficu teneriores ſpiritus ſolis lumen extraxerit. Terebynthũ guſtauit propterea, quod vt ipſa odorẽ naribus fortiſſimũ etiã longè abſentibus afflat, ſic ipſe imperii dignitate velut terebyntho, illinitus omnibus populi nationib. citius innoteſceret. Oxygalæ deniq; exhauſit poculũ, vt guſtus curarũ variarũ, qui acris ei & peramarus futurus eſt, veluti primis labris imprimeretur,ne poſteà mole tãtâ inopinato obrutus deficeret. Illud verò mirari hoc loco licet, nomina Reges mutare fuiſſe coactos,quemadmodũ de Codomanno Iuſtin. ſcribit, cũ à populo Regẽ electũ,& *Darii* nomine honoratum eſſe; Vbi tamen rationẽ addit,dum inquit, *Ne quid Regia Maieſtati deeſſet.* Darius .n. Rex per indulgentiã patris adhuc viui factus gratitudinis immemor, patri cõſpiratione cũ fratribus habitâ,inſidias parat,mox in facto deprehẽſus pœnas parricidii iuſtas dependit. Regni hæreditas Ocho traditur, poſt cuius mortẽ Codomannus Rex nomine Darii conſtituitur, ne ſc. Regia Darii maieſtas ita ſordidè proſtitueretur, ſed in hoc velut ſimulachro quodam altius eluceſceret. Lib. 10.

XI.

Veſtitus & ornatus Regum Perſarum hic fuit: 1, Capitis inſigne (erant autẽ criniti & capillati) tiara eaque recta & in conũ elata, quæ illorum lingua Cidaris *appellatur, myrrha & labyzo delibuta, ac Diademate, quam* candidam *quandam* faſciã *eſſe, authores notant, precincta. 2, Veſtem purpuream ad talos vſque demiſſam geſtabãt, & ſtolati incedebant, tunicâ inſuper, quã* Cãdyn *appellabãt, quodque cõmune corporis tegmen erat murice & conchylio tinctâ, manib. extra manicas protẽſis vtebãtur. 3, Inaures ex aure dextra geſtabãt. 4, Zonâ & gladio accincti erant; & denique 5, brachiis ac fœminalib. eorũ crura velabantur.*

Inaugurationis conſiderandę ſunt tum partes, videlicet proclamatio, coronatio & publica acclamatio; tum connexa, vt epulæ & ſpectacula inauguralia; tũ denique inſignia, vt faſces, ſceptrũ, gladius, habitus & amict⁹: de quo

lai ius autores veteres, & ex his Barnabas Briſſonius, qui triplicem tiaram apud Perſas in vſu fuiſſe tradit: Prima fuit recta & ſurſum erecta, quàm ſolis regibus geſtare ius erat. Altera erat prona, & deorſum vergens: quæque in frontem quaſi deducebatur, quâ omnes promiſcue vtebantur. Tertia erat in anteriorem partem capitis projecta ac prominens, cuius vſu ſeptem Perſæ Magorum percuſſores, & eorum poſteri fruebantur, ſicq; qui dignitate diſtinguebātur, etiam veſtium diſcrimina obſeruabant. Quæ ſanè ſalutaria ſunt Reip. inſtituta, tum ad coercendam inferiorum luxuriem, tum ad tuendam ſuperiorum dignitatē. Diademate vero etiam Perſarum Reges præcinctos fuiſſe Xenophon & Plutarchus affe runt; vbi notandum, Diadema nihil aliud eſſe quàm faſciam candidam, quâ Regum frons circumdabatur: id quod tum alii authores plurimi, tum imprimis Valer. Max. memorabili Regis cuiuſdam (quem alii *Antiochum*, alii, vt Strobæus, *Antigonum* vocant) facto & dicto probat, qui cum Diadema ſibi eſſet traditum, priusquam capiti imponeret, retentum diu conſiderauit, & dixit: *O nobilem magis, quam felicem pannum; quem ſi quis penitus cognoſcat, quam multis ſolicitudinibus & periculis ſit refertus, ne humi quidē iacentem tollere dignaretur.* Quod vero ad tunicam, quæ *Candu* vocatur, attinet, ſciendum eſt eam amiculum fuiſſe *Chyridotum* ſuſpenſum ex humeris, & prolixum vltra brachia, vſq; in primores manus ac prope digitos. Quale veſtium genus Romani, quorū tunicæ ſubſtrictæ erant, & circa humerum deſinentes, molle cenſebant ac probro arbitrabantur, propterea quod manus viri fortis non debeant eſſe opertæ. Sed tamē nec Perſæ Reges manus velabāt, ſed eas extra tunicas protendebant, quod reliquis fuit illicitum, vt infra declarabitur. Veſtē autem eiuſmodi regiam induere Perſis capitale fuit, vt & regiæ ſella inſidere, quod Curtius notat lib. 8.

Lib 7. cap. 2.

XII.

Perſarum Reges Deorum honoribus à ſuis colebantur, quos non ſolum capite flexo & demiſſo, ſed humi proſtrati manibus in tergum reductis ſalutabant & adorabant. Nec cominus modo, ſed & eminus conſpecto Rege proni cernuo capite in terram decidebant: Regeque propius accedente, manus manicis inſerebant. Quin & Babylonem ingredientibus aurea Regis imago propoſita erat, quam niſi adorarent, aditu & ingreſſu vrbis prohibebantur.

Vidimus hucusq; fundamenta Monarchiæ Perſicæ prima; ſequitur ortum, videlicet ius Maieſtatis, quod eſt vel deſpoticum, ſiue ius dominandi, vel diſpenſatorium, vel obligatorium, quo ſubditos habet obligatos ad honorem & obedientiam. Honorem, inquam talē, qui non excedat rem honoratam, qui non ſuperet humanæ naturæ pretium ac dignitatem. Sicut quidem Perſarum Reges, cum nil niſi homines eſſent, plus tamen quam homines coli volebant, abominabili plane faſtu ac ſuperbia, de qua docet, præſens aphoriſmus. Merito Perſas tanquam fracti & abiecti animi viros inſectatur Iſocrates, quod Diis debitos immortales honores mortali Regi attribuant.

Quamobrem Sperchies & Bulis Spartiatæ, in Xerxis poteſtatem dediti, cum adorare cōſtanter recuſarunt, quod à moribus & inſtitutis patriæ alienum eſſe dicerent, eam deuotionem mortali cuiquam iniungere. Et Athenienſes Timagoram inter officium ſalutationis Darium Regem more gentis iſtius adulatum, capitali ſupplicio affecerunt, quod ægrè ferrēt vnius eius humilibus blanditiis totius vrbis ſuæ decus Perſicę dominationi ſubmitti, teſte Valer. Max. lib. 6. c. 3. Sed & Iudæi hanc non minus venerationē ſunt aduerſari, vt de Mardochæo teſtatur hiſtoria Eſther, qui Amonē Regem adorare præfractè renitebatur. Egregium vero hoc eſt quod de Pelopidā ex Plutarcho refert Ælianus, qui legatus à ciuibus ſuis ad Artaxerxem miſſus, cum aliter ei regis adeundi facultas non daretur, quam ſi ipſum adoraret, clam dolum inuenit, quo fucum oculis Perſarum faceret, & ſimul ac in Regis conſpectum veniſſet, annulum digiti ſenſim demiſit, eumque mox de terrâ ſuſtulit, iſtoque corporis geſtu quaſi venerabundus procubuiſſet, viſus eſt patrio Perſarum mori ac inſtituto paruiſſe, cum tamen nihil indecorum commiſiſſet. Quod vero in aphoriſmo dicitur *Perſas in conſpectu Regis manus extra manicas non extruiſſe*, id luculenter Xenophon probat, lib. 11. *Exped.* vbi dicit, Antoſacem & Mithæum à Cyro Minore propterea interfectos, quod ei obuii facti manus intra manicas non contraxiſſent, quæ reuerentia ſolis, inquit, Regibus exhibebatur. Hoc interim memorabile eſt, quod habet Georg. Tectander in ſuo itinere Perſico, quod iuſſu S. C. Maieſt. Anno 1602. ad Abatem Perſarum Regem legationis nomine, vnà cum nobiliſſ. Steph. Kokoſch. ſuſcepit, & legationem poſtea ſolus, hoc in itinere defuncto, obiit, multaque in eâ memoranda annotauit, hoc inprimis, quod Perſæ Regem ſibi obuium,

In Pa. neg.

Cap. 3.

Lib. 1. var hiſt. cap. 21.

Digitized by Google

obuium, nunquam capitis detectione honorate ſint ſoluti, & vitio ibidem habitum, ſi alter alterum nudato capite conſalutaret. Aliud inſuper obſeruantiæ argumentum prodit Herod. l. 8. quod cum aliquando Xerxes naue vectus in Aſiam tranſmitteret, exortaque tēpeſtate ac naue nimium vectoribus onuſtā, in diſcrimen adduceretur, ita ſuos ſit allocutus: *Cum in vobis, Perſæ, Regis veſtri nunc ſita ſit ſalus, quanta vobis ea curæ ſit, iam demonſtrate: illicò pleroſque eum veneratos in mare proſiluiſſe, ac Regem præſenti liberaſſe periculo.* Sed videamus nūc alia Perſici faſtus dicam, an mancipatæ ſeruitutis ſpecimina.

XIII.

Qui flagris verberibusvè Regis iuſſu cædebatur, ei gratias agebat, propterea quod teſtatus hoc facto Rex eſſet, ſe eius memoriam non depoſuiſſe.

Refert hoc de Perſis ex Nicolao Damaſceno Stobæus ſerm. 42. & ex hoc Briſſonius. Sicut autem mores pleríque alii, ita hæc etiam ſeruilis conſuetudo à Perſis tranſlata in Parthos, Scythas, Tartaros, & in Moſcouiam Perſiæ ab ortu conterminam: de cuius ſimili more ſcribunt tum alii, tum imprimis eximius ille Baro Sigiſmundus ab Herberſtein. Qui idem addit, vxores ægerrimè ibidem ferre, ſi à viris non aliquoties dedolentur ac depalmentur, ex quo inditium amoris maritalis capiant.

XIV.

Porrò ad honorem & maieſtatem etiam illud pertinet, quod natales Regum dies Perſis feſti fuerint, anniuerſariiſque ſacris & publicâ lætitiâ celebrati; Sed & ex more gentis vigiles ipſi iuſtitiam felicitatemque Regis ſui quotidie canoris vocibus extollebant.

Plato in Alcibiade & Ammianus Marcell. lib. 24. Et huc præcipuè reſpexiſſe videtur Iſocrates oratione ad Nicoclem, vbi monet; Perſarum res in tantum magnitudinis potentiæque faſtigium euectas, non virtute & viribus, ſed quod vnius imperio libenter & cupidè omnes paruerint; Regiam quodq; maieſtatem præ cæteris ſummâ ſemper obſeruantiâ coluerint. Quam Virg. etiā in Geotg. his verſibus commendauit:

Præterea Regem non ſic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaſpes
Obſeruant, &c.

XV.

Literis regio annulo obſignatis nemo apud Perſas audebat cōtradicere; ſed ea quæ poſtulabantur continuò effectui mandabant.

Fundamentum Imperii ortum eſt vel primarium, videlicet ius Maieſtatis & authoritas Regia, de qua antea; vel ſecundarium, videlicet *authentia* & *valor ſigilli*: de quo aphotiſmus dicit, apud Perſas ea, quæ ſigillo regio eſſent obſignata nullo modo potuiſſe fieri irrita, id quod etiam ex hiſtoriâ Eſtheris cap. 8. diſertè conſtat.

XVI.

In conſilium à Perſarum Regibus Satrapæ & prouinciarum præſides adhibebantur; libertate tamē conſilii penitus adempta, quippè ſuper aureo latere ſtare conſiliarius iubebatur, &, ſi vtilia honeſtaque ſuaſiſſet, latere donabatur, ſi contrariam à Rege tuliſſet ſententiā, flagris cædebatur.

Huc uſque fuit fundamentū regiminis Perſici: ſequitur iam officium Principis Perſici, ſiue ipſa gubernatio, eiuſque cauſæ adiuuātes, ſiue adminiſtri, qui ſunt vel directi, iique vel ad informandum vt ſunt conſiliarii, iuriscōſulti, & hiſtorici, vel ad expediendum & ſeruiendū, vt officiarii, aut indirecti, de quib. paulò poſt. Quod igitur ad cōſiliarios, de iis recitauimus in aphotiſmo verba Æliani lib. 12. Ex quibus apparet, non tam cōſiliarios habuiſſe Perſarū Reges, quam viles ſeruos ac mancipia. Ita nimirū Xerxes cum adhibitis Aſiæ principibus bellum eſſet Græciæ indicturus, *ne viderer*, inquit, *meo tantum vſus conſilio, vos conuocaui. Cæterum mementote parendum magis vobis eſſe, quam ſuadendum.* Cruda hæc nimis oratio, ſiquidem nonc eo fine in conſilium veniunt conſiliarii, vt pareant, ſed vt ſuadeant; aliàs rudiſſimus quisque ruſticus, dexterrimus foret conſiliarius, ſi in parendo, non conſulendo conſiliarii officium ſit conſtitutum. Libertas certè conſilii ipſa eſt eius vita & eſſentia; quâ erepta, cōſiliū euaneſcit; Conſilia autē Perſæ inter vinū & pocula plerumque iactabant, teſte Strab. lib. 15. eaque firmiora multo habebant, quam quæ in ſobrietate capiebantur; ſiquidem exiſtimabant fomitem tunc eſſe & incitamentū ingenii virtutiſque, ſi mens & corpus hominis vino efflagraret. Valer. Max lib. 9. c. 1.

XVII.

Interim iſti quales quales Conſiliarii Regum arcana mirâ fide celabāt. Non metus, nō

ſpes vocem, quâ proderentur eliciebat. Nimirum vetus diſciplina Regum, ſilentium vitæ periculo ſanxerat, linguaq; grauius caſtigabatur, quam vllum probrum: nec magnam rem vllam ſuſtineri poſſe credebant ab eo, cui tacere graue ſit, quod facillimum homini voluerit eſſe natura:

Hæc Curtius lib. 4. *Sanctaque iſta eſt Perſarum in Regem ſuum fides ac laudabilis taciturnitas, quâ omne regnum, velut optimo & tutiſſimo vinculo, ab interitu aſſeritur.* De Hiſpanis quoque veteribus Trogus Pompeius teſtatur, eos citius tormentis pro ſilẽtio rerum creditarum immortuos, quàm vt quicquam turpiter effutirent, adeò illis maior taciturnitatis quàm vitæ cura.

XVIII.

Habebant & Perſarum Reges ſuos hiſtoricos, qui annales condebant, & actis mandabant, ac in commentarios referebant, quæ cuiuſque Regis temporibus memoratu digna gerebantur. Quos libros re ita exigente, Reges inſpiciebant, & ſalutaria quæque indè promebant conſilia.

Herodot. l. 3. Ioſeph. l. 11. Antiq. Iud. c. 6.

Ex cap. 6. lib. Eſther conſtat de iſta Principũ Perſicarum laudatiſſima maximeque ſalutari conſuetudine, quâ videntur nonnihil eluere maculam, quam Principatui ſuo aſperſerunt, per iniquam illam conſiliariorum mancipationem, quàm præcedẽti aphoriſmo deſcripſimus. Nec ſatis dici poteſt, quantum ad felicẽ gubernationem momenti habeat Hiſtoricum hoc munus atque informario. Poſſint exemplum capere Principes omnes ab Ahaſuero, qui & ſe & Regnum ſuum & gentem Iudaicã ſeruauit, ſolâ illâ annalium ſuorum ſalutari recognitione, quæ citato illo capite diſtinctè recenſetur.

XIX.

Curſum itidem publicum primi Perſarum Reges inſtituerunt, quo mutatis ad celeritatẽ equis per veredarios, breui temporis momento certiores fierent omnium quæ in remotiſſimis, & longo locorum interuallo diſiunctis mundi partibus gererentur: aut quæ à Principe eo deferenda erant.

Informator rerum præſentium eſt rerum vel intra, vel extra regnum; quem poſteriorum Perſæ peculiari nomine *Angarum* ſiue *Aſtandam*, noſtri *veredarium* appellabant, per quem omnia mundi geſta, quàm citiſſimè principes valẽt reſciſcere. Hos autem Aſtandas, ſiue veredarios primus Perſarũ Rex Cyrus inſtituit, iiſque certas itinerum menſuras & ſtationes præfixit, quæ *Paraſanga* Perſico ſermone vocatur, ac triginta comprehendunt ſtadia, de quo Cyri inſtituto Xenoph. lib 8. παιδ. memorabiliter inquit: *Etiam aliud quiddam excogitaſſe Cyrũ cognouimus; quod ad magnitudinem imperii pertinet de quo celeriter intelligeret, qui etiam rerum longè remotarum ſtatus eſſet. Cum enim conſideraſſet, quãtum itineris equus agitatione diurnâ cõficere viribus integris poſſet, equorum ſtabula parari curauit, quæ tantundem diſtarent, & in his equos conſtitui, cum illis, qui eorum curam gererent.* Ordinauit & quolibet loco quendam, qui tum ad recipiendum literas allatas, tum ad tradendum eas aliis idoneus eſſet, quique defatigatos equos & homines exciperet, & recentes ſummitteret. Atque hoc in itinere, ne noctù quidem interdum ceſſabatur, ſed oportebat nuncio diurno nocturnum ſuccedere. Quæ cum ita fiunt, aiunt nõnullos iter huiuſmodi gruum volatu celerius conficere. Quod ſi verè non dicitur, ſaltem hoc manifeſtum eſt, omnium itinerum, hoc velociſſimum eſſe, quæ homines conficiant, &c. Hæc Xenoph. cui atteſtatur Herodotus lib. 8. inquiens: His nũciis nihil pernicius trãſcurrit in rebus humanis: quod negotium hũc in modum eſt à Perſis excogitatum: Quot ex diebus tota via conſtat, totidem equos ac viros ferunt eſſe diſtinctos ad ſingulorum dierum iter faciẽdũ, quos neque imber, neque æſtus, neque nox detinet, quin propoſitum ſibi curſum celerrimè conficiant. Quorum curſorũ primus mandata tradit ſecundo, ſecundus tertio, & ſic deinceps illa mandata in alium atque alium pertranſeunt. Hanc equorum curſitationem Perſæ *Angabaton* appellant: fuitque hoc apud eos munus glorioſum & honorabile; ſiquidem Darium eo ipſo ſæpius apud Ochum & Arſem Reges defunctum, Plutarchus non vno in loco prodidit. Cæterũ Romani hoc Perſarum vtiliſſimum inſtitutum non imitati tantum ſunt, ſed & auxerunt atque amplificarunt. Quod ſi non aliunde, ſaltem ex nummo Neruæ imperatoris liceat diſcere; Nam quod ab omnibus hiſtoriographis omiſſum eſt, nullaque ratione ad noſtram memoriam peruenire potuiſſet, hoc aduerſa pars monetæ ſiue nummi Neruiani nos docuit; nimirum Imp. Neruam vehiculationẽm, ſiue equos vectarios per totam Italiam remiſiſſe. Vehicula enim & equi vectarii certis locis diſpoſiti ſemper ad mandatum Principis operis coactis parati eſſe debebant, quod maximè pro populo erat ſubiecto.

Digitized by Google

lecto. Cum Nerua onus hoc remiſiſſet, populus in memoriam tanti beneficii in honorem eius hunc nummum cudi curauit, in cuius vna facie erat imago Imperatoris, in auerſa autem parte conſpiciebantur duæ mulæ paſcentes & curriculus, ſiue vehiculum cum temone ad alligandum iugum, cum hac inſcriptione: VEHICULATIONE ITALIÆ REMISSA. Vide Goltzium, & ex hoc Leuin. Hulſium in numiſmatis Imp. Rom.

XX.

Officiarii apud Perſas erant innumeri, & diuerſa ipſorum genera, pro diuerſitate officiorum. Neque enim vni alicui plura officia demandabant.

Sequitur iam adminiſter ad expediendum, atque adeo officiarii, quorum opera Reges in Imperio vtebantur, adeo, vt viliſſimo etiã muneri quemque peculiariter præficerent: quo non ſolum ſubditorum ſibi animos retinuerunt, ſed & iſtâ officiariorum diſtinctione ordinem regiminis feliciter importarunt.

XXI.

Erant & Perſarum Regibus certi exploratores, qui obſeruarent, quid vbique diceretur & ageretur, atque ad Regem referrent, quos Perſæ Oculos *&* Aures Regis *appellabant.*

Xenoph. lib. 8. pæd. Sic de cauſâ adiuuante, ſeu adminiſtro directo: Reſtat indirectus, ſiue occultus, qui dicitur *explorator*, de quo Politici diſputant: *An licitum ſit talibus in regno vti?* & affirmantem tuentur plerique, ſed certis cautelis & limitationibus, quæ definiũtur lib. 1. *Syſt. Polit.* c. 7. p. 168.

XXII.

In Perſia ingens plerumque frumenti ſolet eſſe copia, quamuis rarò pluat, cum pro imbribus vtantur fluuiorum irrigatione. Magna quoque ibidem animalium eſt multitudo, verueců imprimis, qui tam fiunt pingues, vt caudarum nonnullarum pondus ad 40. libras accedat, & eâ pinguedine loco butyri vtantur. Ingens tamen carnium eſt caritas ob nationis voracitatem, cum quater quotidiè ſaturi fiant ſenes, nedum iuuenes, habentque optimas & ſaluberrimas aquas, quæ ad celerem digeſtionem plurimum conducunt.

Huc uſque de cauſis regiminis Perſici adiuuantibus, & eius adminiſtris. Sequitur regiminis ſiue curæ & officii principis partitio. Eſt autem cura Principis vel publica, vel aulica. Publica, vel interna, vel externa; interna vel prima, vel orta: prima eſt tum cura prudentiæ ſeu gubernationis & diſpenſationis, tum cura iudicii. Cura gubernationis eſt vel circa ſubditos, vel circa res. Cura circa ſubditos eſt vel generalis, vel ſpecialis. Generalis vel eſt circa vitam, vel circa mortem. Cura circa vitam eſt vel abſoluta, vt ſimpliciter viuant, vel comparata, vt bene viuant. Ad curam abſolutam pertinet cura circa victum & annonam, de qua hunc ex P. Bizari hiſt. l. 12. aphoriſmum expoſuimus.

XXIII.

Perſæ in liberorum educationem erant intentiſſimi, eosque publicè in foro, quod Liberale, *ſeu* Ingenuum *appellabatur, erudiri curabant. Forum autem illud in quatuor claſſes erat tributum, quarum vna puerorum, ſecunda adoleſcentum, ſeu Epheborum, tertia virorum, quarta ſeniorum erat, & eorum qui ætatis beneficio vacationem militiæ conſequebantur.*

Ad curam comparatam, vt bene viuãt ſubditi, pertinet cura circa educationem, de quã prolixè tractat Xenoph. lib. 1. *pæd.* vbi ſummis laudibus effert Perſarũ leges & inſtituta, quibus *Forum* illud *liberale*, ſeu *Scholas publicas* inſtituerunt, quæ, vt ait Lud. Viues, *nihil aliud ſunt quam officina quædam, in quas veniunt beſtiæ, redeunt homines.* Iſtud autem Forum liberale, in quatuor partes ſeu claſſes erat diſtinctum, quarũ quæque ſuos certos habebat Ephoros & Præſides, ad quorum nutum & voluntatem omnes conformabantur; quæque claſſis ſuam habebat peculiarem inſtitutionem. Prima, quæ *puerorum* eſt, præceptis moralibus imbuebatur, virtutemque docebatur amplecti, ac poſtea herbarum vires & efficacias diſcebat, idque propterea, vt cognitis herbarum generibus, veneficiorum fraudem deuitaret, quã nihil erat apud Perſas frequentius, teſte Cteſiâ in Perſicis & Plut. in Artaxerxe. Altera, quæ *iuuenum* & *Epheborum*, aſſiduè publicis conſiliis intererat, præſtoque erat, ſi qua neceſſitas operam eius deſideraret, quin & bellicis exercitiis ad Patriæ ſubſidium præparabatur. Tertia *virorum*, ſeminarium erat Magiſtratuum; indeque legebantur omnes qui publico officio præficiebantur. Quarta *ſenum* erat, qui vacationem habebant militiæ, nec extra patriam cogebantur proficiſci, ſed domi manen-

tes, iudiciis publicis operam dabant, ac ſupremi magiſtratus munere fungebantur. Modus porrò & ratio inſtituendi erat laudatiſſima, qui in puerorum adhuc claſſe verſabātur, non prius in parentum conſpectum veniebant, quam, vt Strabo ait, quartum, vt Herodotus, quintum, vt Valer. Max. ſeptimum ætatis annum impleuiſſent, ne fortè paterna eos corrumperet indulgentia. Iuuenes verò qui è pueris exceſſerant, decennii ſpatio in ſuis Archiuis & collegiis continuè detinebantur, temperantiæque ſtudia colebant; quia quo procliuior ad vitia prauoſque mores eſt adoleſcētia, eo maiore curâ & diligentia eam indigêre cenſebant, donec tandem ad alios translati in maiori vitæ libertate conſtituerentur. Quæque etiam claſſis certo anni ſpatio & metâ determinabatur; pueritiā ad annum 17. extendebant, adoleſcentiam ad 27. inde vſque ad 50. annum virilem ætatem, quam deinde excipiebat ſenectus, & vltima claſſis ſiue collegium. Nec præceptis ſolùm, verum etiam exemplis quiſque inſtituebatur, ideò in iſto illiberali Foro Xenoph. fuiſſe ait Regem & Regis Palatium, Iudicium, prætoria, conuentus, curias, omniaque ea loca, quibus principes viri ad ius reddendum, docendum, interpretandum, iuuentutisque mores effingendos conſidebant, è quibus variarum virtutum, & imprimis iuſtitiæ exempla capiebant, præſertim cùm, vt Imp. Auguſtus ſenatorum filios, quo celerius Reipubl. aſſueſcerent, curiæ intereſſe permiſit, ſic hi iudiciis quæ exercebantur intereſſent, eoque modo ius reddere, & lites ac controuerſias definire diſcerent.

Suet. in Aug. c. 16.

Xenoph. lib. 1. Inſt. 8 mod.

XXIV.

Apud Perſas nemini in vrbe otioſo eſſe licuit. Quin id ſummâ diligentiâ Reges curabant, vt ſuo quiſque muneri aſſiduè vacaret, & ob id quoſdam habebant arcis præfectos, qui ſecuritati incolarum conſulerent, quo alacrius munia ſua obire poſſent; quoſdam etiam operum magiſtros, qui populum ignauum deſidere & otioſè vitam agere non paterentur.

De cura Principis circa ſedulitatem ſubditorum & otii fugam, traditur in Syſtemate Polit. lib. 1. c. 10. Eius curæ exemplum vix vllum reperias maius, quam in Perſarum principibus, teſte Xenophonte in Oecon. lib. 5. cap. 2. Etenim, vt Bodinus monet, nihil eſt in Repub. tam perniciosum, quàm multitudo otioſorum hominum, qui & priuatorum bona diripiunt, & in euerſione Reipub. ſpem omnem fortunarum ſuarum poſuerunt. Fuitque hoc prudentiſſimum Perſarum conſilium, quod ſedulitati ſecuritatem præſtiterint, cęterosque habuerint, tum artium præfectos, tum magiſtros operum & Ergodioctas, quorum alter in alterum obſeruaret, ne officio ſuo deeſſe poſſet, ſicque regionem rebus omnibus abundantiſſimam effecerūt; ſimul etiam hac ratione tributis ærarioque Reipub. quod præcipuum eſt imperii robur, benè conſuluerunt, prudenter cogitantes, malè & negligenter cultis agris, opificibuſque & aliis ferias agentibus, nec vllas exactiones imperari, nec Rempublicam ditari, aut vllo modo poſſe efflorescere, vt Xenoph. monet loco iam citato. De mulierum autem operis hoc Curtius habet l. 3. eas non aliud magis in contumeliam accepiſſe, quam lanæ vnquam manus admouere, id quod noſtræ regiones ſibi laudi ducunt.

XXV.

Perſis hoc naturâ inditum, & lege iampridem ſeruatum accepimus, vt in quocūque hominum genere virtutem elucere perſpexerint, eum ſummopere celebrant: vſque adeo, vt hoſtes etiam ipſos maximis laudibus afficiant.

Poſt ſedulitatem ſequitur Iuſtitia diſtributiua, circa honorem alterius, quam ſtrictè apud Perſas cultam teſtatur P. Bizar. l. 10.

XXVI.

Perſæ mendacia ſummo habebant probro, ſimul & ære alieno oppreſſum eſſe, quia neceſſe ſit multa debentem multa mentiri.

XXVII.

Magna fuit Perſarum humanitas; vſque adeò vt quoties ſibi obuiam fierent, oſculo ſeſe inuicem ſalutarent.

XXVIII.

Perſæ vehementer cauſam agunt ingratitudinis; & quem cognorunt poſſe referre gratias, nec refert, in hūc ſeueriſſimè animaduertunt; quippe, qui arbitrantur eos, qui ſunt ingrati, & Deos maiorem in modum negligere, & parentes & patriam & amicos.

Verba ſunt Xenoph. lib. 1. Inſt. quæ etiam & hic recitat P. Bizarus lib. 10. hiſt. Has enim potiſſ. virtutes reſpexerunt Perſæ, quod nullas circa citius & grauius vulgò peccari ſoleat, nec vllis magis humana ſocietas quam his ipſis coeat & conſpiret.

XXIX.

Habebant itidem Perſæ ex miniſtris ſuis vnum

vnum deſtinatum, qui curam hoſpitum recipiendorum gereret, iisque neceſſaria omnia procuraret.

Poſt ſequitur hoſpitalitàs, quæ magna eſt Reipub. virtus ac gloria, quamque Perſæ numinis inſtar religioſe coluerunt, ciuiumque ſuorum animis inſeuerunt, & ſic Regnum cultiſſimum & florentiſſimum reddiderunt. ſicut de hoc Perſarum inſtituto habet Plutarchus in Apophthegm.

XXX.

Perſæ magno apparatu funera celebrabant, cadaueraque non cremare, vel rogo imponere, ſed humare conſueuerant, ceráque ea oblinebant, vt quam maximè diuturna permanerent.

Sic de cura Principis circa vitam ſubditorum; Reſtat cura circa mortem & ſepulturas; atque adeò circa ſepeliendi ritum; quem ex Herodoto lib.1. & Cicer. deſcripſimus. Qui tamen Cicero lib. 1. Tuſc. quæſt. notat, Magos diuerſum longè humandi ritum à populi moribus obſeruaſſe. *Magorum,* inquit, *mos erat, nõ humare corpora, niſi à feris eſſent antè laniata.* Et Iuſtinus teſtatur, eum morem poſtea Parthos quoque vſurpaſſe, dum de iis lib.12. loquens ait: *Sepultura vulgò aut auium aut canum laniatus eſt: nuda demum oſſa terrâ obruunt.* Quod idem poſtremis Perſarum temporibus in vſu fuiſſe teſtatur Procopius lib.1. de Bel. Perſico. Vide etiam de Perſicæ ſepulturæ ritibus Agathiam lib. 11. veſtes autem Perſas quâ viros, quâ mulieres in luctu ſcidiſſe, crineſque laceraſſe teſtis eſt Diod. Sicul. lib. 17. Curt. lib.3. Herod. lib.3. qui idem etiam ait l. 10. eos & ſeipſos & equos & iumẽta totõdiſſe, quinimò Plutarch. in vita Alex. ſcribit, eos ob obitum Regis murorum propugnacula penitus euertiſſe. Cicero 3. Tuſc. quæſt. ridens hos barbarorum mores, inquit: *Hinc ille Agamemnon Homericus & idem Accianus ſcindens identidem intonſam comam: in quo facetum illud Bionis: perinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mæror leuaretur.*

XXXI.

Herod. lib.2.&3.

Vniuerſum Perſarum imperium in Satrapias, & Prouincias diſtributum erat, quæ ſuos habebant Præfectos & Rectores, qui ex officio imperarent, & ſalutem in iis publicam procurarent.

Tantum de Cura ſubditorum in genere; neque enim plura de hac apud authores inuenio. Cura in ſpecie præcipua fuit apud Perſas circa præfectos & Rectores prouinciarum, quos Princeps ipſe conſtituebat, ſed nonniſi virtute inſigni præditos; magnamq; iis poteſtatem dabat, de qua ita Briſſonius: *Satrapis in fide & officio manentibus integréque ſuum munus obeuntibus, non facilè ſucceſſores Reges dabant, ſed licèt iis ſummam poteſtatem conceſſerant, in eorum nihilominus Satrapias aliquem ex viris Principibus velut inſpectorem mittebant.* Solebant autem hæ Satrapiæ filiis Regum plerumque decerni, vt ex Herodoto pater lib. 7. De numero porrò illarum non leuiter authores variant. Plinius lib. 6. cap. 13. dicit Parthos, poſtquam imperio potiti ſunt, Perſarum illas Satrapias in duodeuiginti regna diuiſiſſe, ex quibus vndecim inferiora, reliqua ſeptem iis ſuperiora appellabantur. vid. Ioſeph. lib. 10. Ant. Iud. c. 14. & lib. 11. cap. 4. Xenoph. lib 1. ...

XXXII.

Iſtas verò ſuæ ditionis prouincias frequenter Perſarum Reges obibant & perluſtrabant, rationesque adminiſtrati muneris à præfectis exigebant. Ad eas verò quas adeundi nulla dabatur facultas, fidos legatos mittebant, qui earum ſtatum vice ſuâ explorarent, ipſisque poſtea reuerſi referrent.

Quò amplius eſt & maius imperium, eò maior quoque cura principi exiſtit circa officiarios, quia in tanta latitudine, ſi quid committitur, id ad plurimos exundat, eoque deterius, quo latius malum: Idcircò Perſæ prouincias ſuas quotannis aut ipſi luſtrabãt, aut quẽpiam eò velut inſpectorem cum Imperio mittebant, qui penitus omnia perſpiceret. Quæ ſalutaris fuit tam pro ſubditis ipſis, quàm & præfectis inſtitutio; nam & felicius ſubditi regebantur, nec vlla facilè laceſſebantur iniuriâ. Rectores vero ipſi, ſi officio fuerant egregiè perfuncti, ad maiores dignitates cum laude euehebantur, ſin minus, corrigebantur, ne quod plerumque fieri ſolet, in priuatam potius lacunam, quam publicas felicitates oculos animumque defigant. Quod ſanè crebrior principis præſentia poteſt auertere, quæ, vt prouerb. dicitur, *equum feliciſſime ſaginat, & operarii laborem promptiſſimè promouet.* Plin. in Paneg. inquit: *Principis officium eſt, velociſſimi ſyderis inſtar, omnia inuiſere, omnia audire, & vndecunque inuocatum ſtatim, velut numen adſiſtere.* Xenoph. in Suaſ. Ariſtid. Orat. de Roma.

XXXIII.

Perſæ nummis aureis Darii formâ percuſſis

VIRIS MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS

D. BARTHOLOMÆO SCHACHMANNO, Procoſ.
D. GVALTHERO AB HOLTEN, } *Coſſ.*
D. ARNOLDO AB HOLTEN, }
Reip. Patriæ.

PERSIAM vobis, Viri Magnifici & Ampliſſimi, ante oculos ſtatuo: ſed Perſiam, non Marte captam, verum arte in noſtras adactam poſſeſſiones. Rudera colligo; ad ſtructuram tranſporto. Structam cernite, iudicate. Patronos nouum opus adoptat. Vos exoptat, viros in omnium orâ & ore celebrariſſimos. Veſtra eſt, quâ nititur virtus, veſtra in luce exterorum locara aurhoritas. Vos animum in immenſa regionum inieciſtis; Regna Europæ luſtraſtis. Tu, Proconſ. Magnifice, etiam Aſiæ pleraque. Nec longè fuiſti ab eo, de quo tractamus, Perſarum imperio; diſſimili quidem & diſpari illi vetuſto, florente tamen adhuc & opulento atque amplo. Nec aliud nunc maius votum meum, quam vos mihi in vno Perſas eſſe. Quid ita? Tanta erat eorum animi virtus & facilitas, vt munera quæque ſibi oblata gratioſè deoſcularentur. Quin aquam etiam volâ hauſtam. Hauſi & ipſe aliquid è Politicis atque Hiſtoricis fontibus, & incluſi huic aphoriſmorum vaſculo. Quod vobis, ciuis veſter, cum obſeruantiâ affero. Vos, quâ eſtis comitate ac gratiâ in Scholam veſtram, & eos qui in ea, accipite munuſculum hoc Perſicâ illâ & ſerenâ fronte, & cum munere iſto me ipſum, & animum hunc vobis imprimis deditum atque addictum, tum officio omni, tum voto: quod pro vitâ atque incolumitate veſtrâ deuotè ad DEVM concipio. Propridie Cal. Iulii, Anno MDCVIII.

V. V. Magnif. & Amplitud. obſeruantiſſimus

DAVID SCHVMANN.

POLITICÆ

POLITICÆ STVDIOSIS S.

EX natura ipſa ciuilium rerum Prudentiæ Ciuilis, doctrina bifariam n. bis partiunda fuit; In generalem nempe & ſpecialem. Et illam quidem, quæ de ſtatu publico abſolutè atque vniuerſim tractat, diſputationibus ordinariis ſumus hucuſque perſequuti. Iſta verò, quæ laudabilium Rerumpublicarum tam veteris, quam noſtri æui inſtituta ſpeciatim declarat, reſeruanda fuit extraordinariis operis. Quarũ nunc auſpicia ducimus à Principatu Perſico. Nam de Chaldæorum aut Aſſyriorum Monarchiâ, ut in hiſtoricis, ita Politicis tenuia ſaltem ac fugacia videns veſtigia, vixque adeo agnoſcenda. A Perſis, Deo ducente, ad alias quaſdam Orientis gentes, & ab his ad Græcos ibimus, inſpecturi leges ac conſuetudines Principum, in ea gente Rerumpublicarum; Creterſium, Thebanorum, Corinthiorum, &c. inprimis verò Spartanæ atq; Athenienſis. Hinc ad Italos transfretabimus; Romam, magnam illam Rerumpublicarum matrem admiraturi, ſimul & luſtraturi. Exinde Principatuum ac Rerumpublicarum recẽtium aliquot formas contuebimur; Imperii nempe Romani, ſiue Regni Germanici, poſt Galliæ, Angliæ, Poloniæ Reipub. item, Venetæ, & aliarum aliquot, ſuo loco & tempore nominãdarum. Nouum hoc, dicent multi inſtitutum, & Scholis hucuſque inſuetum. Fateor; Sed & miror, & doleo. Prudentiæ enim Politicæ vis tota ac perfectio non in generalibus ſita eſt; ſed in ſpecialibus illis ac particularibus Temporum, Locorum, Perſonarum. Loquar cum Seneca ad propoſitum meum paululum inflexo: Ad prudentiam Epiſt. 8.
ciuilem, longum ac difficile iter eſt per præcepta: breue & efficax, per exempla. Per exempla dico, quæ præceptis iudicioſè atq; ordinariè applicantur. Architecturæ ingenioſam illam peritiã is feliciter conſequitur, qui pauca quædam præcepta methodicè doctus, varia hinc inde magnorum Architectorum, quæ paci, quã bello ſtructa ædificia, opera, machinas, moles ſagaciter deſpicit, & adumbrat ſibi atq; obſeruat. Ita Reip. per prudentiam ciuilẽ idoneè atq; ex voto illi parabuntur, qui rectè ordinatis præceptis Politicis non nimis quidem diu, ſed tamen aliquandiu imbuti continuò ducuntur ad exempla Rerumpubl. veteris & noſtri æui. Exempla, aio, rara illa & præclara, & in quibus imago expreſſa iuſtiſſimorum Legiſlatorum, auguſtiſſimorũ Principum, prudentiſſ. Magiſtratuum, perſpicaciſſimorum Conſiliariorum; deniq; & tractabilium ac florentium ſubditorum. Verbo dicam: laudatiſſimarum Pacis æquè ac Belli artium. Hoc illud eſt quod Ariſtot. monuit; In Politi- 2.Pol.6.
corum præceptorum ordinatione impoſſibile eſt omnia minutim exequi: vniuerſæ enim ſcribi neceſſum eſt; at actiones ſunt rerum ſingularium. Audite hanc Philoſophi politici ſeriam vocem politicæ ſtudioſi, & ſic habitate: Per generalia præcepta prudentiam ciuilẽ exactè non parari; opus omnino eſſe ſpecialiũ inſtitutorum atq; exemplarum inſpectione, obſeruatione, praxi. Is, qui generalia præcepta nouit, ingeminat Ariſtoteles alibi, remotè tantum ſcit & quaſi eminus; in ſingularibus verò verſatus propriè & abſolutè & 1. Prior. Analyt.
actu ipſo & velut cominus nouit. Et iterũ: Sermones qui ad genus vniuerſum pertinent in Philoſophia morali, 21. & 1.
plerunque ſunt ieiuni; qui verò explicant res ſingulares, ſunt certiores: idcirco longè plus tribuendum viro vni Poſt. 1.
experto & verſato in ſingularibus, quam pluribus aliis, qui vniuerſalibus tantũ ſunt innutriti. 2.Eth.7.
Nec verbis tantũ id monuit aut teſtatus eſt magnus hic magiſter; ſed & facto ipſo atq; opere. Docuit .n. in ſchola ſua vtramq; Politicam, Generalem ac Specialem: Atq; idcircò ſuo in Politicis magno diſcipulo Alexandro perſuaſit, non minus referre barbaras gentes, quàm cultas & ciuiles vidiſſe, earumq; imperia ac leges notaſſe: vt in eius vitâ teſtis eſt Ammonius. Et Cic. de Finib. Omnium ferè ciuitatum, inquit, nõ Græciæ ſolum, ſed & Barbariæ mores ab Ariſtotele & inſtituta, & diſciplinas; à Theophraſto etiam leges cognouimus. Cogita mecũ Lector & æſtima, quod ſcio te facere, quantus omnibus Regnis & Rebuspub. theſaurus perierit, dum iſthæc Ariſtot. ac Theophraſti Specialia Politica perierunt. Pauca, quod gemẽs ſcribo, ex iis nobis reliqua; nec alia ferè vlla, quam quæ exſtant 2. Politic. libro, auro ob id & gemmis cariore. Nobis id ſatis ſit, magnorum illorũ Politicæ doctrinæ autorum, vtut vetuſtate obliterata, veſtigia ſectari, inq; Scholas velut poſtliminio tãdem reducere hoc quoq; Ariſtotelis & primæuorum Peripateticorum ſalutare inſtitutũ, cum generali illa ac communi, Specialis, & vt ſic dicam, magis actuoſæ Politicæ cõſociandæ. Sic enim diſcent ii, qui ciuilem prudentiã quærunt, vniuerſalia ſingularibus rectè applicare, atq; ex his illa tum illuſtrare, tũ firmare. Cognoſcent etiã veram ac fructuoſam peregrinandi rationẽ; nec in peregrinatione à ſeipſis peregrinabũtur, & à ſcapo ſuo: Id quod plurimis hodie accidit Nobilibus & ignobilibus, Germaniam, Italiam, Gallias, Angliã, & alias regiones luſtrantibus; magis ad iactationẽ, quam ad vſum Reip. & ſuum. Sed & clarior ac probatior futura eſt vſitata illa & neceſſaria iuris diſtinctio in commune & municipale, vt quæ tota pendet à ſtatus publici atq; adeo Politicæ prudentiæ partitione, quã dedimus in generalem & ſpecialem. Denique creſcere hinc poſſit Hiſtoriarum ſtudium & dulceſcere atque illuſtrari. Harum enim vis atq; vſus nullibi vel euidentior, vel efficacior quam in Politica Speciali. Id quod non tam à me audire atque intelligere vos, quam reipſa, benedicente ſtudiis veſtris Deo, ſentire atque experiri cum bono veſtro opto & voueo. Prid. Calend. Iulias, Anno MDCVIII.

BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS.

DE IMPERIO SEV MONARCHIA PERSARVM:

Et primo quidem de Statu eius pacato,

Aphorismvs I.

P*Ersæ eum Regem conſtituebant, qui mas eſſet, non fœmina, quique corporis pulcritudine ac integritate membrorum excelleret. Neque vel altero oculo captum, vel naſo auribusve mutilatum, vel vlla membrorum prauitate deformatum recipiebant.*

De Perſarum origine & denominatione audiamus Herod. l. 6. qui inquit; *Vocabantur quondam Perſæ à Græcis* Cephenes, *à ſe vero ipſis atque ab incolis* Artæi. Verum poſteaquã Perſeus Danaes & Iouis filius ad Cepheum Beli filium commeauit & Andromedam eius filiam vxorem duxit, tulit ex eâ filium, quem *Perſen* appellauit, eumque illic reliquit, à quo (nam Cepheus carebat virili prole) cognomen Perſæ ſortiti ſunt. Horum imperium cœpit anno mundi 3405. quo tempore Cyrus, adempto Medis Lydisq; imperio, primus id in Perſiam intulit, eamque florentiſſimam & potentiſſimam reddidit. Eius iam penetralia ſecundum methodum in Politicis traditam, perluſtrabimus; quæ docet, vniuscuiusque imperii perſpicienda prius ſideliter fundamenta, ſi de totâ eius ſtructurâ dextrum debeat fieri iudicium. Fundamentum autem, vt omnis imperii, ita & huius vel primum eſt, vel ortum. Primum conſiſtit vel in aptitudine imperandi; vel in poteſtate. Aptitudo iterum vel naturalis eſt, quò pertinet ſexus & pulchritudo corporis; vel acquiſita, de quâ poſtea. De ſexu principis Perſici aliud non reperio apud autores, quàm digniorem illum & maſculum ad gubernacula adhibitum. Nec aliud commemorat Clariſſ. & ob raram doctrinam fato meliore dignus, *Barnabas Briſſonius*, qui rerum Perſicarum materiam è vetuſtate nobis comportauit; quod grati agnoſcimus ac prædicamus. Alterum aptitudinis membrum eſt conſtitutio corporis, quam vnicè Perſæ in regibus ſuis reſpexerunt, & de qua Curtius egregiè inquit lib. 5. *Pleriſque gentibus ingens in corporis maieſtate veneratio eſt, magnorumque operum non alios capaces putant, quàm quos ſpecie egregiâ & eximiâ natura donauit*, rarò namque in egregiâ formâ improbitas comperta eſt, inquit Panormitanus. De Indis & Æthiopibus Strabo refert, eos neminem Principem elegiſſe niſi formâ decorum; quod de Scythis etiam, aliisque in oriente gentibus hiſtoriæ firmant. Sanè naturali vi id nobis videtur quodammodo impreſſum, vt arctius eum multo animis complectamur, qui corporis pulchritudine præualet, & apes inquit Columella, eum ſibi Regem aſſumunt, qui cæteris omnibus formoſior eſt. Germanorũ puto hinc eſt prouerb. Man hüte ſich vor dem/ den Gott vnnd die Natur gezeichnet hat. Cum poſt Cabadis Regis Perſarum mortem, orta eſſet inter filios eius de regimine contentio, Cabades Coſrhoi fratri, quem ætate ſuperabat, poſtpoſitus eſt, propterea quod luſcus eſſet, quo defectu Perſæ ſuos Reges immunes cupiunt. Interim mens præſtat corpori & magis reſpiciendum ad interna illa animi bona, quam ad externa corporis, quæ deterrimis quibusque humani generis monſtris ſcimus fuiſſe & eſſe communia.

II.

Perſæ eum Regem ſibi eligebant qui literis eſſet quam optimè imbutus, ac probè à Magis inſtitutus, familiariterque cum iis antè fuiſſet conuerſatus.

Fuit aptitudo naturalis; ſequitur acquiſita, videlicet habitus & virtutes tam intellectuales quam morales: Intellectualem virtutem ſiuè doctrinam & eruditionem Perſæ in Regibus ſuis imprimis deſiderabant, & iis ſolummodo ſceptra committebant, qui diutius Magorum diſciplinâ ac conuerſatione erant informati, vt Cicero docet lib. 1. de Diuinat. dum inquit; *Nemo Perſarum Rex eſſe potuit, qui non antè Magorum diſciplinam ſcientiamque perceperat*. Nimirum quod apud Perſas fuit Magorum ſcientia, hoc noſtro tempore eſt ſtudium philoſophiæ, & inprimis prudentiæ politicæ, quâ imbuti Reges ac Imperatores altiſſimum dignitatis gradum

dum ſic obtinent, vt diutiſſimè in eo floreant ac conſiſtant. Quod contrà eos facit, qui literas putant è principum aulâ eliminandas, cũ contrarium planè magnorum Imperatorum tum exempla, tum felices per litteras ſucceſſus edoceant.

III.

Perſarum Reges legibus planè ſoluti erant, illiſque quod libebat licebat, nec ab alio quoquam corrigebantur.

Inter virtutes morales primò occurrit Iuſtitia vniuerſalis, ac legum obedientia, quâ Perſarum Reges penitus fuerunt exempti, cũctaque pro placito & arbitrio adminiſtrabant, vt Plutarch. inquit in lib. de tribus Rerumpubl. generibus: Πέρσαι μὲν αὐτοκρατῆ καὶ ἀνυπεύθυνον ἀπεκληρώσαντο. Et Herod. l. 3. docet Câbyſem, cum aliquando ex iuris Perſarum peritis percontaretur, num qua lex eſſet, quæ ſinat volentem cum ſorore contrahere matrimoniũ, hoc reſponſum tuliſſe; *nullam quidem eiuſmodi legem inueniri, quæ ſinat fratri ducere ſororem, ſed talem interim reperiri, quâ liceat Regi Perſarum facere quicquid libeat.* Huc pertinet iſta grauis in Politicis quæſtio, *An princeps legibus penitus ſit ſolutus*; quæ fuſius in Syſt. Polit. deciditur.

IV.

Præterea locorum amœnitate nimioperè Reges capiebantur, palatiiſque ſuis hortos habebant applicitos, & agros conſeptos, diligenterque conſitos, quos paradiſus *linguâ ſuâ vocabant, & in quos animi laxandi & remittendi cauſa ſecedere conſueuerant. Habebant item ſua theriotrophæa & viuaria, quibus ſeſe inſigniter oblectabant.*

Inter virtutes principe dignas numeratur *Temperantia circa amœnitates*; quæ qualis in Perſarum regibus fuerit, teſtatur præſens aphoriſmus, quẽ dedimus ex Cicerone, qui in lib. de ſenect. teſtatur adeò locorum amœnitate Perſas fuiſſe captos, vt Cyrus Minor Sardianum Paradiſum manu ſuâ laborioſa conſeuerit, quod & Ælianus lib. 1. de animal. c. 59. aſſerit. Xenoph. in Oecon. ait, Rex Perſarum quaſcunque regiones incolit, ſtudioſè operam dat, vt horti ſint omnibus referti, quæcunque bona & pulchra de terrâ pronaſci poſſunt, inque his magnâ ex parte ipſe verſatur, cum anni tempus id fieri non prohibet, qui etiam dona iis elargitur, qui agris benè colẽdis ſuam operam nauiter præſtant.

V.

Venatu etiam ſæpè exercebantur, eique rei ſtudioſe operã dabant. Nec ſingulis modo menſibus ſemel atque iterum, ſed etiam ſæpius venatum proficiſcebantur, mediam cuſtodum corporis partem ſecum ducentes.

Pertinet & ad recreationem & ſanitatem principis venatio: quâ tamen intemperantius nonnihil Perſarum Reges vtebantur, vt hiſtorici docent. Ipſa ſanè venatio in ſe conſiderata, ſi modum habeat, non eſt improbanda; propterea quod, vt ait Patrit. ſimilitudinem quandam cum re bellica teneat, nec paruam fortitudinis ſpeciẽ præ ſe ferat. *Non enim hominis cuiuſuis eſt*, inquit Plin. in Paneg. *luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montium iuga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius manu, nullius veſtigio adiutum.* Hinc nimirum nullo exercitio impẽſius Princeps delectatos legas quam iſto. Alexander Macedo, vbi ab armis & acie quies aliqua aderat, eam aſſiduæ venationi impendebat. Perſæ tantam in venationibus voluptatem captabãt, vt non ſolum ingens canum multitudo ad eas aleretur, quorum cibariis quatuor magni vici attribuebantur, teſte Herod. lib. 1. ſed etiam, vt legibus fuerit interdictum, ſagittam in feras cõtorquere; priuſquam Rex primam emiſerit. Itaque cum aliquãdo Regem Artaxerxem inter venandum leo adortus eſſet, eumque Megabyzus in pedes ſeſe aduerſus Regem erigentem, iaculo occidiſſet, indignatus Rex, eum decollari iuſſit, quod feram cædere occupaſſet, antequàm ipſe in eam telũ miſiſſet, quemadmodum Ctesias in Perſicis refert. Simile plane exemplum habet Petrus Bizarus hiſtor. rer. Perſ. lib. 7. de Baſilio Rege, cui cum in venatione ceruus quidam ferinâ facie fremebundus occurreret; & erectis in eũ cornibus reſiliret; Rex verò gladium vibrans; zonam quâ induebatur alterutri eius ramo implicaretur, quidã illicò enſe ſtricto, zonam abrupit; quo ſolutus Rex in terra procidit. Verum ipſe ei propterea ingratus & iratus, caput amputate iuſſit, quod nudum in ſe enſem ſtrinxerit. Sed mox diuina ſubſecuta eſt vltio; lethaliter primo ſauciatus à ceruo (qui cornibus violento impetu in imum ventrem adactis, eum è equo excuſſit) paulo poſt expirauit.

Lib. 3 titul. 6 de Repub. ex Ariſt. Vide & Donum Regium Iacobi Regis magni Britan.

VI.

Perſarum Reges crebra conuiuia & ſolennitates publicè in foro peragebant: inprimis

vero natalem ſibi diem magnâ pompâ & theatro celebrabant, quo ſtrenas populis & dona elargiebantur, tantumque feſtiuitati eius die indulgebant, vt quæ ab iis tum peterentur, ea denegare non ſuſtinerent, exoratoreſque redirent, qui oratores acceſſerant.

Refertur hoc axioma ad magnificentiam principis conuiuatoriam públicam; in qua tamen modũ Perſæ exceſſerunt conuiuiis, ſumptuoſiſſimè & ambitioſiſſimè paratis & effuſiſſimâ in populum indulgẽtiâ, quæ inprimis natalitiis diebus exercebatur; cuius natalitii cõuiuii meminit Herod. lib. 9. quod ſermone Perſico *Tycta*, Græcis vero τέλειον nuncupatur, id eſt *perfectũ*; quod ex apparatus magnificẽtia & omnibus numeris eſſet perfectiſſimum. Qui quidẽ mos eo tum tẽpore firmiter inualuerat, noſtro non vſurpandus ſeculo, ob varias quæ oriri hinc poſſunt, incommoditates. Vt enim ſumptuum profuſionem taceam, periculoſiſſimum eſt vllam dari tempus, quo ſubditis quicquid libet petere, & ferre liceat, cũ & indigniſſima ea eſſe poſſint, & cũ publico dãno coniuncta. Quemadmodum memorabiliter refert Herod. de Ameſtre, qui eo die natalitio Maſiſtis vxorem à Xerxe dono petiit. Xerxes obſtupefactus vxorem Germani dono dari, precibus tamen & inſtituto euictus annuit. Maſiſtes iratus eam noluit dimittere. Ibi tùm Ameſtris accitis Xerxis ſatellitibus, vxorem Maſiſtis vi raptam excarnificat, mammillas præcîdit, easque canibus abiicit, detruncat nates, aures, labra, linguam, atque ita miſerè excarnificatam, domum remittit. Maſiſtes vbi ſic vxorem vidit mutilatam, vehementer exarſit, habitoque cum liberis conſilio, Bactra abiit, prouinciam eam ad defectionem inducturus, plurimumque mali Regi impoſiturus. Quod cum facere inſtituit, Xerxes miſſis aduerſum eum copiis & ipſum & liberos, copiaſque in itinere trucidat. Tantam lanienam fecit nimia illa Regum in natalitiis ſuis feſtiuitatibus indulgentia.

VII.

Perſarum Rex rarò ſui copiam populo faciebat; ſed à vulgi conſuetudine penitus remouebatur; quo maior eſſet hominum erga ſe obſeruantia, nec aſſiduo conſpectu Maieſtatis dignitas euileſceret.

Sequitur inter virtutes virtus conuerſatrix, de quâ memorabile eſt, quod authores narrant, Reges Perſarum rariſſimè ſe populo in conſpectum dediſſe, ne forte apud quemque in contemptum venirent. Idcircò nulli, ne vxori quidem, regiam ingredi abſque ſuo iuſſu permiſiſſe; quin etiam hanc ipſam circa pellices curã adhibuiſſe, ne à quoquã in vrbe conſpicerentur; ſed quoties ad Regem deduci debebant, lecticâ opertâ geſtarẽtur, cuius velum alleuare, nefas ducebatur. Quæ quidẽ omnia vtut auguſtam faciunt Regis faciem, tamen ſubditorum animos nimis exaſperãt. Etenim obſeruantia ex amore profluit, amor non niſi ex ſenſu firmiſſimè roboratur; eum enim ardentius deamamus, quem ipſimet oculis vſurpauimus, cum ignoti nulla eſſe poſſit vel cupido, vel firma dilectio. Vt taceam variarum ſuſpicionum ſemina hinc pronaſci, dum ita anceps hęret ſubditorum de Rege cogitatio, nec vllum eſſe ad fraudes & technas expeditiorem modum. Quemadmodum quidem de Comaride Mago hiſtoriæ fidẽ faciunt, eum pro Mergide, cui regnum poſt Cambyſis fratris mortem ceſſerat, Oropaſtrem fratrem ſuum ſubſtituiſſe, nec tamen dolum ſubeſſe, quenquam ſuſpicatum, nec vt maximè ſuſpicaretur, detegi à quoquam potuiſſe, propterea quod priuatis ſeſe parietibus aſſiduè Rex cõtineret. Bod. lib. 4. c. 6. Perſarum hoc inſtitutum firmiſſime approbat, dum ſuadet, conſultum eſſe, vt Rex ſubditorũ cõſpectui ſeſe ſubducat, quia ſic maior eius maieſtas futura eſt. Quod fac ita eſſe, minor tamen futura eſt ſubditorum in Regem obſeruantia, ſine quâ imperium nequit conſiſtere. Tutius eſt & ſalutarius conſilium Valerii Max. qui non quidem conſpectu, ſed humili & tritâ conuerſatione vacuum oportere eſſe, cenſet, quicquid in excelſo faſtigio poſitũ eſt.

Xenoph. in laud. Ageſilai. Iuſt. lib. 2. Ariſt. de mundo.

VIII.

Perſarum regnum morte parentum, liberis obueniebat, ita vt natu maximus ætatis priuilegio, ſibi id vendicaret; quod ius & ordo naſcendi & natura ipſa gentibus dabat. Prole tamen maſcula non ſuperſtite, aut ad proximos deferebatur, aut ad eos, qui non alii quam regiæ ſtirpis eſſent.

Vidimus, quantum materiæ ratio tulit, de aptitudine imperandi quæ fuit in Perſarum Regibus; Sequitur, vt poteſtatem & commiſſionem imperii conſideremus. Vbi confirmatur canon hic Politicus: *In Monarchiis vitium, quaſi Principis imperium continuâ ſucceſſione debere perpetuum, nec electioni id aut populi ſuffragiis committendum eſſe.* Ita ergo etiam apud Perſas extincto Rege nouus illico in locũ ſucceſſit, nec vlla facta fuit regiminis interruptio. Sin maſcula relicta proles, ea ſceptrum ſumpſit; ſin

minus,

minus, ad propiorem deuolutum eſt, vt de Dario ſcribit Diod. Sic. lib. 17. eum poſt Ochi & Arſis eius filii cædem, cum nemo ex liberis Ochi ſupereſſet, regnum Bagoæ Eunuchi beneficio adeptũ eſſe. Id tamẽ hoc loco notãdum, Perſas imperio neminem præpoſuiſſe, qui non è Regia eſſet ſtirpe oriundus, nec vel peregrinum vllum aduocaſſe, vel filium ſiue nothum, ſiue patre nondum Rege natum. Vnde orta aliquando inter Ariamenem, ſeu, vt alii vocant, inter Artabazanem & Xerxem Darii filios, de regno controuerſia, arbiter ex compromiſſo ſumptus Artabanus, communis vtriuſque patruus, litem ſecundum Xerxem minorem natu dedit, propterea quod hic ex patre iam Rege, ille ex priuato adhuc ſuſceptus eſſet, vt Herod. docet lib. 7. & Iuſtin. lib. 2. Deuiarunt tamen à veſtigiis maiorum tandem Perſæ, & eò delapſi ſunt, vt regnum non tam lege, quam ſuffragiis procerum fuerit delatum, teſte Procopio lib. 1. de bello Perſico.

Vid. Hottom. antiq. Quæſt. illuſt. 2.

IX.

Reges Perſarum per Mithrem, id eſt, diuinum Solis numen ſubditis iurabant, iuſque fidem ſuam datâ dextrâ obſtringebant, quæ fuit ſanctiſſimum fidei pignus ab omnibus credita.

Etiam apud Perſas commiſſio principatus confirmabatur ſolennibus ſignis, videlicet iuramento & inauguratione. Hoc enim intereſt inter Imperiũ patris in liberos, & inter ius magiſtratus, quod Imperium patris primo abſolutoq; iure naturæ confirmetur, nec requirat iuſiurandum quod interueniat. Poteſtas autem Principis in ſubditos, etſi à iure naturæ originem ducat, tamen pactis conuentis & quidem vtrinque iuratis confirmanda ſit. Iurabant ergo ſubditis Reges Perſarum, idque datâ dextrâ, quam fidei arrham omnes crediderunt, quia quod dextrâ ſemel promittebatur, id rurſus detrahere ſcelus erat ac religio.

Diod. Sicul. lib. 18. Æmilius Probus in Datame. Xenoph. l. 3. cyr.

X.

Reges Perſarum Paſargidis à gentis ſuæ ſacerdotibus initiari & inaugurari ſolebant hoc ritu. Fuit bellicæ Deæ ſacellum, quam Mineruam quis coniectura fuiſſe auguretur, illud Rex ingrediebatur & veſte ſuâ poſitâ, eam quã Cyrus priuatus adhuc vti conſueuerat, induebat. Dein caricis ſeu ficubus paſſis veſcebatur, therebinthi etiã aliquid erodendo abſumebat, & deniq; oxygale, ſeu acidi lactis poculũ exhauriebat. His peractis Cydaris Diademaque capiti eius imponebatur, cũ nominis mutatione.

Hæc Plutarch. in Artaxerxe, & ex eo Briſſonius. Quid autẽ per ceremonias quas adhibuerũt Perſę, inumbrauerint, de eo nihil apud authores reperio: fortaſſis per veſtẽ depoſitã, & Cyri, hominis adhuc priuati, aſſumptam, ſuperbiâ Regem exuere, & humilitatis memoriâ induere voluerunt. Caricæ, quas comedebant, animum ſincerum, ac nulla ſæuitate ſuffuſum denotant; è quo omnem fraudem & malitiam virtutis exercitium, velut è ficu teniores ſpiritus ſolis lumen extraxerit. Terebynthũ guſtauit propterea, quod vt ipſa odorẽ naribus fortiſſimũ etiã longè abſentibus afflat, ſic ipſe imperii dignitate velut terebyntho, illinitus omnibus populi nationib. citius innoteſceret. Oxygalæ deniq; exhauſit poculũ, vt guſtus eutarũ variarũ, qui acris ei & peramarus futurus eſt, veluti primis labris imprimeretur, ne poſteà mole tãtâ inopinato obrutus deficeret. Illud verò mirari hoc loco licet, nomina Reges mutare fuiſſe coactos, quemadmodũ de Codomanno Iuſtin. ſcribit, eũ à populo Regẽ electũ, & *Darii* nomine honoratum eſſe; Vbi tamen rationẽ addit, dum inquit, *Ne quid Regiæ Maieſtati deeſſet.* Darius .n. Rex per indulgentiã patris adhuc viui factus gratitudinis immemor, patri cõſpiratione cũ fratribus habitã, inſidias parat, mox in facto deprehẽſus pœnas parricidii iuſtas dependit. Regni hæreditas Ocho traditur, poſt cuius mortẽ Codomannus Rex nomine Darii conſtituitur, ne ſc. Regia Darii maieſtas ita ſordidè proſtitueretur, ſed in hoc velut ſimulachro quodam altius eluceſceret. *Lib. 10.*

XI.

Veſtitus & ornatus Regum Perſarum hic fuit: 1, Capitis inſigne (erant autẽ criniti & capillati) tiara eaque recta & in conũ elata, quæ illorum lingua Cidaris *appellatur, myrrha & labyzo delibuta, ac Diademate, quam* candidam *quandam* faſciã *eſſe, authores notant, præcinctã. 2, Veſtem purpuream ad talos vſque demiſſam geſtabãt, & ſtolati incedebant, tunicã inſuper, quã* Cãdyn *appellabãt, quodque cõmune corporis tegmen erat murice & conchylio tinctã, manib. extra manicas protẽſis vtebãtur. 3, Inaures ex aure dextra geſtabãt. 4, Zonã & gladio accincti erant; & denique 5, brachiis ac fœminalib. eorũ crura velabantur.*

Inaugurationis conſiderandę ſunt tum partes, videlicet proclamatio, coronatio & publica acclamatio; tum connexa, vt epulæ & ſpectacula inauguralia; tũ denique inſignia, vt faſces, ſceptrũ, gladius, habitus & amict⁹: de quo

latius autores veteres, & ex his Barnabas Briſſonius, qui triplicem tiaram apud Perſas in vſu fuiſſe tradit: Prima fuit recta & ſurſum erecta, quàm ſolis regibus geſtare ius erat. Altera erat prona, & deorſum vergens: quæque in frontem quaſi deducebatur, quâ omnes promiſcue vtebantur. Tertia erat in anteriorem partem capitis proiecta ac prominens, cuius vſu ſeptem Perſæ Magorum percuſſores, & eorum poſteri fruebantur, ſicq; qui dignitate diſtinguebãtur, etiam veſtium diſcrimina obſeruabant. Quæ ſanè ſalutaria ſunt Reip. inſtituta, tum ad coercendam inferiorum luxuriem, tum ad tuendam ſuperiorum dignitatẽ. Diademate vero etiam Perſarum Reges præcinctos fuiſſe Xenophon & Plutarchus aſſerunt; vbi notandum, Diadema nihil aliud eſſe quàm faſciam candidam, quâ Regum frons circumdabatur: id quod tum alii authores plurimi, tum imprimis Valer. Max. memorabili Regis cuiuſdam (quem alii *Antiochum*, alii, vt Stobæus, *Antigonum* vocant) facto & dicto probat, qui cum Diadema ſibi eſſet traditum, priusquam capiti imponeret, retentum diu conſiderauit, & dixit: *O nobilem magis, quam felicem pannum; quem ſi quis penitus cognoſcat, quam multis ſolicitudinibus & periculis ſit refertus, ne humi quidẽ iacentem tollere dignaretur.* Quod vero ad tunicam, quæ *Candu* vocatur, attinet, ſciendum eſt eam amiculum fuiſſe *Chyridotum* ſuſpenſum ex humeris, & prolixum vltra brachia, vſq; in primores manus ac prope digitos. Quale veſtium genus Romani, quorũ tunicæ ſubſtrictæ erant, & circa humerum deſinentes, molle cenſebant ac probro arbitrabantur, propterea quod manus viri fortis non debeant eſſe opertæ. Sed tamẽ nec Perſæ Reges manus velabãt, ſed eas extra tunicas protendebant, quod reliquis fuit illicitum, vt infra declarabitur. Veſtẽ autem eiuſmodi regiam induere Perſis capitale fuit, vt & regiæ ſellæ inſidere, quod Curtius notat lib. 8.

Lib. 7. cap. 2.

XII.

Perſarum Reges Deorum honoribus à ſuis colebantur, quos non ſolum capite flexo & demiſſo, ſed humi proſtrati manibus in tergum reductis ſalutabant & adorabant. Nec cominus modo, ſed & eminus conſpecto Rege proni cernuo capite in terram decidebant: Regeque propius accedente, manus manicis inſerebant. Quin & Babylonem ingredientibus aurea Regis imago propoſita erat, quam niſi adorarent, aditu & ingreſſu vrbis prohibebantur.

Vidimus hucusq; fundamenta Monarchiæ Perſicæ prima; ſequitur ortum, videlicet ius Maieſtatis, quod eſt vel deſpoticum, ſiue ius dominandi, vel diſpenſatorium, vel obligatorium, quo ſubditos habet obligatos ad honorem & obedientiam. Honorem, inquam talẽ, qui non excedat rem honoratam, qui non ſuperet humanæ naturæ pretium ac dignitatem. Sicut quidem Perſarum Reges, cum nil niſi homines eſſent, plus tamen quam homines coli volebant, abominabili plane faſtu ac ſuperbia, de qua docet, præſens aphoriſmus. Merito Perſas tanquam fracti & abiecti animi viros inſectatur Iſocrates, quod Diis debitos immortales honores mortali Regi attribuant.

Quamobrem Sperchies & Bulis Spartiatæ, in Xerxis poteſtatem dediti, cum adorare cõſtanter recuſarunt, quod à moribus & inſtitutis patriæ alienum eſſe dicerent, eam deuotionem mortali cuiquam iniungere. Et Athenienſes Timagoram inter officium ſalutationis Darium Regem more gentis iſtius adulatum, capitali ſupplicio affecerunt, quod ægrè ferrẽt vnius ciuis humilibus blanditiis totius vrbis ſuæ decus Perſicę dominationi ſubmitti, teſte Valer. Max. lib. 6. c. 3. Sed & Iudæi hanc non minus venerationẽ ſunt aduerſati, vt de Mardochæo teſtatur hiſtoria Eſther, qui Amonẽ Regem adorare præfractè renitebatur. Egregium vero hoc eſt quod de Pelopidâ ex Plutarcho refert Ælianus, qui legatus à ciuibus ſuis ad Artaxerxem miſſus, cum aliter ei regis adeundi facultas non daretur, quam ſi ipſum adoraret, clam dolum inuenit, quo fucum oculis Perſarum faceret, & ſimul ac in Regis conſpectum veniſſet, annulum digiti ſenſim demiſit, eumque mox de terrâ ſuſtulit, iſtoque corporis geſtu quaſi venerabundus procubuiſſet, viſus eſt patrio Perſarum mori ac inſtituto paruiſſe, cum tamen nihil indecorum commiſiſſet. Quod vero in aphoriſmo dicitur *Perſas in conſpectu Regis manus extra manicas non exeruiſſe*, id luculenter Xenophon probat, lib. 11. *Ἑλλην.* vbi dicit, Antoſacem & Mithæum à Cyro Minore propterea interfectos, quod ei obuii facti manus intra manicas non contraxiſſent, quæ reuerentia ſolis, inquit, Regibus exhibebatur. Hoc interim memorabile eſt, quod habet Georg. Tyctander in ſuo itinere Perſico, quod iuſſu S.C. Maieſt. Anno 1602. ad Abatem Perſarum Regem legationis nomine, vnà cum nobiliſſ. Steph. Kokoſch. ſuſcepit, & legationem poſtea ſolus, hoc in itinere defuncto, obiit, multaque in eâ memoranda annotauit, hoc imprimis, quod Perſæ Regem ſibi obuium,

In Paneg.

Cap. 5.

Lib. 1. var. hiſt. cap. 21.

obuium, nunquam capitis detectione honorate ſint ſoliti,&vitio ibidem habitum,ſi alter alterum nudato capite conſalutaret. Aliud inſuper obſeruantiæ argumentum prodit Herod. l. 8. quod cum aliquando Xerxes naue vectus in Aſiam tranſmitteret, exortaque tẽpeſtate ac naue nimium vectoribus onuſtâ, in diſcrimen adduceretur, ita ſuos ſit allocutus: *Cum in vobis,Perſa,Regis veſtri nunc ſita ſit ſalus, quanta vobis ea cura ſit,iam demonſtrate: Illicò pleroſque eum veneratos in mare proſiluiſſe,ac Regem præſenti liberaſſe periculo.* Sed videamus nũc alia Perſici faſtus dicam,an mancipatæ ſeruitutis ſpecimina.

XIII.

Qui flagris verberibusvè Regis iuſſu cædebatur, et gratias agebat,propterea quod teſtatus hoc facto Rex eſſet,ſe eius memoriam non depoſuiſſe.

Refert hoc de Perſis ex Nicolao Damaſceno Stobæus ſerm.42.& ex hoc Briſſonius. Sicut autem mores pleríque alii, ita hæc etiam ſeruilis conſuetudo à Perſis tranſlata in Parthos, Scythas,Tartaros,& in Moſcouiam Perſiæ ab ortu conterminam: de cuius ſimili more ſcribunt tum alii, tum imprimis eximius ille Baro Sigiſmundus ab Herberſtein. Qui idem addit, vxores ægerrimè ibidem ferre, ſi à viris non aliquoties dedolentur ac depalmentur,ex quo inditium amoris maritalis capiant.

XIV.

Porrò ad honorem & maieſtatem etiam illud pertinet, quod natales Regum dies Perſis feſti fuerint, anniuerſariiſque ſacris & publicâ letitiâ celebrati; Sed & ex more gentis vigiles ipſi iuſtitiam felicitatemque Regis ſui quotidie canoris vocibus extollebant.

Plato in Alcibiade & Ammianus Marcell. lib.24.Et huc præcipuè reſpexiſſe videtur Iſocrates oratione ad Nicoclem,vbi monet; Perſarum res in tantum magnitudinis potentiæque faſtigium euectas, non virtute & viribus, ſed quod vnius imperio libenter & cupidè omnes paruerint; Regiam quodq; maieſtatem præ cæteris ſummâ ſemper obſeruantiâ coluerint. Quam Virg. etiã in Georg. his verſibus commendauit:

Præterea Regem non ſic Ægyptus,& ingens
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaſpes
Obſeruant,&c.

XV.

Literis regio annulo obſignatis nemo apud Perſas audebat cõtradicere; ſed ea quæ poſtulabantur continuò effectui mandabant.

Fundamentum Imperii ortum eſt vel primarium, videlicet ius Maieſtatis & authoritas Regia, de qua antea; vel ſecundarium, videlicet *authentia* & *valor ſigilli*: de quo aphoriſmus dicit, apud Perſas ea, quæ ſigillo regio eſſent obſignata nullo modo potuiſſe fieri irrita. id quod etiam ex hiſtoriâ Eſtheris cap. 8. diſertè conſtat.

XVI.

In conſilium à Perſarum Regibus Satrapæ & prouinciarum præſides adhibebantur; libertate tamẽ conſilii penitus adempta, quippè ſuper aureo latere ſtare conſiliarius iubebatur, &, ſi vtilia honeſtaque ſuaſiſſet, latere donabatur; ſi contrariam à Rege tuliſſet ſententiã, flagris cædebatur.

Hucuſque fuit fundamentũ regiminis Perſici: ſequitur iam officium Principis Perſici, ſiue ipſa gubernatio, eiuſque cauſæ adiuuãtes, ſiue adminiſtri, qui ſunt vel directi, iique vel ad informandum vt ſunt conſiliarii, iuriscõſulti, & hiſtorici, vel ad expediendum & ſeruiendũ, vt officiarii; aut indirecti, de quib. paulò poſt. Quod igitur ad cõſiliarios, de iis recitauimus in aphoriſmo verba Æliani lib. 12. Ex quibus apparet, non tam cõſiliarios habuiſſe Perſarũ Reges, quam viles ſeruos ac mancipia. Ita nimirũ Xerxes eum adhibitis Aſiæ principibus bellum eſſet Græciæ indicturus, *ne viderer*, inquit, *meo tantum vſus conſilio, vos conuocaui. Cæterum mementote parendum magis vobis eſſe, quam ſuadendum.* Valer. Max. lib. 9. c. 5. Cruda hæc nimis oratio, ſiquidem non eo fine in conſilium veniunt conſiliarii, vt pareant, ſed vt ſuadeant; aliâs rudiſſimus quisque ruſticus, dexterrimus foret conſiliarius, ſi in parendo, non conſulendo conſiliarii officium ſit conſtitutum. Libertas certè conſilii ipſa eſt eius vita & eſſentia; quâ erepta, cõſiliũ euaneſcit; Conſilia autẽ Perſæ inter vinũ & pocula plerumque iactabant, teſte Strab. lib.15. eaque firmiora multo habebant, quam quæ in ſobrietate capiebantur; ſiquidem exiſtimabant fomitem tunc eſſe & incitamentũ ingenii virtutiſque, ſi mens & corpus hominis vino efflagraret.

XVII.

Interim iſti quales quales Conſiliarii Regum arcana mirâ fide celabãt. Non metus, nõ

ſpes vocem, quâ proderentur eliciebat. Nimirum vetus diſciplina Regum, ſilentium vitæ periculo ſanxerat, linguaq; grauius caſtigabatur, quam vllum probrum: nec magnam rem vllam ſuſtineri poſſe credebant ab eo, cui tacere graue ſit, quod facillimum homini voluerit eſſe natura.

Hæc Curtius lib. 4. *Sanctaque iſta eſt Perſarum in Regem ſuum fides ac laudabilis taciturnitas, quâ omne regnum, velut optimo & tutiſſimo vinculo, ab interitu aſſeritur.* De Hiſpanis quoque veteribus Trogus Pompeius teſtatur, eos citius tormentis pro ſilẽtio rerum creditarum immortuos, quàm vt quicquam turpiter effutirent, adeò illis maior taciturnitatis quam vitæ cura.

XVIII.

Habebant & Perſarum Reges ſuos hiſtoricos, qui annales condebant, & actis mandabant, ac in commentarios referebant, quæ cuiuſque Regis temporibus memoratu digna gerebantur. Quos libros re ita exigente, Reges inſpiciebant, & ſalutaria quæque indè promebant conſilia.

Herodot. l. 1. Ioſeph. l. 11. Antiq. Iud. c. 6.

Ex cap. 6. lib. Eſther conſtat de iſta Principũ Perſicarum laudatiſſima maximeque ſalutari conſuetudine, quâ videntur nonnihil eluere maculam, quam Principatui ſuo aſperſerunt, per iniquam illam conſiliariorum mancipationem, quàm præcedẽti aphoriſmo deſcripſimus. Nec ſatis dici poteſt, quantum ad felicẽ gubernationem momenti habeat Hiſtoricum hoc munus atque informatio. Poſſint exemplum capere Principes omnes ab Ahaſuero, qui & ſe & Regnum ſuum & gentem Iudaicã ſeruauit, ſolâ illâ annalium ſuorum ſalutari recognitione, quæ citato illo capite diſtinctè recenſetur.

XIX.

Curſum itidem publicum primi Perſarum Reges inſtituerunt, quo mutatis ad celeritatẽ equis per veredarios, breui temporis momento certiores fierent omnium quæ in remotiſſimis, & longo locorum interuallo disiunctis mundi partibus gererentur: aut quæ à Principe eo deferenda erant.

Informator rerum præſentium eſt rerum vel intra, vel extra regnum; quem poſteriorum Perſæ peculiari nomine *Angarum* ſiue *Aſtandam*, noſtri *veredarium* appellabant, per quem omnia mundi geſta, quàm citiſſimè principes valẽt reſciſcere. Hos autem Aſtandas, ſiue veredarios primus Perſarũ Rex Cyrus inſtituit, iiſque certas itinerum menſuras & ſtationes præfixit, quæ *Paraſangæ* Perſico ſermone vocãtur, ac triginta comprehendunt ſtadia, de quo Cyri inſtituto Xenoph. lib 8. παιδ. memorabiliter inquit: *Etiam aliud quiddam excogitaſſe Cyrũ cognouimus, quod ad magnitudinem imperii pertinet de quo celeriter intelligeret, qui etiam rerum longè remotarum ſtatus eſſet. Cum enim conſideraſſet, quãtum itineris equus agitatione diurnâ cõficere viribus integris poſſet, equorum ſtabula parari curauit, quæ tantundem diſtarent, & in his equos conſtitui, cum illis, qui eorum curam gererent.* Ordinauit & quolibet loco quendam, qui tum ad recipiendum literas allatas, tum ad tradendum eas aliis idoneus eſſet, quique defatigatos equos & homines exciperet, & recentes ſummitteret. Atque hoc in itinere, ne noctù quidem interdum ceſſabatur, ſed oportebat nuncio diurno nocturnum ſuccedere. Quæ cum ita fiunt, aiunt nõnullos iter huiuſmodi gruum volatu celerius conficere. Quod ſi verè non dicitur, ſaltem hoc manifeſtum eſt, omnium itinerum, hoc velociſſimum eſſe, quæ homines conficiant, &c. Hæc Xenoph. cui atteſtatur Herodotus lib. 8. inquiens: His nũciis nihil pernicius trãſcurrit in rebus humanis: quod negotium hũc in modum eſt à Perſis excogitatum: Quot ex diebus tota via conſtat, totidem equos ac viros ferunt eſſe diſtinctos ad ſingulorum dierum iter faciendũ, quos neque imber, neque æſtus, neque nox detinet, quin propoſitum ſibi curſum celerrimè conficiant. Quorum curſorũ primus mandata tradit ſecundo, ſecundus tertio, & ſic deinceps illa mandata in alium atque alium pertranſeunt. Hanc equorum curſitationem Perſæ *Angabaton* appellant: fuitque hoc apud eos munus glorioſum & honorabile; ſiquidem Darium eo ipſo ſæpius apud Ochum & Arſem Reges defunctum, Plutarchus non vno in loco prodidit. Ceterũ Romani hoc Perſarum vtiliſſimum inſtitutum non imitati tantum ſunt, ſed & auxerunt atque amplificarunt. Quod ſi non aliunde, ſaltem ex nummo Neruæ imperatoris liceat diſcere; Nam quod ab omnibus hiſtoriographis omiſſum eſt, nullaque ratione ad noſtram memoriam peruenire potuiſſet, hoc aduerſa pars monetæ ſiue nummi Neruiani nos docuit; nimirum Imp. Neruam vehiculationem, ſiue equos vectarios per totam Italiam remiſiſſe. Vehicula enim & equi vectarii certis locis diſpoſiti ſemper ad mandatum Principis operis coactis parati eſſe debebant, quod maximè pro populo erat ſubiecto.

iecto. Cum Nerua onus hoc remiſiſſet, populus in memoriam tanti beneficii in honorem eius hunc nummum cudi curauit, in cuius vna facie erat imago Imperatoris, in auerſa autem parte conſpiciebantur duæ mulæ paſcentes & curriculus, ſiue vehiculum cum temone ad alligandum iugum, cum hac inſcriptione: VEHICVLATIONE ITALIÆ REMISSA. Vide Goltzium, & ex hoc Leuin. Hulſium in numiſmatis Imp. Rom.

XX.

Officiarii apud Perſas erant innumeri, & diuerſa ipſorum genera, pro diuerſitate officiorum. Neque enim vni alicui plura officia demandabant.

Sequitur iam adminiſter ad expediendum, atque adeo officiarii, quorum opera Reges in Imperio vtebantur, adeo, vt viliſſimo etiã muneri quemque peculiariter præficerent: quo non ſolum ſubditorum ſibi animos retinuerunt, ſed & iſtâ officiariorum diſtinctione ordinem regiminis feliciter importarunt.

XXI.

Erant & Perſarum Regibus certi exploratores, qui obſeruarent, quid vbique diceretur & ageretur, atque ad Regem referrent, quos Perſæ Oculos & Aures Regis *appellabant.*

Xenoph. lib. 1. παιδ. Sic de causâ adiuuante, ſeu adminiſtro directo: Reſtat indirectus, ſiue occultus, qui dicitur *explorator*, de quo Politici diſputant: *An licitum ſit talibus in regno vti?* & affirmantem tuentur plerique, ſed certis cautelis & limitationibus, quæ definiũtur lib. 1. *Syſt. Polit.* c. 7. p. 168.

XXII.

In Perſia ingens plerumque frumenti ſolet eſſe copia, quamuis rarò pluat, cum pro imbribus vtantur fluuiorum irrigatione. Magna quoque ibidem animalium eſt multitudo, vervecũ imprimis, qui tam fiunt pingues, vt caudarum nonnullarum pondus ad 40. libras accedat, & eâ pinguedine loco butyri vtantur. Ingens tamen carnium eſt caritas ob nationis voracitatem, cum quater quotidiè ſaturi fiant ſenes, nedum iuuenes, habentque optimas & ſaluberrimas aquas, quæ ad celerem digeſtionem plurimum conducunt.

Hucuſque de cauſis regiminis Perſici adiuuantibus, & eius adminiſtris. Sequitur regiminis ſiue curæ & officii principis partitio. Eſt autem cura Principis vel publica, vel aulica. Publica, vel interna, vel externa; interna vel prima, vel orta: prima eſt tum cura prudentiæ ſeu gubernationis & diſpenſationis, tum cura iudicii. Cura gubernationis eſt vel circa ſubditos, vel circa res. Cura circa ſubditos eſt vel generalis, vel ſpecialis. Generalis vel eſt circa vitam, vel circa mortem. Cura circa vitam eſt vel abſoluta, vt ſimpliciter viuant, vel comparata, vt bene viuant. Ad curam abſolutam pertinet cura circa victum & annonam, de qua hunc ex P. Bizari hiſt. l. 12. aphoriſmum expoſuimus.

XXIII.

Perſæ in liberorum educationem erant intentiſſimi, eosque publicè in foro, quod Liberale, *ſeu* Ingenuum *appellabatur, erudiri curabant. Forum autem illud in quatuor claſſes erat tributum, quarum vna puerorum, ſecunda adoleſcentum, ſeu Epheborum, tertia virorum, quarta ſeniorum erat, & eorum qui ætatis beneficio vacationem militiæ conſequebantur.*

Ad curam comparatam, vt bene viuãt ſubditi, pertinet cura circa educationem, de qua prolixè tractat Xenoph. lib. 1. παιδ. vbi ſummis laudibus effert Perſarũ leges & inſtituta, quibus *Forum* illud *liberale*, ſeu *Scholas publicas* inſtituerunt, quæ, vt ait Lud. Viues, *nihil aliud ſunt quam officinæ quædam, in quas veniunt beſtiæ, redeunt homines.* Illud autem Forum liberale, in quatuor partes ſeu claſſes erat diſtinctum, quarũ quæque ſuos certos habebat Ephoros & Præſides, ad quorum nutum & voluntatem omnes conformabantur; quæque claſſis ſuam habebat peculiarem inſtitutionem. Prima, quæ *puerorum* eſt, præceptis moralibus imbuebatur, virtutemque docebatur amplecti, ac poſtea herbarum vires & efficacias diſcebat, idque propterea, vt cognitis herbarum generibus, veneficiorum fraudem deuitaret, quã nihil erat apud Perſas frequentius, teſte Cteſiâ in Perſicis & Plut. in Artaxerxe. Altera, quæ *iuuenum* & *Epheborum*, aſſiduè publicis conſiliis intererat, præſtoque erat, ſi qua neceſſitas operam eius deſideraret, quin & bellicis exercitiis ad Patriæ ſubſidium præparabatur. Tertia *virorum*, ſeminarium erat Magiſtratuum; indeque legebantur omnes qui publico officio præficiebantur. Quarta *ſenum* erat, qui vacationem habebant militiæ, nec extra patriam cogebantur proficiſci, ſed domi manen-

tes, iudiciis publicis operam dabant,ac ſupremis magiſtratus munere fungebantur. Modus porrò & ratio inſtituendi erat laudatiſſima, qui in puerorum adhuc claſſe verſabãtur, non prius in parentum conſpectum veniebant, quàm, vt Strabo ait, quartum, vt Herodotus, quintum, vt Valer. Max. ſeptimum ætatis annum impleuiſſent, ne fortè paterna eos corrumperet indulgentia. Iuuenes verò qui è pueris excellerant, decennii ſpatio in ſuis Archiuis & collegiis continuè detinebantur, temperantiæque ſtudia colebant; quia quo procliuior ad vitia prauoſque mores eſt adoleſcẽtia, eo maiore curâ & diligentia eam indigêre cenſebant, donec tandem ad alios tranſlati in maiori viræ libertate conſtituerentur. Quæque etiam claſſis certo anni ſpatio & merâ determinabatur; pueritiã ad annum 17. extendebant, adoleſcentiam ad 27. inde vſque ad 50. annum virilem ætatem, quam deinde excipiebat ſenectus, & vltima claſſis ſiue collegium. Nec præceptis ſolùm, verum etiam exemplis quiſque inſtruebatur, ideò in iſto illiberali Foro Xenoph. fuiſſe ait Regem & Regis Palatium, Iudicium, prætoria, conuentus, curias, omniaque ea loca, quibus principes viri ad ius reddendum, docendum, interpretandum, iuuenturisque mores effingendos conſidebant, è quibus variarum virtutum, & imprimis iuſtitiæ exempla capiebant; præſertim Suet. in Aug. c. 38. cùm, vt Imp. Auguſtus ſenatorum filios, quo celerius Reipubl. aſſueſcerent, curiæ intereſſe permiſit, ſic hi iudiciis quæ exercebantur interessent, Xenoph. lib. 1. Cyr. [illegible] eoque modo ius reddere, & lites ac controuerſias definire diſcerent.

XXIV.

Apud Perſas nemini in vrbe otioſo eſſe licuit. Quin id ſummâ diligentiâ Reges curabant, vt ſuo quiſque muneri aſſiduè vacaret, & ob id quoſdam habebant arcis præfectos, qui ſecuritati incolarum conſulerent, quo alacrius munia ſua obire poſſent; quoſdam etiam operum magiſtros, qui populum ignauum deſidere & otioſè vitam agere non paterentur.

De cura Principis circa ſedulitatem ſubditorum & otii fugam, traditur in Syſtemate Polit. lib. 1. c. 10. Eius curæ exemplum vix vllum reperias maius, quam in Perſarum principibus, teſte Xenophonte in Oecon. lib. 5. cap. 2. Etenim, vt Bodinus monet, nihil eſt in Repub. tam pernitioſum, quàm multitudo otioſorum hominum, qui & priuatorum bona diripiunt, & in euerſione Reipub. ſpem omnem fortunarum ſuarum poſuerunt. Fuitque hoc prudentiſſimum Perſarum conſilium, quod ſedulitati ſecuritatem præſtiterint, cęterosque habuerint, tum artium præfectos, tum magiſtros operum & Ergodioctas, quorum alter in alterum obſeruaret, ne officio ſuo deeſſe poſſet, ſicque regionem rebus omnibus abundantiſſimam effecerũt; ſimul etiam hac ratione tributis ærarioque Reipub. quod præcipuum eſt imperii robur, benè conſuluerunt, prudenter cogitantes, malè & negligenter cultis agris, opificibuſque & aliis ferias agentibus, nec vllas exactiones imperari, nec Rempublicam ditari, aut vllo modo poſſe efflorescere, vt Xenoph. monet loco iam citato. De mulierum autem operis hoc Curtius habet l. 3. eas non aliud magis in contumeliam accepiſſe, quam lanæ vnquam manus admouere, id quod noſtræ regiones ſibi laudi ducunt.

XXV.

Perſis hoc naturâ inditum, & lege iampridem ſeruatum accepimus, vt in quocũque hominum genere virtutem elucere perſpexerint, eum ſummopere celebrant: vſque adeo, vt hoſtes etiam ipſos maximis laudibus afficiant.

Poſt ſedulitatem ſequitur Iuſtitia diſtributiua, circa honorem alterius, quam ſtrictè apud Perſas cultam teſtatur P. Bizar. l. 10.

XXVI.

Perſæ mendacia ſummo habebant probro, ſimul & ære alieno oppreſſum eſſe, quia neceſſe ſit multa debentem multa mentiri.

XXVII.

Magna fuit Perſarum humanitas; vſque adeò vt quoties ſibi obuiam fierent, oſculo ſeſe inuicem ſalutarent.

XXVIII.

Perſæ vehementer cauſam agunt ingratitudinis; & quem cognorunt poſſe referre gratias, nec refert, in hũc ſeueriſsimè animaduertunt; quippe, qui arbitrantur eos, qui ſunt ingrati, & Deos maiorem in modum negligere, & parentes & patriam & amicos.

Verba ſunt Xenoph. lib. 1. *πaιδ.* quæ etiam & hîc recitat P. Bizarus lib. 10. hiſt. Has enim potiſſ. virtutes reſpexerunt Perſæ, quod nullus circa citius & grauius vulgò peccari ſoleat, nec vllis magis humana ſocietas quam his ipſis coeat & conſpiret.

XXIX.

Habebant itidem Perſæ ex miniſtris ſuis vnum

vnum deſtinatum, qui curam hoſpitum recipiendorum gereret, iisque neceſſaria omnia procuraret.

Poſt ſequitur hoſpitalitàs, quæ magna eſt Reipub. virtus ac gloria, quamque Perſæ numinis inſtar religioſè coluerunt, ciuiumque ſuorum animis inſeuerunt; & ſic Regnum cultiſſimum & florentiſſimum reddiderunt. ſicut de hoc Perſarum inſtituto habet Plutarchus in Apophthegm.

XXX.

Perſæ magno apparatu funera celebrabant, cadaueraque non cremare, vel rogo imponere, ſed humare conſueuerant, cerâque ea oblinebant, vt quam maximè diuturna permanerent.

Sic de cura Principis circa vitam ſubditorum; Reſtat cura circa mortem & ſepulturas; atque adeò circa ſepeliendi ritum; quem ex Herodoto lib.1. & Cicer. deſcripſimus. Qui tamen Cicero lib.1. Tuſc. quæſt. notat, Magos diuerſum longè humandi ritum à populi moribus obſeruaſſe. *Magorum*, inquit; *mos erat, nõ humare corpora, niſi à feris eſſent antè laniata.* Et Iuſtinus teſtatur, eum morem poſtea Parthos quoque vſurpaſſe, dum de iis lib.12. loquens ait: *Sepultura vulgò aut auium aut canum laniatus eſt; nuda demum oſſa terrâ obruunt.* Quod idem poſtremis Perſarum temporibus in vſu fuiſſe teſtatur Procopius lib.1. de Bel. Perſico. Vide etiam de Perſicæ ſepulturæ ritibus Agathiam lib.11. veſtes autem Perſas quâ viros, quâ mulieres in luctu ſcidiſſe, crineſque laceraſſe teſtis eſt Diod. Sicul. lib. 17. Curt. lib.3. Herod. lib.3. qui idem etiam ait l.10. eos & ſeipſos & equos & iumẽta totõdiſſe, quinimò Plutarch. in vita Alex. ſcribit, eos ob obitum Regis murorum propugnacula penitus euertiſſe. Cicero 3. Tuſc. quæſt. ridens hos barbarorum mores, inquit: *Hinc ille Agamemnon Homericus & idem Accianus ſcindens identidem intonſam comam: in quo facetum illud Bionis: perinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mæror leuaretur.*

XXXI.

Herod. lib.1. & 3. *Vniuerſum Perſarum imperium in Satrapias, & Prouincias diſtributum erat, quæ ſuos habebant Præfectos & Rectores, qui ex officio imperarent, & ſalutem in iis publicam procurarent.*

Tantum de Cura ſubditorum in genere; neque enim plura de hac apud authores inuenio. Cura in ſpecie præcipua fuit apud Perſas circa præfectos & Rectores prouinciarum, quos Princeps ipſe conſtituebat, ſed nonniſi virtute inſigni præditos; magnamq; iis poteſtatem dabat, de qua ita Briſſonius: *Satrapis in fide & officio manentibus integréque ſuum munus obeuntibus, non facilè ſucceſſores Reges dabant, ſed licèt iis ſummam poteſtatem conceſſerant, in eorum nihilominus Satrapias aliquem ex viris Principibus velut inſpectorem mittebant.* Solebant autem hæ Satrapiæ filiis Regum plerumque decerni, vt ex Herodoto patet lib. 7. De numero porrò illarum non leuiter authores variant. Plinius lib.6. cap.13. dicit Parthos, poſtquam imperio potiti ſunt, Perſarum illas Satrapias in duodeuiginti regna diuiſiſſe, ex quibus vndecim inferiora, reliqua ſeptem iis ſuperiora appellabantur. vid. Ioſeph. lib.10. Ant. Iud. c.14. & lib. 11. cap.4. Xenoph. lib. 1. ...

XXXII.

Iſtas verò ſuæ ditionis prouincias frequenter Perſarum Reges obibant & perluſtrabant, rationesque adminiſtrati muneris à præfectis exigebant. Ad eas verò quas adeundi nulla dabatur facultas, fidos legatos mittebant, qui earum ſtatum vice ſuâ explorarent, ipſisque poſtea reuerſi referrent.

Quô amplius eſt & maius imperium, eò maior quoque cura principi exiſtit circa officiarios, quia in tanta latitudine, ſi quid committitur, id ad plurimos exundat, eoque deterius, quo latius malum: Idcircò Perſæ prouincias ſuas quotannis aut ipſi luſtrabãt, aut quẽpiam cõ velut inſpectorem cum Imperio mittebant, qui penitus omnia perſpiceret. Quæ ſalutatis fuit tam pro ſubditis ipſis, quàm & præfectis inſtitutio; nam & felicius ſubditi regebantur, nec vlla facilè laceſſebantur iniuriâ. Rectores vero ipſi, ſi officio fuerant egregiè perfuncti, ad maiores dignitates cum laude euehebantur, ſin minus, corrigebantur, ne quod plerumque fieri ſolet, in priuatam potius lacunam, quam publicas felicitates oculos animumque defigant. Quod ſanè crebrior principis præſentia poteſt auertere, quæ, vt prouerb. dicitur, *equum feliciſſime ſaginat, & operarii laborem promptiſſimè promouet.* Plin. in Paneg. inquit: *Principis officium eſt, velociſſimi ſyderis inſtar, omnia inuiſere, omnia audire, & vndecunque inuocatum ſtatim, velut numen adſiſtere.* Xenoph. in Sueth. Ariſtid. Orat. de Roma.

XXXIII.

Perſæ nummis aureis Darii formâ percuſſis

Digitized by Google

vtebantur: aureum notâ ſiue imagine ſuâ ſignatum eis cudere non licuit.

Poſt curam perſonarum, ſequitur cura circa res,& imprimis circa rem monetariam,de qua Procopius ait: *Perſarum Reges,etſi ad arbitrium argenteum numiſma fecerint, aureo tamen non illis fas fuiſſe ſuam imprimere effigiem, nec barbarorum Printeps alius quiſquam id facere auſus,ſolis Francorũ Regibus ſolutum ac integrum.* Plutarch.ait eos Darii nummis interim vſos, quos *Daricos* vocabant.

Lib. 3. de Bello Goth.

In Apophtheg.

XXXIV.

Vrbium maior pars apud Perſas caret mœnibus,cum vires regni,non in muris aut lateribus,ſed in virtute armatorum ſita eſſe videantur. Domus eorum, fiunt è luto & paleâ,ſine vlla iucunditate aſpectus, cum ſitus alioquin regionis ſit longè amœniſſimus.

Hæc Pet.Bizarus l.12. vbi illa venit conſideranda quæſtio; *An vtile ſit vrbes firmis mœnibus ac propugnaculis cingere,* quam vid. Diſp. Pol. 4. Problem.7.

XXXV.

Perſæ certos habebant dies feſtos, quos in anno ſolenniter celebrabant, imprimis Magophonia,Feſtum Saccarum,*&* Vitiorum interitum, *quem ſic vocabant. Natales item,tam ſuos quam Regum dies; Nec ſtatas tantum & ſolennes habebant ferias, verum etiam repentinas, & quæ extra ordinem Regum iuſſu & imperio indicebantur.*

Moderni Perſæ aliud ſibi inſuper indixerũt feſtũ,quo certo anni tempore caput tondunt, ac corpus crudeliſſimè ſcindunt & affligunt. Poſt curam monetæ, ſequitur cura circumſtantiæ temporis ſiue dierum feſtorum, quos Perſæ annuatim celebrabant, & quorum hi præcipui erãt,quos aphoriſmus retulit. *Magophonia* celebrabant proptereà, quod eo die Magi imperii incubatores & vſurpatores à ſeptem viris Perſis interfecti fuerint. *Saccarum vero feſtum* quale fuerit,deſcribit D.Chryſoſtomus orat.4.de regno,cui ſuffragatur Athenæus lib. 12. qui ait, eo die ſeruos veſte Regali haud diſſimili fuiſſe inductos, ac per quinque dies dominis imperaſſe, totique familiæ præfuiſſe. Vitiorum interitus illis ſacer dies erat, quo ſerpentum ac venenatorum, necnon ferarum beſtiarum pleraſque interficiebant, ac Magis offerebant, quod gratam ſe rem hoc modo bonis Diis, moleſtam vero malis numinibus facere crederent. Natales vero dies ſummâ lætitiâ præ cæteris tranſigebant, in iis ſtrenuè epulabantur, ac integros boues, camelos, equos, aſinos, eoſque in fornacibus toſtos & aſſatos apponebant, teſte Herod lib.1. Ad curam porro temporis pertinet etiam cura campanarũ, & horologiorum, quorum vſum Perſis omnino derogat Georg. Tyctand.in ſuo Itinerar. dicitque moris ibidem eſſe, vt ter de die quidam Magorum turrim templi editiſſimam conſcendat, ac altâ voce certa quædam proclamet verba, quæ dierum ac horarum determinationem coarguant.

Herodot. lib. 3. Agathias lib. 11. Ioſeph. l.11 c.6.

XXXVI.

Perſarum Reges in iure dicundo neminem properè feſtinanterve damnabant; ſed de delictis quæſtione habitâ diligenter inquirebant, nec ob vnum aliquod commiſſum pœnas à reo ſumebant, ſed ita demum ſi comparatis eorum benè vel malè factis mala præualerent præponderarentque.

Fuit cura prudentiæ & gubernationis, ſequitur cura iuſtitiæ & iudiciorum, quæ eſt circa pœnas & præmia. Pœnæ apud Perſas non exercebantur niſi prius quæſtione & torturis habitis. Vnde apparet, eas ibidem quoque obtinuiſſe, licet quibus modis adhibitæ fuerint,de eo authores nihil memorent. Quod vero ad reſpectum perſonarum in pœnis infligendis attinet, videtur is ſtabiliri hoc loco Perſarum legibus, qui mitius longè in eos ſtatuebant, quorum aliqua erant in Remp. promerita,licèt eiuſdem cum aliis facinoris erant conuicti. Quod idem Imperatorum reſponſis congruit: *Sicarios,* inquit lex, *extremo ſupplicio affici oportet, niſi fuerint in aliqua dignitate conſtituti.* Et Bod. inquit lib. 6. cap. vlt. *Nihil perpetuâ pœnarum æqualitate eſt iniquius.* Quæ omnia ſic volumus intelligi, vt quidem graduum aliqua ratio in perſonarum qualitatibus & effectis reſpiciatur, non tamen ipſum ſupplicii genus temerè inuertatur. Briſſonius ex Diodoro conatur inferre, ſemel latam de capite ſententiam, ne Regi quidem ipſi retractare licuiſſe, quod tamen videtur repugnare ei, quod ante oſtenſum eſt, *Perſarum Reges legibus ſolutos fuiſſe.* Quin & probabile eſt, cum damnatorum abſolutio imprimis ſit iuris maieſtatis, vt quidem nonnulli Politici tradunt, Perſarum Reges hac libertate nequaquam caruiſſe. Cæterum hoc ſingulare inprimis eſt & memorandum, quod habet Georg. Tyctander in ſuo Itinerar. moderunm hûc Perſarum Regem ipſummet

Ioſeph. l.11.c.4. Herodot. lib.7. Epiphonium l.8.

Diodor. l.11.

executoris

executoris partes in reum ſuſcepiſſe. *Me, inquit, præſente factum eſt, vt cum Turca quidam captiuus ad Regem adduceretur, Rex ſtricto gladio ei caput amputauerit; vnde & ego intra ſpem & metum hærens, ſic quoque mecum luſum iri, non ſine dolore cogitabam; ſed peractâ re illicò, Rex me intuitus ſubriſit, ac in terram procubuit.*

XXXVII.

Erant præterea apud Perſas certi iudices Regii & Septemuiri, lecti ex iuris Perſici peritiſſimis; Hi ius poſtulantibus reddebant, leges patrias interpretabantur, & ad eorum collegium omnes controuerſiæ deferebantur.

Canon eſt in Politicis; Iudicē debere eſſe peritum iuris tam generalis, quàm ſpecialis, pertinentis ad eum locum in quo ius dicit, id quod quidem Perſæ prudenter intellexerunt, dum nonniſi iuris eorum conſultiſſimos in hanc officii partem aduocarunt; grauè ſiquidem eſt perſonam Iudicis ſuſtinere; qui, vt lib.3.C.tit.1.dicitur, *Dei præſentiâ ſunt conſtituti*, nec magis alios iudicant quam ſeipſos, ipſis magis quam partibus terribile iudicium; nimirum facillimè iudices in iudicādo deuiant, & conſcientiam errore proſtituunt, quod Nero Imperator grauiſſimè docet, qui cum iudicio capitali ſubſcribere rogaretur, *Vtinam*, inquit, *neſcirem literas*, vt Bodinus refert lib. 4. cap.6. Quo quidem loco idem Bodinus quærit, *An ius dicere Princeps ipſe ſine diminutione Maieſtatis poſſit, an verò conſultius ſit, hoc ad inferiores relegare*; Vbi totus ipſe in negantem it ſententiam, idque ex his rationibus. Primò, inquit, quia Princeps plerumque eſt malitioſus, & ad iudicandum ineptus, cum vix ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles reperiantur, quos ilicò populus imitari ſtudet, lege velut naturâ inſitâ, vt omnia principis dicta, facta, geſtus, mores accuratiſſimè intueantur, & imitentur. Sed ſunt hæc duriora, & talia, quæ argumenti vim nullam habeant. 2, Quia Principis maieſtas ſic eleuatur, dum aſſiduè in populi conſpectu eſt poſitus, facileque aliquid excidere poteſt, quod riſum ſpectantibus moueat; quin ipſa, inquit, ſubditorum cum principe conſuetudo, Maieſtati eius plurimum derogat, & contemptum parit, ideoq; Deum, cuius imaginem ferunt, imitentur, quem leges ſuas reſonantē ſemel audiuit vna omnium ſelectiſſima gens, & non niſi mente conſpicitur. Quod idem probat exemplo Regum antiquorum Galliæ, qui nonniſi Calend. Maii, ſeſe populo conſpiciendos dabant. 3, Quia Princeps infinita alia habet, quæ curet. 4, Quia Princeps non vno in loco certā ſibi ſedem cōſtituit, quem ſubditi difficulter, & magno ſumptu huc illuc conſequuntur. 5, Quia Princeps diuturnâ iudiciorum conſuetudine vel ad nimiam miſericordiam deficiet (nihil enim tam Principis proprium quam clementia, Regis quam miſericordia, maieſtatis quam lenitas) vel ad Tyrannidem prorſus dilabetur: cum qui omnibus horis aliquid atrociter fieri videat vel audiat, etiāſi naturâ mitiſſimus ſit, aſſiduitate tamen moleſtiarū ſenſum omnem humanitatis ex animo facilè amittit, vt Cicero atteſtatur. 6, Quia regium eſt dare præmia, non pœnas, quod ipſa nos, inquit, natura docuit, quæ inter apum examina Regibus aculeos detraxit, quominus cuiquam nocere poſſent. 7, Id etiam probat exemplo Venetorum, apud quos, qui iura maieſtatis habent, nō modo iudicia nulla diſceptant, ſed nihil omninò eorum attingunt, quæ vel à magiſtratibus, vel à ſenatu explicari poſſunt. Quæ quidem non leuia ſunt Bodini argumenta, & acutiori iudicio examinanda, quibus ipſe tamen limitationes duas adiicit. Prima eſt, quòd Princeps bene prudens non omninò à iudiciis arcendus, ſed ſi quæ ardua occurrūt, & ab ordinariâ Magiſtratuū iuriſdictione remota, de iis & poſſit & debeat cognoſcere. Altera deinde, quod in populari magis ſtatu, quā Monarchiâ hæc locum habeant, cum Monarcha abſolutiſſimus omniū habeatur dominus. Videmus autē Perſas etiā Bodini hoc conſilium ſecutos, qui certos habuerunt iudices Regios, ad quos omnes litium cauſæ reiicerentur, ne Rex ſententiis dicendis ſe populo odioſum redderet, cū ſemper is, qui causâ cadit, iniuriā ſibi à iudice illatam opinetur. Nos tamen in eo cum Bodino facere non poſſumus, quod à iudiciis Principem penitus remoueat, ſed ita ſentimus: Principem iudicia ad inferiores iudices & tribunalia debere remittere, ſed ita, vt liberum ſit appellationis beneficium, ſi de controuerſia magni ponderis debeat fieri determinatio: Appellationem autem rerum leuium & vulgarium non debere concedere.

XXXVIII.

Vt autem peccatis ſupplicia apud Perſas, ſic rectè factis præmia honoreſque extabant, omneſque ii qui fortiter quid ac præclarè geſſerant, aut de Repub. benè meriti erant, largiter & prolixè remunerabantur.

Fuit prima iudicii pars, videlicet pœna; Reſtat altera, nempe præmium, quam vtramque

Perſæ gnauiter ſunt executi, quod his duobus rebus Rempubl. potiſſimum contineri intelligerent, iuxta illud Poetæ:

---Quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas

Herod. l. 7. Vnde etiam non ſolum ſubditorum animos præmiis ſibi deuinxerunt, ſed id etiam effecerunt, vt ad labores pro Repub. capeſſendos, quiſque velut curſu contenderet, & alter alterum conaretur præuenire, ſicque virtus aleretur & induſtria. Varia autem habebant præmiorum genera, quæ ſecundum meritum cuique exhibebantur, & in tantum augebant, vt ciuitates & oppida benemeritis, quoad vſum vitæ perpetuum concederentur: Vna nimirũ vrbs pani præbendo, altera vino ſuppeditãdo, tertia obſoniis, alia aliis rebus deſtinabatur. Quinimò patribus certa erant præmia ob πολυπαιδίαν, & liberorum multitudinem, teſte Strabone, quòd iis familias auxiſſet, & amplifiaſſent imperium. Appellabantur autem illi benemeriti *Oroſangæ*, linguâ Perſicâ, eorumque nomina in commentarios referebantur, ne fortè meriti memoria intercideret. Porro ad præmium honoris etiam pertinet cõſeſſus & accubitus penes Regem. quibus enim honorem inſignem cupiebant tribuere, eos ad menſam ſuam aduocabant, & ad ſiniſtrum ſibi latus, tanquam locum honoratiorem, collocabãt. Memorabile enim eſt, quod Xenophon

Lib. 1. πaιδ. ſcribit, apud Perſas ſiniſtrum latus honoratius habitum, propterea quòd cor ibi ſedem habeat, & inſidiis magis expoſitum ſit quam dextrum; vnde ad dextram eos collocabant, quorum fidem non vſque adeò probatam habebant & exploratam.

XXIX.

Quietis publicæ & ſecuritatis tuendæ causâ Reges Perſarum per regiones & prouincias
Xenoph. l. 8. παιδ. *ſtationes militum habebant diſpoſitas, quibus Tribunus præerat ſiue Chiliarchus.*

Hucuſque fuit cura Regis Perſarum prima: Sequitur orta, quæ eſt tũ circa defenſionem, tum circa amplificationem. Ac Reges quidẽ Perſarum in omnia hæc munia intenti fuerũt, idque ſatis ſollicitè, qui vt ſupra oſtendimus, & certos habebant vrbium præfectos, qui opificibus ſecuritatem præſtarent, & cuſtodes arcium, qui vrbiũ præfectis, alios denique Tribunos militũ per regiones & prouincias, qui omnibus; & fuit hoc maximè è bono Reipub.

Xenoph. l. 8 παιδ. & in Oecon. quia & facilius ſic ſubditorum animi capiuntur, & rectius in officio detineri poſſunt. Putantque nonnulli, primos Perſas arces editas ad defenſionẽ inſtruere, ac in aſcẽſum arduos colles emunire, multiplicibusq; muris ac turribus ſepire inſtituiſſe. Illud verò notandum, iſtos, qui ad defenſionẽ adhibebãtur officiarios, à nullo alio, quàm à Rege fuiſſe conſtitutos, cui vni & ſoli obſequebãtur, ne fortè quis Satraparum, vel faſtu elatus, vel opibus & numero ſubditorum ſuffultus quicquam nouaretur, aut inſolentius in Regem aliosvè inſurgeret.

XL.

Cohortem præterea continuam Reges Perſarum habebãt, quæ decem millibus equitum, quos Immortales *vocabant, cõſtabat, quæque ex ſolâ Perſarum gente conſcribebatur.*

Magno apud authores loco eſt Immortalis Curtius lib. 3. Perſarum cohors, quæ ad defenſionem erat Procop. lib. 1 de bello Perſico. conſtituta, eamque ob cauſam ſic appellabatur, quod in demortuorum, aut eorũ, qui cauſariam miſſionem meruiſſent, locum alii ſufficerentur, integro ſemper manente numero, teſte Herod. lib 7. Erant autem hi ex omni gente Perſicâ ſelectiſſimi equites, viri ſtrenui & exercitati, quorum mille Doryphori, ſeu haſtati in aula Regis continuè excubabant, ac peculiari nomine *Melophori* dicebantur, quod aurea mala haſtis præfixa geſtarent.

XLI.

Tanta fuit Imperii Perſici amplitudo & magnificentia, vt, quod iure ei conferri poſſit, alterum non reperiatur.

Reſtat amplificatio eiuſdem Imperii & magnificentia, quæ tanta fuit, vt authores aſſerant, nullũ ei facilè poſſe æquiparari. Id quod imprimis ex numero & apparatu copiarum, quas Darius & Xerxes in Europam effuderũt, æſtimare licet, vnde & hoc titulo gloriabantur, quod Magni Perſarum Reges fuerunt appellati. Sed & magnificentiam oſtentant, tum horti illi penſiles Babylonis, quos inter ſeptem orbis miracula referunt, & de quibus videri poteſt Diodor. Sicul. lib. 2. & Curtius lib. 5. qui prolixam eorum deſcriptionem inſtituunt, ſed authorem tacent, quem tamen Nabuchodonoſorem fuiſſe, Ioſephus lib. 10. Antiq. Iud. cap. 11. indicat: tum etiam ipſa vrbs Babylon, quę mœniorum ſtructurâ & amœnitate omnium admirationem ſuperauit, de qua legatur Herod. lib. 1. Diod. Sicul. cit. loc. Strabo lib. 16. Plin. lib. 6. cap. 26. Curtius lib. 5. qui inquit, *Altitudo muri quinquaginta cubitorum eminebat ſpatio, turres denis pedibus quàm muri altiores erant, totius operis ambitus 368. ſtadia complectebatur,*

Google

plectebatur. Alii à Curtio nonnihil diſſentiunt; in hoc tamen vna omnium opinio, tantam mœniorum fuiſſe latitudinem, vt quadrigæ inter ſe occurrentes ſine periculo commeare potuerint. Sed dubitari hîc non ſine causâ poteſt, an iſta imperii amplitudo, cum eiuſdem ſalute & felicitate coniuncta ſit, propterea quod & nimia multitudo nimiam confuſionem importet, & maiora hinc Principi ſuccreſcant pericula, curæque eius magis magisque augeantur & diſtrahantur. Lælius Zechus lib. 2. de Princip. cap. 1. inquit: *Princeps non curet dilatare Imperium, ſed benè regere & conſeruare, cùm ſi amplum, difficile ſit regere, ſi anguſtum, periculo refertum.*

XLII.

Perſarum Reges vicinum populum omni ratione ſibi demerebantur, legatos vero nullos audiebant, niſi qui eos adorarent ac venerarentur; his vero, qui hoc fecerant, munera larga diſtribuebant, & reſponſo dato, honorifice dimittebant. Plutarchus in Themiſt.

Fuit cura interna Principis: Sequitur externa, quæ eſt tum circa vicinos, tum circa Legatos & fœdera. Vicinos quidem amabant Perſæ præ aliis, propterea quod cum homines ſe omnium optimos opinione fingerent, eos in proximo gradu collocabant, qui ſeſe locorum ſpatio quam proximè contingerent. Legatorum verò rationem paruam Perſæ habuerunt, cum eâdem eos ſeruitute voluerunt obſtrictos, quâ ſubditi in regno: quod eſt contra legationis ius ac priuilegium, quæ nullius Reipub. particularibus ſtatutis coercetur, vt diſputat. Politic. 5. latius docetur. Idcircò & ſupra oſtendimus, plurimos fuiſſe, qui hanc barbariem humeris ſuis abiecerint, Regesque adorare præfractè recuſauerint; qui tamen nec ad Regem admittebantur, ſed mandata ſua aliis edere, & ad Regem perferenda dare cogebantur, iis inprimis, qui Admiſſionalis habeat officium. Quæ tamē in potentia Perſarum ſeueritas temporis fluxu poſtmodum reſedit, vt teſtis Ambroſius Contarenus in eruditiſſimo ſuo Itinerario Perſico, quod conſcripſit Anno 1473. cum nomine Reipub. Venetæ Legatum apud Vſumcaſſanem Perſarum Regem ageret. De muneribus verò, quæ & qualia legatis dabantur, legatur Ælian. lib. 1. cap. 22. & Contarenus modo dictus. &, *an licitum ſit ea accipere*, vide Diſput. modo citata.

XLIII.

Fœdera quoque & ſocietatem Perſarum Reges cum aliis iungere, eamque firmiter ſeruare conſueuerant.

Ritum vero iciendi fœderis apud Perſas vſitatum, Xenophon monſtrat lib. 11. *ἀναβάσ.* Et tantum etiam de curâ externâ.

XLIV.

Perſarum Reges certo loco continuam aulam & ſedes ſuas non habebant; ſed eas ſtatis temporū vicibus mutabant; alibi æſtate, alibi hyeme habitantes.

Egimus hucuſq; de cura Principis vniuerſaliori, ſiue magis publica; conſequens eſt, vt videamus curam particularem ſiue aulicam, quæ verſatur primo circa aulæ domicilium; 2, circa perſonas aulicas; 3; circa res aulicas. Quod ergo ad aulæ domicilium, teſtantur authores, illud apud Perſas fuiſſe ambulatorium, & ſæpius pro temporis varietate mutatum, ita vt ſingulæ anni partes, ſingulam ſibi & peculiarem aulam aſſumpſerint. Numerantur autem præcipuæ ſedes: 1, Suſæ. 2, Ecbatanæ. 3, Paſargadæ. 4, Perſepolis, deniq; Cteſiphon, quæ traducto ad Parthos imperio, ſedes imperii conſtituta eſt. Xenoph. l. 8. παιδ. Ælian. l. 3. de Anim. cap. 13. & l. 10. c. 6.

XLV.

Perſarum porrò Reges latus ſuum magnò ſtipatorum, ſatellitumque agmine muniebant, eoque aſſidue erāt obtecti & circumfuſi. Non alios autem quam populares ſibi corporis cuſtodes aſciſcebāt, quod inuiolatam fidem omni tempore ipſi præſtiterint.

Sequitur perſona ipſius Principis, & cura circa vitam propriam, ad quam referuntur ſatellites & cuſtodes regii, quibus Perſæ obtecti vndique & muniti erant, eoſque è gente ſua & ſubditis deligebant: de quo inſtituto vide Syſtema Politicum. Qui verò putant præſidio Regem non egere, propterea quod omnis eius cuſtodia in ſubditorum animis & beneuolentia poſita ſit, vt inquit Plinius, qui addit: *Nos diſcimus experimento firmiſſimam principis cuſtodiam eſſe ipſius innocentiam, hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere; idem dicunt, ac pecunias publicas ſiue fiſcum in publico cuique eſſe exponendum, quod furari nemo vel metu vel amore voluerit.* Quæ imprudens eſt cogitatio; ac videri latius hæc quæſtio poteſt diſput. 6. Polit. Honori autem non paruo apud Perſas ducebatur, in eiuſmodi ſpiculatorum numerum referri, vt patet ex Ioſeph. lib. 11. Antiq. Iud. c. 4. Stipendia verò ſiue æs ſtipatores hi non merebant, ſed annonas à Rege ac- Curtius lib. 6. Æ... Preti... in L... ... Diodor. Siculus lib. 17.

Athenæ. lib. 4.

cipiebant, eaſque reliquias quæ ex regali menſa ſupererant.

XLVI.

Perſarum Reges vnius Choaſpis fluuii Suſas præterfluentis aquam potabant, eamque benè decoctam & in argenteos vrceos, ſeu vrnas conditam, quocunque iter faciebãt, ſecum vehebant. Nec vino quolibet, ſed eo tantum Chalybonio è Syria aduecto vtebantur. Pane planè triticeo veſcebantur, & eo ſolum qui ex Aſſur Æolica apportebatur.

Strabo lib. 15. Herod. l. 1. Athen. l. 11. Solinus in Polyhiſt.

Poſt vitam Principis, ſequitur victus eius & mẽſa regalis, de quâ hunc Aphoriſmum ex Herodoto & Straboneprомimus; Reges ſcilicet Perſarum, ſummum in victu habuiſſe delectum, nec cibum quemlibet vel potum vſurpaſſe, ſed eum tantum quem expreſſimus; vnde in ſummam etiam demerſi ſunt luxuriem; vt ſeqq. axiom. declarabunt. Hoc petitum obſeruat in ſuo itinere Perſico Georg. Tyctander, quod quoties Rex Perſarum epulatur, humi conſidere, ac pedem ad multa horarũ ſpatia incoxare ſit ſolitus, nec quemquam eius menſę adhiberi, qui non pedibus ſimiliter implicatus cibum decenter capere poſſit. Quod vero de ſolo Choaſpis potu authores narrant, id Plinius nonnihil videtur infringere, dum Eulæum fluuium veluti ſocium adiungit, inquiens: *Parthorum Reges Choaſpe & Euleo tantum bibunt.* Panis vſum quod attinet, apparet ex Herodoto, eos ſatis ſolido ac duro fuiſſe vſos. Cum enim Æthiopum Rex ex Legatis Cambyſis percontaretur, quibusnam rebus veſceretur Rex, & quodnã longiſſimũ tempus homo Perſa viueret, reſponderũt: *Veſci Regem pane*, exponentes ei tritici naturam, perfectiſſimumque diu viuẽdi ſpatium homini Perſæ proponi 80. annos. Adhæc Æthiops impiè quidem & profane, *nihil ſe mirari dixit, ſi ſtercore veſcentes paucis viuerent annis, nam ne tot quidem annis victuros, niſi hoc potu acceptum ferrent.* Vnde nonnulli colligunt panem hunc ex farina

Herodot. l. 1.

fortaſſis non ſatis ſubacta aut bene recrementis omnibus depurgatá fuiſſe confectum, nec modum pinſendi eo ſæculo vſque adeo fuiſſe cognitum, prout noſtro huic pleriſque in locis diuina id gratiâ conceſſum eſt. Ceterum Briſſonius ex Plutarcho & Dione refert, Perſarum Reges, Choaſpem quidem ſolum bibiſſe, ſed interim aquam, ex maximis quibusque & longinquis fluminibus petiiſſe, ac in ærarium recõdiſſe, quo imperii ſui amplitudinem comprobarent, ac reipſa oſtenderent; Quæ vana fuit & inanis iactatio, cum ius Maieſtatis in eo non ponatur, vt aquam ex flumine alterius mihi vſurpem, quod & is facilè facit, cui nullum in alterum eſt imperium.

XLVII.

Xenoph. de laud. Ageſilai.

Regum menſæ exquiſitiſſimis ferculis extruebãtur, & ex omnibus eſculẽtis, quæ regiones eius imperii ferebant, aliquid primitiarum inſtar in epulis apponebatur, tantiſque in delitiis ac luxu viuebant, vt nulla tam exquiſita inueniatur voluptas, quâ ipſi non ad ſatietatem vſque abundauerint.

Magnas & incredibiles Perſarum Regum fuiſſe delitias, vſque adeo notum eſt, vt in prouerbium etiã abierit, *Perſarum apparatus.* quem grauiter Horat. notat lib. 5. ode vlt. *Perſicos odi, puer, apparatus.* Nimirum effuſiſſimos ſumptus in varia voluptatũ genera inducebant, edictoque ei præmium proponebãt, qui nouum aliquod gulæ excogitaret edulium, ſed tale quod ipſorum non alicuius exteri proferret regio. Quâ certè miſerâ & anxiâ Regum luxuriâ effectum eſt, vt regnum ipſorum ſenſim ad interitum vergeret, cum luxu & voluptatibus omnis Rerump. felicitas fodiatur, vt inquit Bodin. lib. 4. c. 1. Siquidem & varia cum his irrepunt vitia, & neruus rerum agendarum intercidit; quo ablato, mortuum iacet Reipub. cadauer. Refert autem Athenæus tantam fuiſſe Perſarum in aulâ obſonatorum, coquorum, ſtructorum, aliorumque gulæ miniſtrorum copiam, quæ integras ciuitates occupare potuerit. Inter Darii, inquit, impedimenta, quæ Damaſco captâ in Parmenonis poteſtatem peruenerunt, inuenti ſunt coqui 277. Mediaſtini, qui ollas perfricarent & abſtergerent 29. lactarii 13. Nec non qui potum ſedandæ per æſtum ſiti pararent 17. cellarii, & qui vinum colis defæcarent 70. Vnguentarii 40. & qui coronas plecterent 66. Lib. 15.

XLVIII.

Xenoph. l. 1. ... Athen. l. 4.

Ad menſam vero Reges habebant ſuos pincernas ac pocillatores, qui purè loti, pretioſâ ac purpurâ veſte induebantur, ac primum è poculis hauſtum capiebant, ciboſque ſingulos prægustabant.

Hoc Perſarũ inſtitutum, ad noſtros etiam hodiernos Reges defluxit, quo â venenis ſe tutiores præſtent. Multis enim inſidiis Regum vita exponitur, quas per alimenta ſtructas difficulter deuitare poſſunt, quemadmodum hiſtoriæ docent, multos etiam per venena ta-

liter

Google

liter ingurgata, vitã miſerè poſuiſſe. Vnde & ingens olim & hodie adhuc adhibetur cautio, ne quiuis in eam officii partem vocẽtur; ſed ii tantum qui honoratiores eſſent, & putâ probataque fide. Cambyſes Præxaſpis Regis filium ad id adhibebat, Alexander verò filios Antipatri vt Iuſt. ait lib. 12. Putant autem nonnul-

Herod. l. 3.

li authores, & inter hos Suidas, primos Perſarum Regis inſtituiſſe vt miniſtrorũ guſtu cibi primitus explorarentur. Neque facile reperias autorem qui alteri genti huius moris originem tranſcribat.

XLIX.

Palatium inſuper Regis, in quo epulabatur aſſiduis mulierum vocibus, cantuque Symphoniæ totum perſonabat: Vna auſpicabatur ac verbis præibat, reliquæ deinde confertim accinebant, aſſidueque pſallebant, quoties ſibi fundi merum Rex poſtulabat.

Hæc Athenæus lib. 12. & 14. qui ait mirificè pellicum iſtarum numeris ac vocibus oblectatos Perſarum Reges, vt ſemper varias eiuſmodi tibicines, fidicines, pſaltrias circa ſe habuerint; quæ & inter Darii impedimenta inuentæ fuerint 329. Quæ diſſoluta nimis fuit luxuries ac Regibus indigna. Effœminat enim animum vox fœminarum & laxat, atque ad res magnas gerendas facit inhabilem. Quâ de re alibi prolixius.

L.

Medicos circa ſe Perſæ habebant peritiſſimos, à quibus medicinam petebant ægrotantes, & qui omnia, quæ ad ſanitatem faciebant, habebant in parato.

Hæc Xenophon lib. 8. παιδ. Herod. lib. 3. ſcribit, eos in comitatu plerumque peregrinos medicos habuiſſe, & eorum operâ fuiſſe vſos. Et tantum de perſona ipſius Regis ſiue Monarchæ Perſarum.

LI.

Perſarum Regibus plures vxores legitimas licebat ducere, idque ſtirpis propagãdæ gratia. Vxoribus diadema capitis ipſimet imponebant, regioneſque iis certas attribuebãt, quarum reditu ſibi mundum parare poſſent.

Sequuntur iam perſonæ Regi cognatæ, videlicet vxor & liberi. Vxores Perſæ plures habuerunt, & quidem legitimas, ſi ſpectes iſtius gentes ſpecialia, quæ dicebantur, *iura*; Non ſi legem diuinam, & leges politicas veras & propriè dictas; cum quibus pugnat Polygamia; vt & cum vtilitate & bono publico. Etenim Reginarum multitudo confuſionem imperii & conuerſionem parit; quoque maior erit prolis copia, eò periculoſior ad errores & maiorum degenerationem deſcenſus, vnde aut mactatos legimus nonnullis in locis, aut expoſitos, quod in numerum augebantur, liberos, quod de Athenienſibus, refert Ariſt. lib. 7. Pol. c. 16. Apparet autem ex hiſtoriis, non apud Perſas tantum, ſed & alias gentes polygamiam inualuiſſe: *ſoli Germani ex omnibus barbaris*, inquit Tacitus, *ſinguli ſingulas vxores ducebant*. Quod De mor. Germ.

Cic. orat. Verr. 7. Herod. lib. 3. & 7. Sulp. Seuer. lib. 11. Sacr. hiſt.

vero in aphoriſmo dicitur; *Perſarum reginas prodigè vixiſſe, ac certas regiones quaſi in luxuriæ poſſeſſionem occupaſſe*, id Cic. teſtatur, orat. 5. Ver. inquiens: *Solere*, aiunt, *barbaros Reges Perſarum ac Syrorum plures vxores habere, his autem vxoribus ciuitates attribuere hoc modo; hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collũ, hæc in crines. Ita populos habent vniuerſos non modo conſcios libidinis ſuæ, verumetiã adminiſtros*. Et Socrat. apud Plat. in Alcib. ait, ſe auditione à quodam qui ad Regem Perſarum legatus mittebatur, id accepiſſe, eum fertiliſſimam quandam regionem vnius propè diei itinere peragraſſe, quam incolæ *Zonam reginæ* nuncupauerint. Quæ ſanè talia ſunt, vt Perſicam luxuriem toti orbi proſtituerint ridendam ſimul & deteſtandam.

LII.

Perſæ in nuptiis contrahendis certa ſeruabãt tempora, eaſque in initio verni æquinoctii celebrabãt. Sponſus ad lectum genialem accedens, malum, vel cameli medullam prius ſumebat, nec alio præterea cibo illo die veſcebatur.

Hæc Strabo lib. 15. Quo autem ritu nuptiæ apud Perſas peractæ fuerint, vide apud Arriã. lib. 6.

LIII.

Liberorum vero educatio ſummæ curæ regibus erat, nec eos vili alicui, aut obſcuræ mulierculæ, ſed eunuchis præſtantiſſimis & optimis committebant: quibus præter educationis onus hoc etiam mandabatur, vt eorum membra componerent dirigerentque, denique operam darent, vt puer quam pulcherrimus euaderet.

Hæc Plato in Alcib. Et fuit iſta ſingularis Perſarum Regum diligentia, quàm circa liberorum educationem, adhibuerunt quod non temere eos quibuſuis mulierculis curandos tradiderint; id quod inprimis diſſuadent politici, & inter hos Ariſtot. lib. 7. Pol. c. 17. vbi

fuſe de liberorum educatione tractat, eamque ad Reipubl. vſum velut normam, ac regulam dirigit. Id tamen quod adhuc tenellos infantes eunuchis educãdos tradiderint, haud videtur effugere reprehenſionem. Nequaquam integra mater eſſe videtur illa, inquit Patrit. quæ cum in aluo haberet, eum aluit, quem ignorabat, poſtquam in lucem homo editus eſt, nullam eius curam dignatur ſuſcipere. Regia proles ſi in infantiâ negligatur, ipſa in ſenectute Rempubl. negliget.

Lib. 2. tit. 5.

L I I I I.

Maſcula ſoboles ſeptimo ætatis anno exacto, equitatu & venatu potiſſimum exercebatur, & peritos harum artium habebat Magiſtros. Anno autem 14. in diſciplinam tradebatur iis qui Regii pædagogi *appellabantur.*

Clemens Alexan. lib. 1. Pædag. c. 7.

Perſarum Reges, liberos ſuos & animi & corporis laboribus aſſuefecerunt. De eo tamen quæri poteſt, *An per omnia conſultò factum, quod potiſſimum equitatui & venatui pueros deſtinarint.* De reliquo laudabilis fuit Perſica inſtitutio, vt ſupra etiam oſtendimus. Fuit enim quæ iis proponebatur partim Phyſica ſciẽtia, partim Philoſophia moralis; quod patet ex iis, quos habebat inſtitutionis magiſtros, quorum primus prudẽtia inſignis Zoroaſtres magiam docebat, & inſtituta regia. Alter iuſtitia commendatus, puerum docebat veritatem totâ vitâ amplexari. Tertius, Temperantiam & moderationem affectus inculcabat. Quartus, fortitudinis præcepta tradebat, & maſculum in iis formabat animum, vt Philo refert in Explic. Decal. ex quo Philonis loco Magiæ dignitatem conatur aſtruere Apuleius; ſed rectius Philoſophiæ practicæ alii, & inprimis politicæ, quæ iam indeà Zoroaſtris tempore doceri cœperit, & latius propagari.

L V.

Perſarum Reges magnam habebant officiariorum aulicorum & inprimis eunuchorum copiam, quæ variis miniſteriis aulicis deſtinata ad quemcunque Regis nutum præſto eſſet.

Xenoph. l. 8. πaιδ.

Reſtant officiarii aulici, quos Perſæ in ſuis palatiis alebant, ac certa inter eos munia diſpertiebantur, quorum quidam, erant cum Magiſtratu, qui *Surenas* appellabantur, quidã ſine magiſtratu, inter quos qui lateri Regis propiores erant, *Cognati* vocabantur, itemque *Megiſtanæ*, alius erat *Chiliarchus admiſſionalis*, qui negotia Regi deferenda ſuſcipiebat, reliqui erant internuncii, *Cubicularii, Oſtiarii*, &c. Aſſiduè autem circa Regem verſabantur Eunuchi ad domeſtica potiſſimum expediunda negotia, quod delitiis hi minus eſſent dediti. Iſtam autem eunuchorum appellationem & puerorum caſtrationem à Perſis primitus ortam, Stephanus de vrbibus tradit & Herod. etiam lib. 6. qui inquit: *Perſæ virilitatem exſecabant, ac formâ præſtantiſſimos quosque mares caſtrabant, atque adeò omnium primam Semiramidem mares euiraſſe* Amm. Marc. lib. 14. docet his verbis: *Quis*, inquit, *cernens tot mutilorum hominum agmina, non deteſtetur memoriam Semiramidis Reginæ illius veteris, quæ teneros mares caſtrauit omnium prima quaſi vim iniectans naturæ.* Cauſam autem iſtius caſtrationis Medis & Perſis fuiſſe τρύφὴν ſiue delitias teſtatur Athenæus, ne ſcilicet mollitie & delitiis diffluerent: alii putant, eos id propterea feciſſe, vt formæ ac læuitas vultus diutius in tẽpus proferretur, pulchrioresque ipſi permanerent. Petronius in Satyr. inquit:

Plutarchus in Craſſo. Strabo l. 16. Curt. l. 3. Heliod. l. 7. hiſt. Æthiop. Diodor. l. 17.

Perſarum ritu malè pubeſcentibus annis
Subripuere viros, exſectaque viſcera ferro
In Venerem fregere: Atq; vt fuga mobilis aui
Circumſcripta morâ properãtes differat annos.

Sed quicquid ſit, certum eſt, caſtrationem iſtam puerorum eſſe contra naturam, nihilq; eſſe, in quo aliis hominibus queant præferri, præſertim cum & ipſi moueantur concupiſcentiæ carnalis effectibus, licèt deſtituti carnis effectibus, vt inquit Auguſtinus lib. 6. contra Iulianum Pelag. cap. 14. Alexander quidem Seuerus hoc hominum genus execrabili odio habuit, illudque ex aulâ ſuâ eiecit, propterea quod hi omnibus Principis negotiis ſeſe plerunque inſinuent, exiſtimantes fidem ſibi nullo iure poſſe derogari.

L V I.

Perſarum Reges ſuos habebant certos aulicos & menſales reditus, tam directos, quàm indirectos, ærariumque peculiare aulæ perpetuò addictum, quod ad victum eorum & amictũ, non verò neceſſitates publicas erogabatur.

Sic de cura perſonarum aulicarum: Sequitur cura rerum, & inprimis cura redituum aulicorũ, qui peculiariter Regi Perſarum quotannis obueniebant, tam directâ ſiue ordinariâ contributione, quam indirectè, ac per donationes; ſiquidem nemini eos ſine munere conceſſum erat adire, ac quotiescunque Rex iter per prouincias faciebat, quisq; pro ſe aliquid offerebat, alii boues, alii oues, nonnulli fruges & vinum, tenuiores verò lac, palmas, caſeum,

poma,

poma, & ſimilia, nec quiſquam ei obuiam factus ſine donationibus ipſum ſalutabat. Vndè de Synætâ homine Perſa memorat Ælianus libro 4. Var. hiſt. cap. 32. hunc cùm fortè procul à ſuo tugurio Ataxerxi Mnemoni occurriſſet, nihilque, quod ei offerret, præ manibus haberet, ad Cyrum fluuium ſummâ celeritate accurriſſe, & aquam vtrâque volâ hauſtam hilari lætoque vultu Regi obtuliſſe, munuſque illud votis fauſtis & bonis verbis, quantum potuit, ornaſſe; quod ſummâ facilitate & lætitiâ Rex excepit, eumque benè viciſſim remuneratus eſt. Hunc morem poſtea ad Parthos tranſiiſſe Seneca author eſt, qui inquit: *Regẽ Parthos non poteſt quiſquam ſalutare ſine munere.* Et refert Briſſonius ex Nicolao Lirano in c. 11. Matth. hoc Perſico more Magos etiam Chriſtum adorâſſe ei munera obtuliſſe. Sed præterea ſingulis inſuper regionibus al. quid ad alendum Regem & eius exercitum indictum fuiſſe Herodot. lib. 1. prodidit; quin & Athenæus lib. 12. docet, cubili regio contiguas ad caput fuiſſe ædes quinque lectis inſtructas, in quibus auri talenta quinquies mille perpetuò adſeruabantur; idque *Ceruical regium* appellabant. Cubilis verò pedibus, alias ædes additas trium lectorum capaces, ibi argenti talentorum tria millia erant repoſita, quas *Subſellium Scabellum ve Regis* inſigniebant.

LVII.

Perſæ ſuis ſubditis per ſingulas prouincias tributa & exactiones imperabant; ſed iuſtas & moderatas, negotiumque illud prouinciarum Satrapis imponebant, qui eas colligerent ac Regi darent.

Tantum de cura aulæ: Sequitur cura circa inſtrumentum regiminis, videlicet circa reditus regni publicos, qui neruus ſunt ac robur imperii, vt aiunt Politici. Idcircò Darius Hyſtaſpis filius, cum totum Perſarum Imperium in prouincias Satrapiasque diuiſiſſet, primus tributum ſingulis indixit, cum antea Cyro & Cambyſe regnantibus non tributa, ſed munera duntaxat Regibus offerrentur; ac propterea cum Cyrum *patris*, Cambyſem *Domini* appellatione Perſæ ornarent, Darium *propolam* ſeu *inſtitorem* vocitarunt, teſte Herod. lib. 3. Sed prudentiſſimè is cogitabat, neque quietem gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis vnquã haberi poſſe, effeceratque vt annuatim quaterdecies millena quingenta ſexagena talenta Euboica, teſte Herod. in fiſcum regium redigerentur.

LVIII.

Habebant & Perſarum Reges in ſingulis prouinciis ærarii ærariique præfectos, qui ſingulis annis rationem theſauri cogebantur referre.

Fuit collectio redituum: Sequitur aſſeruatio eorundem, ſiue *ærarium*, quod Perſæ per ſingulas prouincias habebant diſtributum, *Gazamque* patrio ſermone appellabant, quæ ex meris tributis conficiebatur. Has autem pecunias in Gazam redactas ſic condebant, vt habet Herod. lib. 3. liquefactum aurum argentumve in fictiles fidelias infundebant, ex eoque tantum poſtea concidebatur, quantum vſus poſtulabat. Qui ſanè modus ſalutaris fuit iis præſertim, qui ad profuſionem erant procliuiores.

LIX.

Perſarum Reges ſua habebant monumenta, & Mauſolea, quibus corpora eorum inferri ac condi conſueuerant, quæque ſplendidiſſimè erant exſtructa & inaurata, vt qui ſummâ maieſtate vixerat, non minore honore ſepeliretur.

Expediuimus curas quæ principi incumbunt in vita: Supereſt vt agamus de cura eius circa mortem, quam Perſarum Reges vſque adeò diligenter egerunt, vt non ſolum monumẽta certa, & ſepulchrorum loca habuerint, ſed etiam venena varia & lenia recondita, quibus in morbis vtebantur, vt facilius & minori cruciatu vitam ponerent. Iſta autem venena ex *Dicari*, quod auiculæ paruæ apud Indos nomen eſt, recrementis parabatur, & ad eos vſus adſeruabatur; Sepulchris ipſorum tituli & epitaphia inſcribebantur, magnoque luctu funera peragebãtur, iuſtitium per quinque dies indicebatur, iuraque omnia & leges ſilebant, ſacerque ille ac æternus ignis, quem quiſque in focis ſuis pro Lare familiari adorabat, extinguebatur. *Ælian. lib. 4. de animal. c. 41.*

DE STATV IMPERII PERSICI TVRBATO.

Aphorismvs I.

Perſarum Imperium annos circiter ducentos feliciſſimè ſtetit; ſed poſtea ſenſim variis mutationibus iactatum ad alios tranſiit.

Hucuſque de ſtatu Regiminis Perſici integro ac pacato. Sequitur turbatus, ſiue morbus & fatalis periodus, quam Perſicum Imperium, vt alia omnia, certam ac definitã habuit

nec longè vltra ducentos circiter annos durauit. vt Dion. Halicarn lib. 1. videtur innuere. Variant tamen authores. Curt. lib. 4. ei annos 230. tribuit. Strabo lib. 15. annos 250. Clemẽs Alexand. annos 235. D. Auguſt. 233. Agath. lib. 11. annos 218. Interim tamen de maiore numero conſtat, nempe annis ducentis, quibus fatalis Monarchiæ Perſicæ periodus terminata fuit.

II.

Dio. Cyt. Perſarũ Rex eſt cui oẽs ſeruiunt, ipſe verò ſuis libidinibus.

Reges Perſarum in magnam libidinem effundebantur, infinitamque pellicum turbam aſſidue circa ſe habebant, inter quas noctium vices ex libitu partiebantur, quæque eum non domi modò, ſed & ad militiam abeuntem cateruatim comitabantur, vt nunquam & nusquam ſine iis Rex eſſet.

Curtius lib. 5.

Inter cauſas mutationis Imperiorum numerandæ inprimis libidines & luxuria Regem & ſubditorum, in quas Perſæ ruebant, vitamque ſimul ac mores fœdiſſimâ voluptatum flammâ depaſcebant, quæ vbi efflagrat, infeliciſſimè ibi populus regitur, inquit Melanchr. & multis id omnium ſæculorum exemplis probat Richter. axiom. Politic. 21. Libidinibus enim qui implicatur, omnem animum ac cogitationem regiminis abiicit; quodque vitium omnes peſtiferum ducunt, virtutem id ex conſuetudine æſtimat. Populus certè vt bonum quod proponitur ignauiter ambit, ſic malum quod videt, auidiſſimè rapit, ac ei pertinaciſſimè infigitur: Vt meritò Politiei ſtatuant, regnum illud in quo Rex animum oneri, ac corpus voluptati habeat, non poſſe non omni genere vitiorum eſſe refertiſſimum: iuxta illud Poëtæ;

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Et omninò certum eſt, Perſarum Reges iſtud tantum imperium ſolo luxu & libidine prodegiſſe; ſiquidem & domi in conſiliis, & foris in acie nil pĕſius illis antiquiuſque fuit voluptate & Venere; adeo vt Curt. ſcribat Darii Regiam peſlices 360. aſſiduè inhabitaſſe: & Dion addit 300. mulieres Regem Perſarum cuſtodiuiſſe, quæ interdiu ſomnum capiebant, totam autem noctem inſomnem accenſis lucernis canendo, pſallendo traducebant. Hanc ergò Regem libidinem ſecutus Perſicus populus, in omnem vitiorum ingluuiem immergebatur, & in coniunctionibus ac concubitu neque pudoris naturalis, neque honeſtatis publicæ rationem habebant; adeoque nulla reuerentia habita matribus ſororibuſque iungebantur, quod & ante notatum fuit.

III.

Luxu inſuper Perſæ fuerunt incomparabiles. Quicquid circa eos fuit, id omne fuit aureum. Aureum eorum quod geſtabant ſceptrum, aurea cui inſidebãt ſella, aureus in quo cubabant thorus, aurea ſi quando militiæ interant, tabernacula. Præterea auream eorum platanum, & auream vitem, cuius vuæ ex pretioſiſſimis lapillis erant coagmentatæ, hiſtoriarum monumenta prædicant.

Magna hæc ad ſtuporem vſque Perſarum luxuries, quæ imperiorum ruinas proximè præcedit, vt ait Toloſanus lib. 2. cap. 6. mutationumque cauſa non leuis cenſeri debet. Etenim nihil eſt, quod animi pariter & corporis vires facilius frangat, quàm mollis & effæminata luxuries, quæ ex nimiis opibus & magnificentia proſilit. Non poteſt enim non eſſe blanda titillatio, ſi vel auream domum incolas, vel thronum aureum inſideas, omniaque circa te ad ſolam animi libidinem videas eſſe comparata. Mauult vir fortis animum virtute roborare, ac benè ditato fiſco ſuſtentare, quã oculos pompoſo eiuſmodi theatro paſcere. Impoſſibile enim eſt, vt quod oculos attentat, id animum non feriat, cum animus ex ſenſu validiſſimè afficiatur. *Sæuior ipſis Luxuries armis*, canit Poët. Et Valer. Max. lib. 9. cap. 1. inquit: *Nihil hoc vitio fœdius aut damnoſius, quò virtus atteritur, victoria languent, ſopita gloria in infamiam conuertitur, adeo vt neſcias ab hoſtibus nè, an ab illo capi periculoſius habendum ſit.*

Xenoph. l. 1. oecon. & l. 8. cyr.

IV.

Perſæ libertatem populo omnem eripiebant omneſque, qui eorum ditioni parebant, pro ſeruis habebant ac mancipiis, nec aliter ab illis ſubditi cuiuſcunque conditionis, ordinis, graduſque eſſent, appellabantur.

Nec exiguus hic quoque fuit Perſarum faſtus & inſolentia, quod omnes præ ſe reliquos *mancipia* appellauerint, etiam eos, qui cum aliqua poteſtate & imperio fuerint. Et Xenophon teſtatur, ipſos germanos Regum fratres tam ignominioſo ſerui nomine ſolitos indigitari, quod tamen quam abſurdum ſit & indignum, quilibet prudens facile ſecum iudicat. Plato lib. 3. de leg. cenſet hoc potiſſimum vitio Perſarum Imperium tam breui corruiſſe, quòd ablatâ populo penitus libertate dominationem ſupra modum inuexerint, amicitiamque & communionẽ è Repub. ſuſtulerint. Ac certum eſt Imperium Perſarum ſolâ libidine,

Digitized by Google

dine, faſtu & luxuriâ à tanto Maieſtatis gradu deiectum, in aliorum poteſtatem tranſiiſſe.

V.

Perſæ à primis ſtatim annis ad militarem gloriam contenderũt, & ex quo arma per ætatem ferre poterant, innumeros referebantur. A viceſimo anno ſtipendia merebant, nec quisque militiæ vacationem habebat, ſed Regem ad expeditiones euntem omnes inſequebantur.

Bellum ſiue geras, ſiue patiaris, turbatio aliqua eſt ſtatus publici. Idcircò doctrina de Bello in Syſtemate Politico ad ſtatum turbatum refertur. Quomodo autem Perſæ bellum adminiſtrarint, videre licet apud Amm. Marcell. lib. 20. & ſeqq. Bellicæ vtique laudes ſupra cæteras ſemper in populo hoc eminuerunt, easque ſummâ contentione & priuati quique, & Reges ipſi captabant, propterea quod fortitudine præſtantes viri maiori præ cæteris honore adficerentur; Hinc ſtatim ab ineunte ætate equitare, iaculari, ſagittare diſcebant, venatu exercebantur, variaque habebant bellica exercitia, quæ dolendum eſt hoc noſtro tempore penitus adeò intercidiſſe. In bellum vero cum fuerit eundum, nemini licebat militiæ munus detrectare, quod maximè in viſum fuit Regibus delictum, grauiſſiméque ab iis punitum, quemadmodum de Xerxe ſcribit Herod. lib. 6. & Seneca lib. 3. de Ira, cap. 17. eum, cum Pythius Lydus quinque filiorum pater, vnius vacationem petiiſſet, quem vellet, eligeret, permiſiſſe, deinde quem elegerat in duas partes diſtractum, ab vtroque viæ latere poſuiſſe, & hac victima luſtraſſe exercitum. Quæ horrenda maximè & crudelia, omnibusque timorem tantum iniecerunt, vt Regem turmatim inſequerentur, bellique labores alacriter ſuſciperent. Hinc nimirum Perſæ & peregrinum exercitum rariſſimè conſcripſerunt, & minoribus ſumptibus bella confecerunt, ſiquidem ea cuique erant ſtipendia, quæ in præda ſuperterant. Cæterum de armis Perſarum, eorumque variis generibus, vide prolixe tractantem Briſſon, libro 3. de Reg. Perſ.

VI.

Quibus vero bellum denunciabant, ab iis terram & aquam ſolebant per præconem ſeu ſecialem petere, oſtendentes hoc modo ſe eos ad internecionem vsque bello perſecuturos.

Hæc Curtius lib. 3.

VII.

Reges Perſarum antequam ad bellum proficiſcerentur, milites ſuos armis exercere, luſtrare & recenſere conſueuerant, omniaque ſic ad pugnam ordinatè diſponere, vt in pugna ab omni re eſſent parati ſſimi.

Cum ne canem quidem ad venandum adhibeas niſi prius exercitatum, vtique valdè abſurdum eſt, ſubditos ad arma tractanda, & ad bellum adhibere velle, quos antea nunquam idoneis exercitiis præparaueris. Itaque Perſæ tum pacis tempore ſubditis armorum vſum conceſſerunt, & varia iis exercitia impoſuerunt, quibus ad belli æſtus & difficultates indureſcerent, tum inprimis belli tempore, antequam ad pugnam exirent, eos luſtrabant & præparabant, quo fortiores in hoſtē impetus facerent, ac bellum diutius ſuſtinerēt. Procop. lib. 1. de bello Perſico ſic ait: *Mos eſt, Perſas in bellum ituros, ante Regem in throno ſedentem, cum Duce totoque ſimul exercitu comparere, ac quemlibet ſagittam vnam in cophinos ad hoc paratos proiicere, eosque deinde regio ſigillo ſignatos cuſtodiri. Poſtquam autem in Perſidem rurſum exercitus reuertitur, quilibet rurſus ſagittam ſuam ex his aufert, nunciant poſtea Regi, quot vacant ſagittæ, multitudinemque militum non reuerſorum, qua ratione quot in bello interiere, manifeſti ſunt.* Quod quidem inſtitutum fuit vtiliſſimum, cum ad belli euentum inprimis faciat, vires ſuas recenſere, ac numerum exercitus cognoſcere. Xenophon in Oeconō. ſummopere Perſas laudat, quod curam rerum bellicarum accuratam geſſerint, omniaque pacis tempore ad belli Martem diligentiſſimè præparauerint.

VIII.

In exercitum autem Perſæ proficiſcentes, coniuges, liberos, pellices, ducere ſecum conſueuerant, quod eorum aſpectus, animos iis adderet, ſimulque quod pro rerum ſibi chariſſimarum tutela acrius & ardentius dimicarent.

Hæc Curtius lib. 3. qui dicit, Medos & Perſas omnes ſuos affectus ſecum in bellum tuliſſe, quod coniuges adducant. Et Darius apud eundem lib. 4. milites ſuos alloquens inquit: *Coniuges quoque & liberi ſequuntur hanc aciem, parata hoſtibus præda, niſi pro chariſſimis pignoribus corpora opponimus.* Exiſtimabat Darius, vt & hodiè non nulli, coniugis liberorumque conſpectum, & bellum acrius exaſperare, & animos ſibi virtutemque intendere: de qua re alibi diſputatum eſt. Georgius Tyſtander

in Itinerario iam ante citato, ait, ſe, cum in Perſia eſſet, Regem vidiſſe cum ingenti militum manu ad expeditionē progredi, cui 500. ipſius pellices dicebantur intereſſe.

IX.

Reges Perſarum exercitum in expeditionem educentes, non prius itineri ſe committebant, quàm accuratiſſimè comparatis omnibus, quæ militaris apparatus exigebat. Ante omnia verò commeatum parabant, & ne cibaria militibus deeſſent, rei frumentariæ, nec non etiam pecuariæ prouidebant.

Vegetius lib. II. cap. 3. *Sæpius*, inquit, *penuria quam pugna conſumit exercitum, & ferro ſæuior fames eſt.* Itaque Perſarum Reges omnibus modis curabant, quo commeatus exercitui ſuppeteret, & ob id certos habebant annonæ prouiſores & præfectos, qui de ſolo commeatu militi prouiderent, iisque Camelos adiungebant, quorum opera in aduehendo eo vterentur. Quin & ordinariæ militaris annonæ erogationem ad ſuam curam ſollicitudinemque Reges reuocabant, operamque dabant, vt quibus ſtipendia conſtituta eſſent, ex fide ſuâ die cuique dependerentur. Quæ fuit prudentiſſima ratio firmandi & roborandi ad bellum exercitus.

X.

Ad pugnam cum eſſet ventum, equites eam, & quidem cataphracti vt plurimum inibant, rarius pedites; quod maius robur in equitatu poſitum exiſtimauerint; Quinimò & currus equis iungebant, & ex quadrigis pugnare conſueuerant.

Equitandi artem Perſas egregiè calluiſſe, eamque in bellis potiſſimum exercuiſſe, teſtes ſunt Amm. Marc. Xenoph. Curtius, & alii: Equitatu autem delectabantur, quod ea regio, generoſiſſimos quoſque equos ſuppeditaret, imprimis autem Niſæos, illos, quos veterum ſcripta iam pridem nobilitarunt. Equi porro iſti, qui ad militiam adhibebantur, omnes erant cataphracti, & benè muniti, ne facilè vllum eis noceret periculum: & mirum eſt quod Xenoph. lib. 3. ſcribit, eos noctu poſt pugnam adeò adhuc effrænes fuiſſe & animoſos, vt vinciri & pedicis impediri opus haberent, ne fortè ruptis capiſtris effugerent. Curru autem etiam Reges pugnaſſe & quidem falcato, idem Xenoph. lib. 3. παιδ. oſtendit, idque ex eo, quia, vt ſupra diximus, Perſarum Rex vix vnquam pedibus incedens, de plano ſui copiam populo faciebat, ſed aut curru vectus, aut in equo ſedens regiam egrediebatur. Hoſque currus magnam ſæpe ſtragem dediſſe, authores referunt; ſiquidem aurigæ ſigno dato laxatis habenis in confertam hoſtiū aciem incurrebant, eamque diſtractis & auulſis multorum membris miſere dilacerabant. Tradit & Xenoph. lib. 8. παιδ. Cyrum militares currus octiiugos & octo temones habentes, quibus ligneæ turres imponebantur, in vſum inuexiſſe, quos portis apertis conſcendebat, & qui poſt ſeſſorum conſcenſum claudebantur. Cæterum falcati currus quatenus probandi vel improbandi, deque eorū ſtructurâ, vide apud Veget. lib. 3. cap. 24.

XI.

Perſæ ne incauti hoſtilib. inſidiis incurſibuſve opprimerentur, caſtrorum ſeſe munitionibus tuebantur, hiſque conſtituendis diſponendiſque tuta loca deligebant, eaque foſſa atque aggere cingebant; ſed & tabernacula in caſtris, ac tentoria figebant, quibus duces militeſve æſtiuo & hyberno tempore continebantur.

Vegetius lib. 3. cap. 10. inquit, Perſæ imitantes Romanos, ductis foſſis caſtra conſtituunt; & quia arenoſa ſunt propè omnia, ſaccos quos inanes portant, puluerulentâ, quæ effoditur terrâ complent, eorumque cumulo aggerem faciunt. Ex quo intelligitur Perſas vallo ac ſudib. caſtra non muniuiſſe, verum foſſis, quas confeſtim, innumeris hominibus operi manum admouentibus, expediebant, eaſque aggere firmabant, ſepibus ductis, vel ſtipitibus interpoſitis, erecto, ne terra dilaberetur, quem ſuper pinnæ & tabernacula ad muri ſimilitudinem componebantur. In caſtris verò collocabant tabernacula, ac figebant tentoria, prout & gentes aliæ, ſingulisque loca certa conſtituebant, tam hominibus quam equis & iumentis, & ſua quisque habebat ſigna, fixa in tabernaculorum faſtigio, vnde internoſci & euocari re ita exigente, poſſet. Regum tentoria qualia fuerint, facilè ex præcedentibus colligi poteſt: quę enim in pace ſequebantur luxum, is in bello eos non deſerebat, ideoq; & omnia erant circa Reges aurea, & ad gulæ corporiſque illecebras conficta, quę non rarò eos citius quam iſti hoſtes interemerūt. Cæterum quomodo acies ſuas Reges ordinauerint, ex Xenoph. lib. 8. παιδ. Curt. lib. 3. & 5. & Diod. Sicul. lib. 17. intelligitur. Ammian. quoque Marcell. eam prolixè deſcribit lib. 24. & ſeq.

XII. *Perſa-*

XII.

Perſarum exercitus in decurias, centurias, milliariaſq; cohortes diuidebatur, eumq; Rex ſæpius recenſebat & luſtrabat, qui verò circa eius latus non occupabantur, ſed remotiores eſſent, eos vicariâ legatorum operâ recognoſcebat.

Hæc Herod. li. 7. & Xenoph. in Oecon. qui proprerea Reges Perſarum magnis præconiis extollit.

XIII.

Reges Perſarum exercitui ipſimet plerumque intererant, inque mediâ exercitus acie ſtare ſolebant, quem cohortabantur, & ſuâ præſentiâ animum iis augebant.

Amm. Marcell. lib. 19. ſic inquir: *Rex ipſe Perſarum qui nuſquam adeſſe certaminibus cogitur, his turbinum infortuniis percitus, nouo & antea nuſquam cognito more prælsatoris militis ritu proſiluit inconſertos*, &c. Ex quibus pater Regem ſponteneò ſeſe exercirui ſolitum adiungere; & ob id etiam ægrius ferre, ſi quiſquam cum conſequi detrectaret. Stobæus ſerm. 42. rradir; Reges, priuſquam manum cum hoſte conſererent, ſemper de fortitudine diſſerere ſolitos. Cæterum de iſta quæſtione, *An expediat ipſum Principem bellis intereſſe*, vide Probl. XI. Diſp. Polit. penult.

XIV.

In ipſâ vero acie, bellica quoque ſigna habebant Perſæ, claſſicum canebant, & tubarum edebant ſtrepitus, quod hoſtes iis rebus terreri & ſuos incitari exiſtimarent.

Non fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, inquit Cæſar lib. 3. de bello Ciu. clamores varios ac ſonitus in bellis tollere, quia ſic hoſtis in hoſtem fertur animoſior. Triplicia vero ſigna ſcriptores bellici, imprimis Vegetius faciunt, alia ſunt vocalia, quæ voce humana pronunciãtur; alia ſemiuocalia, quæ buccinis & tubis; alia denique muta, vt vexilla, quæ quiſque ſequi cogitur. Vexillum autem Perſarum inſignitum erat aquilâ aureâ, pinnas extendente, longæ haſtæ præfixâ, authore Xenoph. lib. 7. de Cyro.

XV.

Exploratores quoque & ſpeculatores Perſæ habebant, qui hoſtilia ſilentio perſpicerent, eorumque ſecreta renunciarent.

Exploratoribus in bello vti licitum, Politici aſſerunt & variis aliis, quæ dolo bono coniuncta ſunt ſtratagemaribus. Quæ tamen nonnulli Perſarum Reges faſtu quodã videntur in prælíis ſpreuiſſe, dicentes: *Turpe eſſe victoriam furari.* Sicut de Dario lib. 11. inquit Iuſtinus, *Darius fiduciâ eorum nil aſtu agere; adfirmans ſuis occulta conſilia victoriæ furtiuæ non conuenire.*

XVI.

Perſæ ad vrbium obſidiones variis vtebantur machinis, baliſtis, ſcorpionibus, malleolis item & facibus; alii ſcalas muris admouebãt, alii cuniculos agebant, & viam ad fundamenta parietum ſubuertenda quærebant, alii vaſa olei plena in portas iaciebant, quod eas penitus cum hominibus comburebat.

Perſæ in vrbibus expugnandis fuerunt peririſſimi, & ſummè exercitati, variaſque habuerunt ad eam rem machinas & ſtratagemata, inter quæ illud inprimis authores mirantur, quod per oleum in vrbem iniectum ſunt executi. Ælianus lib. 5. Animal. hiſt. cap. 3. ſcribit, iſtud oleum ex verme quodam Indico confici, tantamque eſſe eius vim ac efficaciam, vt vel ſola hemina in lignorum acervum infuſa, eum comburat; & addit eodem ipſo Perſarum Reges tot hoſtium vrbes in ſuam poteſtatem redegiſſe; ſiquidem portas eo incendebant, tantamque adeò ſuſcitabant flammam, quæ reſtingui non poterat, donec randem vnicum iſtud repertum fuiſſet remedium, fimus nimirum, & lutum viarum. Non abſimilem vim tribuit Amm. Marcell. lib. 23. oleo ſiue bitumini cuidam, quod Perſæ *Naphtham* vocant, de cuius admirabili naturâ vide Strab. lib. 16. Idem de limo, quem *Maltham* appellant, Plinius affirmat lib. 11. cap. 104. *Xenoph. l. 7. &c. & 8. Amm. Marcell. lib. 20.*

XVII.

Inter Perſica ſtratagemata etiam hoc fuit, quod murices ferreos in viam defoderint, quâ hoſtem equites emiſſurum credebant. Item, quod in pontibus ſternendis fuerint expediti & prompti.

De muricibus iſtis ferreis, vide Curt. lib. 4. Induſtriam Perſarum, in extruendis pontibus authores ſummoperè prædicant, imprimis Herod. qui lib. 4. Darium miratur, quod Boſphoro Danubioque pontes etiam feliciſſimè iniecerit. Itemque lib. 7. Xerxem, qui admirabilem pontis ſtructuram Helleſponto adiunxit.

XVIII.

Ad naualem porrò militiam Perſæ etiam erant paratiſſimi, ſiquidem naues & multas & varias habuerunt actuarias; & quaſdam, quæ equos impedimentaque veherent; alias, quæ vectores traiicerent, quarum quædam triginta, quædam quinquaginta remorum numero erant.

Hæc Herodotus lib. 6.

XIX.

Denique victoriâ adeptâ victis arma auferebant, ſaucios curabant, benemeritos remunerabantur, ab hoſtibus captos redimebant, defectores grauiter puniebant: Sed & præmia cuique pro meritis diſtribuebant.

Plut. in Artaxer. Amm. Marcel. lib. 23.

Perſæ victos magis metuebant, quàm alios, illisque omnem ſeſe recolligendi occaſionem præcidebant. Cum iis verò, qui à ſe defecerant, nunquam redibant in gratiam, quòd eorum fides ſemel fuiſſet periclitata.

DE IMPERIO PERSARVM IN GRADV EMINENTIÆ CONSIDERATO.

APHORISMVS I.

Athen. l. 3. Xenoph. l. 8 παιδ.

PErſarum Regibus res diuinæ ac ſacræ curæ erant, hoſtiasque quotidie præſentibus Magis immolabant; ad eamque rem mille in dies ſingulos victimæ, in his boues, aſini, cerui, cædi conſueuerant.

Abſoluimus ſtatum Imperii Perſici abſolutè ſpectatum: Reſtat vt agamus de ſtatu ad finem eminentiorem relato, ſiue de Perſarum Regum religione & pietate, impropriè ſic & per analogiam dictâ; quæ tamen vſque adeò eis cordi fuit, vt quotidie rem diuinam facerent, & de pietate prius quam facerent, diſſererent: quin & vni ex cubiculariis peculiare hoc iniunctum erat officium, vt Regem quotidie mane excitaret, ad Regni procurationem ſibi à Deo concreditam ſuſcipiendam, & ad ſacra peraganda. De Cyro lib. 1. Eſdræ, c. 5. memoratur, eum non modo templum DEI Hieroſolymis inſtauraſſe, verum etiam ex arcâ ſuâ, & de tributis quæ ei pendebantur, ſumptus neceſſarios ad opus abſoluendum ſuppeditaſſe, omneque quo ad rem diuinam & ſacrificeia opus eſſet, ſedulo procuraſſe. Georg. Tyctander affirmat, eos adeò Diuorum honore correptos, vt templa nonniſi nuda circà brachia ac pedes intrent, nec intrent etiam, niſi quam puriſſimè fuerint abluti: additque idem, ſibi omninò perſuaſum eſſe, Perſas religione eſſe Turcis addictos, licèt ob cauſas politicas, acerrimo eos odio proſequantur.

Stobæus ſerm. 42.

II.

Habebant & Perſæ ſuos ſacrorũ Antiſtites, ſiue Sacerdotes, quos Magos *appellabant, quorum ſcitis omnia publica priuataque ſacra ſubiiciebantur: Neque aliquid iuſtum, licitumve habebatur, quod non eſſet eorum ſententiis comprobatum.*

De Magis Perſarum multa apud authores legimus, eos in ſummo honore ac precio habitos, nullumque ritum peragi potuiſſe ſacrificium, niſi ipſi adeſſent ac præeſſent. Hi futura prædicebant, ac de prodigiis & oſtentis velut oracula conſulebantur. In ſummâ, nihil in tota Perſide ratum firmum fuit habitum, quod nõ horum conſiliis & authoritate comprobaretur, de quibus vide plura apud Amm. Marcellin. lib. 23. Agathiam, lib. 11. Cic. 1. Tuſcul. Laert. in prœm. lib. quos de vitis Philoſophorum conſcripſit: Briſſon. lib. 2. pag. 172. docet, Magos ſapientiæ ſtudiis, & rerum diuinarũ notitiâ Perſis præluxiſſe. Apuleius Apolog. 1. inquit: Si quod ego apud plurimos lego, Perſarum linguâ *Magus* eſt, qui noſtrâ *Sacerdos*, quod tandem eſt crimen Sacerdotem eſſe? & ritè noſſe, atque ſcire atque callere leges ceremoniarum, fas ſacrorum, ius religionum. Siquidem Magia, id eſt, quod Plato interpretatur, θεῶν θεραπείαν, eum commemorat, quibuſnam diſciplinis puerum regium adoleſcẽtem Perſæ imbuant. Horum verò Magorum ſobrietatem & induſtriam vetuſtas prædicat, inprimis D. Hieron. lib. 11. aduerſus Iouian. & Clem. Alexand. l. 3. Neque alios hi, quam indigenas & Perſide ortos doctrinâ ſuâ, niſi Regis permiſſu, erudiebant, teſte Philoſt. in Protagorâ.

III.

Inprimis autem Iouem & Solem, & hunc quidem Mithræ nomine Perſæ adorabant, & reliquas etiam Planetas religioſè colebant. Ignem verò & aquam, vt & elementa cætera, ſummâ ſuperſtitione venerabantur.

Hæc Strabo, Herodotus, Iuſtinus, & alii.

IV. *Perſæ*

IV.

Perſæ Diuis ſuis neque templa, neque aras aut altaria ponebant: Nullas etiam Deorum pictas fictas vè imagines aut ſculpta ſigna habebant. Numina apud eos abſque ſimulachris colebantur; quin imò inſaniæ arguebant eos, qui Deos ex hominibus ortos credentes, eos humanâ forma adſimilabant.

Hæc Her. l. 1. & Cic. l. 11. de legibus ait, Propterea Perſarum Regem templa Græciæ inflammaſſe, quod parietibus Deos includeret, quibus omnia deberet eſſe patentia & libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet ac domus.

V.

Erant & apud Perſas mulierum ſacerdotia, quæ caſtæ continenterque viuebant, eiſque perpetua ab omnibus viris pudicitia imperabatur.

Iuſt. lib. 10. & Plutarch. in Artaxerxe.

VI.

Apud Perſas quicunque ſacrificabat non pro ſe priuatim, ſed pro populo vota faciebat, nec aliter quàm ſub communi & generali Perſarum nomine, ipſius ſacrificantis perſona Diis commendabatur.

Hoc idem Herod. loco iam citato. Quæ quidem ſufficiant etiam de religione Regni Perſici: Neque enim iſta penitius ſcrutari precium fuerit curæ noſtræ. Quæ vt Politicò ſtudio tota deſtinata fuit; ita eidem vtiliter ſeruiat, inprimis optamus.

FINIS.

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S.

Dum ad finem operis huius prelum decurreret, ſubmiſſa mihi eſt hæc Diſputatio ſpecialis Politica altera, De ſexaginta Rebuspublicis Priſcis: *quam cum viderem ſtudioſis Politicæ prudentiæ vtiliſſimam futuram, ideo indicaui addendam ei, quæ eſt De principatu Perſico. Vale, candide Lector, & laboribus noſtris tui cauſa ſuſceptis, bene precare.*

DISPVTATIO EXTRAORDINARIA,

Quæ eſt

SPECIALIS POLITICA ALTERA,

De ſexaginta Rebuspublicis Priſcis;

Quarum nomina & indicem à præfatione poſuimus,

Deo benedicente

Publice inſtituta in Gymnaſio Dantiſcano, Anno 1609. ad diem 28. Martii,

Præſide

BARTHOLOMÆO KECKERMANNO PHILOSOPHIÆ PROFESSORE,

Reſpondente

DANIELE BRESLERO Dantiſcano.

CONSVLTISSIMO VIRO DN. REINHOLDO KLENFELDIO, INCLYTÆ REIPVB. DANTISCANÆ SECRETARIO

Domino & fautori honorando

Diſputationem hanc Politicam ſpecialem de Priſcis aliquot Rebuſpublicis,

offert & dicat

DANIEL BRESLERVS.

POLITICÆ

POLITICÆ STVDIOSIS S.

INTER prima illa & ſumma orbis Imperia, Perſicum antehac ſua forma ac regimine deſcripſimus. Non quod cætera nollemus; ſed quod non æquè poſſemus. De Aſſyrio enim ſiue Chaldæo hiſtorica pauca; politica multò pauciora ad nos manarunt. Sunt de vltimis præſertim aliquot Regibus nonnulla in Sacris literis. Quarum veſtigia ſic preſſit Ioſephus, vt nihil pene narrarit aliud, quam quod in his reperit. Beroſus & Manetho habiti fuerunt præ antiquiſſimis & probatis hiſtoricis Chaldæis. Sed non extat natiuus ille ac verus Beroſus qui olim fuit, prout nec Manetho. Annius Viterbienſis monachus, centones quoſdam Chaldaicæ hiſtoriæ malè ſartos texuit, & iis nomen Beroſi præfixit, à vetuſtate autoritatem fœneraturus. Ut mirum ſit, tot annorum ſpatiis tam paucos repertos qui id ſubolfecerint. Inter primos fuerunt Ludouicus Viues & Glareanus. Sed ii non tam efficacibus argumentis id egerunt, vt poſtea Caſpar Varrenus Romæ anno 1565. edito ſcripto. Fuerunt Græci & Latini ſuarum rerum præcones, inquit Bodinus; Cæteri præter Hebræos nihil ferè de ſuis rebus prodiderunt. (In Methodo hiſt. c. 1. & 4.) Iuba dicitur libros duos de Aſſyria ſcripſiſſe; ſed deliteſcunt hi in Bibliothecis, velut in carcere, vt nuſquam compareant. Pauciſſima de Chaldæis ſunt in Herodoto, Diodoro Siculo, Thucydide, Xenophonte, Plutarcho, Euſebio, Zonara, Cteſia, Oroſio, Iuſtino, Caſſiodoro. Plinius de Spina Babylonis Regia aliquid commemorat lib. 13. cap. 24. Tzetzes etiam de Beleſio Babylonio & quorundam aliorum Regum luxu, nonnulla notat vetuſtiora. Iamblichus ſuis ſcriptis inſeruit quædam de Chaldæorum myſteriis, de Deo, de Sacerdotibus, de Dæmonibus. De Aſſyriis ſparſim aliqua miſcet Ælianus in varia hiſtoria. Cælius Rhodiginus & Crinitus ſcripſerunt de quorundam Regum Aſſyriorum profuſis delitiis, Sardanapali inprimis, vt & de Semiramidis monumento. Habet idem Rhodiginus aliquid de Medorum ritibus. Antonius Florentinus congeſſit ex aliis nonnulla de Nabuchodonoſare Chaldæo. De Regni Aſſyrii ad Medos tranſlatione ſcripſit nonnihil Iuſtinus & Velleius Paterculus, vterque lib. 1. (Tit. 4. cap. 2.) Sebaſt. Münſterus in Coſmographia ſua de Babyloniis, Chaldæis, Aſſyriis quædam narrat, vt tum in aliis, tum in Beroſo qualis eſt, inuenit. Ioh. etiam Bohemus aliquid habet de Aſſyria & Aſſyriorum moribus. Bodinus videtur aliquid molitus præ aliis in rebus Chaldæorum & Aſſyriorum. (Meth. hiſt. c. [illegible]) Quoniam à Chaldæis, inquit, & Aſſyriis Reip. gubernandæ ratio, diſciplinæ humanitas, denique vita ipſa profecta eſt, inprimis illorum antiquitates inueſtigabimus. At hiſtorica illa tantum ſunt quæ veſtigauit; Politica pene nulla. Iam quod ad tertiam Monarchiam, quæ Græcorum fuit ſiue Macedonum; ea cum Alexandro Magno vt cœpit, ita propè dixerim, deſiit. Qui anni tam pauci fuerunt, vt quærere in iis Imperium Alexander potuerit, forma autem certa & legibus conſtituere, aut firmare non potuerit. Verè vaſtum illud corpus fuit ſine membrorum definita proportione. Teſtimonio eſſe poſſit illa tam violenta eius ſectio in partes varias ac diſruptio, quæ poſt mortem Alexandri licentioſe fa[illegible]a eſt ab eius Ducibus. Quocirca & ex eo Imperio Politica pauca ſuppetunt. Hiſtorica autem [illegible]ta ſunt partim in libris Maccabæorum & Ioſepho, partim Diodoro Siculo, Poly[illegible]o, Plutarcho, Arriano, Liuio, Iuſtino, Curtio, Oroſio. Ea cauſſa eſt Lector, [illegible]lis Politicæ diſputationibus, inuiti ac dolentes prætereamus, non tantum Bab[illegible] Græcam Monarchias; ſed

& Reſpublicas ac Regna *pleraque nobiliſſima quæ vel ſub, vel cū trib. illis mundi Imperiis,* Babylonico, Perſico, Græco *fuerunt. Fuit autem tempore Babylonicæ Monarchiæ in Aſia Regnum Chananæum, Palæſtinum, Ammoniticum, Moabiticum, Madianiticum, Idumæum, Phœnicium ſiue Sidonium & Tyrium, Syriacum, Adadorum, Troianum, Myſium, ſeu Teutrantium, Lycium, Lydium, Amazonicum. In Africa Ægyptium, Cyrenaicum, Æthiopicum; denique quæ in Europa, nempe Meſſeniacum, Oechalienſe, Dorienſe ante migrationem in Peloponneſum. Phthium, Scyrium, Latinum, Albanum, Hetruſcum: Et tēpore Monarchiæ Perſicæ in Aſia Caricum, Cilicium, Salaminium Cypri, Boſphoranum; in Africa Ægyptium: in Europa Macedonicum Lynceſtarum, Thracium, Odryſarum, Pannonium, Scythicum, denique tempore Græci ſiue Macedonici Imperii in Aſia Cappadocium, Ponticum, Bithynicum, Medicum Atropatenes, Syriacum Seleucidarum, Pergamenſe, Armeniacum, Parthicum Arſacidarum, Bactrianum, Commagenum, Indicum, Arabicum, Paphlagonicum, Ibericum, Albanicum, Colchicum, Adiabenicum & Edeſſanum, Chalcidicum, Ituræum. In Africa Ægyptium Ptolemæorum, Numidicum, Mauritanicum. In Europa Moloſſicum Epiri, Illyrium, Acarnanicum Athamanum, Britannicum. Iſta, inquam, tum mundi Regna fuerunt. Et vere dicere poſſim:* Fuiſſe. *Neque enim vel ipſa amplius ſunt, vel Politica de iis monumenta ac ſcripta, poſtquam nimirū* Ariſtotelis & Theophraſti Politica ſpecialis, *quod iterum queror & doleo, perierunt incredibili detrimēto Prudentiæ Ciuilis. Magnum enim huic & pondus acceſſiſſe & decus, ſi leges, ſi ſtatuta, ſi modum ac formam Regiminis noſſemus iſtarum Rerump. ac Regnorum, quæ partim prima in humano genere fuerunt, partim primis vicina in meliori illa ac vegetiori mundi parte ab hominibus integræ adhuc ac firmæ atque heroicæ naturæ conſtituta & gubernata. Nunc id in lucro computandum, quod* ἀποσπάσματα *quædam & velut fractæ è naufragio tabulæ nobis remanſerint de Regnis ac Rebuspublicis aliquot, & iis quidem Græcis plerisque, paucis autem aliquot extra Græciam. Remanſerunt autem partim in aureo illo ſecundo Politicorum Ariſtotelis, partim in fragmentis quibuſdam Heraclidis Pontici inſignis philoſophi, qui fuit Platonis & Ariſtotelis auditor: itemque in fragmentis* Nicolai Damaſceni. *Inde hauſimus ea quæ nunc Politicæ ſtudioſis exhibemus, ſexaginta Rerumpublicarum ſpecialia Politeumata. In quibuſdam, ſed iis admodum paucis, adiuti ſumus ab* Antonio Montecatino, *qui ſuis in priores Politicos Ariſtotelis commentariis ſubiunxit fragmenta quædam de quatuor circiter aut quinque Rebuſpublicis Græcis. Iuuit alicubi etiam, præſertim quoad Rerumpub. conuerſiones Clariſſimus Hiſtoricus* Reinerus Reineccius, *qui tomo quarto operis ſui hiſtorici, agit de Regnis quæ Aſclepiadæ tenuerunt, vt & Sicyonio, Corinthiaco, Eleo, Ætolico, Tyrrhenico, Celtico, Celtiberico, Cretenſi Spartano, Meſſeniaco, Idumæo, vnâ cum genealogiis præcipuarū in his familiarum. Ordinem temporum in iſtis Rebuſpublicis ab autorum nullo accurate notatum inuenio. Interim aliquem conſtituimus, Reineccii in nonnullis ductu. Methodus Politica plena eſſe non potuit per ſingulas has politias; vtpote quarum non integræ conſtitutiones, ſed diſſipata tantum, vt ante monui, fragmenta extant. In Repub. Athenienſi, Spartana, Romana, & aliis ordinem cernent Politicæ ſtudioſi, & pleniorem ac planiorem, Deo mihi vitam & mediocres ſaltem vires à tam graui morbo miſericorditer indulgente.*

Iſta præfari libuit ad priſcas illas ſexaginta Reſpublicas, quarum nunc nomina videte & ſeriem, non exactam, quod profeſſus ſum, ſed qualis ex illa priſci æui obſcuritate erui potuit. Dantiſci ex Gymnaſio Reip. Sexto Idus Martias, Anno 1609.

BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS.

INDEX PRISCARVM RERVM-PVBLICARVM, DE QVIBVS PRÆSENS DISPVTATIO.

I. Sicyoniorum in ea regione, quæ poſtea *Peloponneſus* dicta. Cœpit anno Mundi 1871.

II. Eleorum, quos ab Eliza Iapheti nepote originem trahere nonnulli aſſerunt.

Cretenſium, quorum Rex VII. Cydon floruit tempore Cecropis Regis, circa annum mundi 2440. ad quem Cydonem à Crete quodam Cretenſium Rege Euſeb. interuallum 300. annorũ collocat.

Reimr. Reines. Rhodiorum, quorum vrbẽ Telchines condidiſſe traduntur 2227.

Corinthiorum. Methes I. Rex regnauit circa annum 2866. Ipſa vero vrbs condita putatur anno 2510. vel 2495.

Corcyræorum.

Coorum.

Cumæorum.

Tenediorum.

Phocenſium.

Locrenſium.

Lepreatarum.

Cephaleniorum.

Bœotorum.

Theſpienſium.

Magnetum

Epheſiorum. Epheſus anno mundi condita nonnullis putatur 4150, aliis 2917.

Thracum.

Aphytæorum.

Samiorum. Samos, anno 2981.

Samothraciorum, qui & Dardani.

Moloſſorum.

Triballorum.

Lyciorum.

Phrygum.

Ciorum.

Moſinorum.

Colchorum.

Corcetarum.

Piſidarum.

Phaſianorum.

Peparethiorum.

Amorgeorum.

Minoorum.

Cyrenenſium, quorum ciuitas Cyrene in Libya condi cœpta, anno circiter 3330. poſt captam Troiam 568. vel, vt aliis placet, anno 2471.

Carthaginenſium. 1925. anno.

Alitemiorum.

Baſylicorum.

Nomadum.

Apharantum.

Ialchleucorum.

Buzorum.

Dapſolibyum.

Sardolibyum.

Indorum.

Pædaliorum.

Sindorum.

Thynorum.

Tarteſſiorum.

Crotoniatarum.

Lucanorum.

Samnitum.

Tyrrhen[illegible]rum.

Agrigentinorum in Sicilia.

Celtarum, quorum initium ſtatuitur anno 1803.

Iberorum.

Scytharum &c.

Galactophagorum.

Sarmatum.

Taurorum.

Diſpvtatio Politica extraordinaria, qvæ eſt ſpecialis altera, de priſcis qvibuſdam Rebuſpublicis, Græcis præſertim; ac primò De ſtatu earum pacato.

Aphorismvs Primvs.

Græcię vrbes pleræque non minus quàm Cretenſium Reſpub. ſub Regio imperio primitus fuerunt; quod tamen temporum ſucceſſu temperarunt.

PRiſcas quarundam Rerumpub. formas earundemque leges & conſuetudines ſparſim & minutim ab autoribus traditas conſideraturi, nō abs re faciemus, ſi à Repub. Cretenſium ordiamur: Hanc enim Ariſtoteles tanquam vnam ex præſtantiſſimis tribus Rebuspublicis lib. de Polit. cap. 11. commendat. Et Heraclides Ponticus in lib. 2. Polit. antiquiſſimam eam ex Homero probat; quamuis nihil certi de eius origine expreſſum apud Autores habeamus. Hoc tamen ex Chronologis nobis conſtat, Sicyonium regnum in Græcia omniū primum & antiquiſſimum extitiſſe. Sabell. Ennead. 1. lib. 4. *Aeriam* primò nuncupatam Cretenſium Inſulam ex Philiſtide a[illegible]rit, mox & *Curetim*, à cæli quoque temperie & fructuū bonitate, *Macaron* illi nomen fuiſſe nonnulli
Solin. c.16. existimant; *Cretam* verò, à Creta Heſperidis filia nominatam Doſiades apud Sabel. autor eſt. Alii putāt Cretam dictam à *Crete* vetuſtiſſimo Rege. Hodiè vulgò *Candia* dicitur: quomodo ſita ſit apud Strabonem lib. 10. & Solinum cap. 16. videri poteſt. Ariſtoteles lib. 2. cap. 10. ſic eam deſcribit, quod pulcrè admodū ſita omni mari propinqua immineat: cum Græci fermè omnes oras maritimas incolentes mare cingant. Vna parte non longè abeſt à Peloponneſo, altera ab Aſia, & ab illo qui eſt circa Tropium loco & Rhodo. Quo capite & hoc de regimine eius aſſerit, fuiſſe nempe illud Regium & Monarchicum, quâ formâ Imperii non
Bodinus lib. 6 c. 4. Pag. 714 Filcius in Chronol. Pauſan. tantum regiones & Prouincias integras, ſed etiā vrbes & ciuitates ab initio in Græcia vſos fuiſſe ex Hiſtoricis non obſcurè intelligitur. Sicyoniorum vrbem ſub regio dominatu ab Agialao vſque ad Ceuſippum fuiſſe Pauſanias refert. Thebani quoque & Corinthii tranquillè Regibus vſi ſunt, hi ab Ephyto vſque ad Theleſtem, illi ab Ogyge vſque ad Xanthum.

Et quamuis certum eſt totam interdum Prouinciam & regionem à præcipua aliqua in ea ciuitate denominatam eſſe, vt ab vrbe Cyrene tota regio vrbes complectens Heſperiam, Apollinem Ptolem. Arſinoēn Pentapol. & vt vult P. Mela *Marmaricam Cyrene* dicta eſt: non eſt tamen negandum, etiam ſingulis quibuſdam ciuitatibus fuiſſe Reges, à quibus ad aliquam felicitatis ciuilis partem perductæ ſunt. Quia enim ciuitates & vrbes maximè ſunt à natura & in iis ſocietas aliis longè eminentior & perfectior, ideò quò primæ fundationi & inſtitutioni propiores erant, eò perfectiori magisque naturali gubernationis modo regi volebant; videlicet Regio & Monarchico. Quod Imperium quam variis rationibus & viis obtinuerunt nonnulli, apud Toloſ. lib. 17. c. 1. de Repub. videre eſt. Quò reſpexit Philoſophus, quando lib. 1. c. 2. dixit: *Primò ſub Regibus ciuitates erant, nunc verò & Gentes, vtpote quia proceſſerunt ex his* (nempe ciuitatibus) *quæ regno ſuberant.* Sed non ſolum hac ratione integræ regiones Regibus ſubiectæ fuerunt, quod extra ciuitates ſubditi diſtribuerentur, verum quod, vt Thucyd. in 1. inquit, alii ad alios nauibus tranſirent, & abſque pudore & infamia latrocinia exercerent. Hinc enim factum eſt vt imbecilliores ſubigerentur & in poteſtatem potentiorum deuenirent, quomodo etiam Minoēm regnum ſuum auxiſſe ex Ariſtotelis capite citato intelligitur, & infrà vberius quoque explicabitur. Moueri igitur hoc loco non incommodè quæſtio illa poterit: *An feliciores futuræ ſint Politiæ, ſi adhuc ſingulæ vrbes à ſingulis Regibus regantur, quam nunc ſunt, quando ab vno homine tot Prouinciæ & regna gubernantur*; quā in præcognitis Polit. Syſtematis à Clariſſimo Præſide determinatam videre potes, pag. 21. Thuc. lib. 1.

II.

Apud Cyrenenſes Pheretima Arceſilai mater etiam regnum obtinuit, fœmina admodum auſtera & curioſa.

De

Digitized by Google

De Cyrenenſium origine hoc habet Solinus cap. 40. quod Battus Lacedæmonius, Olympiade 45. Rege Martio res Romanas tenente anno poſt Troiam captam 586. eorum vrbem condiderit: Alii putant exſtructam Olymp. 41. Nec conuenit Plinii ſupputatio, quæ eſt lib. 19. nat. hiſt. cap. 3. Dictam nonnulli exiſtimant à Cyrene Ipſei filia, ob formam ab Apolline rapta & aſportata in Libyam. Aliis verò placet vrbem à Cyre eius regionis fonte ſic appellatam. Nos hîc eam rem in medio relinquimus, & ratione noſtri propoſiti ad interiora non huius modo, ſed aliarum quoque ciuitatum & regionum perluſtranda accedimus. Et ratio quidem Methodi Politicæ primo nos ad fundamenta regiminis ducit, quorum id quod primùm dicitur, conſiſtit vel in aptitudine imperandi, vel in poteſtate, de qua paulo poſt. Aptitudo igitur vel eſt acquiſita, vel naturalis, ad quam pertinet ſexus, ætas, genus, &c. De ſexu teſtatur Heraclides Ponticus, quod maſculino deficiente, fœmineus vltro ad Imperiũ appetitus fuerit & admiſſus: quod inſtitutum etſi antiquum ſit, & inde vſque ab Aſſyriis & Babyloniis tractum, tamen controuerſum ſemper manſit apud Theologos & Politicos. In Politico autem Syſtemate ita determinatur, vt doceatur diſtinguendum eſſe inter naturam Mulierum ordinariã, & talem quæ ſexui maſculino eſt inferior, & inter eandem naturam extraordinariam, à Deo & Natura maſculis virtutibus inſtructam. De priori intelligenda ſunt ea quæ adfert Bodinus & alii: Item Xenophontis locus qui eſt in Oecon. vbi ſic inquit: *Iure à natura comparata eſt opera mulieris, ad domeſticam diligentiam; viri autem ad exercitationem forenſem & extraneam. Itaq; viro calores & frigora perpetiẽda, tum etiam itinera ac labores pacis ac belli, id eſt, ruſticationis ac militarium ſtipendiorum diſtributiones, mulieri deinceps quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, do-* Ariſtot. lib. 1. Oecon. c. 3. *meſtica negotia curanda tradidit; & quoniam hunc ſexum cuſtodia & diligentia aſſignauerat, idcirco timidiorem reddidit quam virilem.* Sed ineſſe quibuſdam Naturam ita excellentem, vt neceſſitate iubente regno præfici poſſint, id verò multis exemplis Politici demonſtrãt. Quæ & quanta de Semiramide afferat Iuſtinus, notum eſt. Hermodicem coniugẽ Regis Phrygum ſapientiã & induſtriã præſtitiſſe, adeoq; auctorem primum Cumæis monetæ cudendæ extitiſſe per Heraclidem habetur. Dion etiam in Orat. 65. meminit Rhodoginis cuiuſdam Strab. lib. 12. bellicoſæ; Demonaſſæ Rerumpubl. condendarumque legum peritæ, quæ tres Cypris tulerit leges præclariſſimas. Artemiſia quoque Cariæ regina pro Xerxe contra Græcos ita ſtrenuè fortiterque pugnauit, vt referente Herodoto lib. 8. Xerxes dixerit ſibi viros fœminas extitiſſe, fœminas etiã viros. De Pheretima nihil quidem aliud dicere habeo, quam Herod. quod fuerit auſtera & crudelis: nam bellum faciens Barcæis poſt captam vrbem viros in crucem egit, mulieribus mammas amputauit; ſed paulò poſt ipſa putrefacta crudelitatis ſuæ meritas pœnas dedit. Sub finem vt non magnopere laudarim Sitonum gentium morem, quibus vetuſto more non virũ, ſed fœminam dominari Alex. ab Alex. l. 4. c. 23. ſcribit; Ita penitus improbarim illarum gentium conſuetudinẽ, apud quas principatum fœminæ inter ſe obtinent, & publica munera obeunt, viri contra muliebria domeſticaque curant, quales in Libya reperiri Sabel. Enn. 1. lib. 4. notat. Sed Lycios & Sautomates fœminis tanquam Dominabus peſſimo exemplo obtemperare Heraclides & Damaſc. ſcribunt. Ariſt. ſententia digna eſt, quæ huc ex cap. 9. l. 2. transſcribatur. *Quid intereſt*, inquit, *vtrum mulieres Reipub. præſint aut imperent, an Reipub. præfecti mulierum arbitratu Rempublicam gerant; idem enim vtrinque mali proficiſcitur.* Apud Buxos, *ἀνὴρ μὲν ἀνδρῶν, βασιλεύει· γυνὴ δὲ γυναικῶν· vir in viros; mulier verò in mulieres dominatum gerit.* Damaſc.

III.

Cretenſes, Corinthii & in Africa Carthaginenſes dignitates Regias & officia publica non niſi incolis, iiſque nobilibus conceſſerunt.

De Cretenſibus quidem expreſſè tradit Lib. 2. cap. 10. Ariſtoteles, eos non niſi ex certis familiis Ephoros & Senatum conſtituiſſe, plebem verò etiam ſi concionis particeps eſſet; ab omni Magiſtratu & decernendi poteſtate remouiſſe. Idẽ ferè de Carthaginenſibus cap. 11. aſſerit. Vrbem Corinthiorum annis fermè ducentis Bacchiadas dominatione tenuiſſe præter alios Strabo refert. qui lib. 4. hoc etiã de Maſſilienſibus notat, apud quos nemo τιμοῦχος habebatur, niſi qui liberos haberet, & de ciuium ſanguine tertiã per generationẽ ortus eſſet. Syracuſani quoq; nõ niſi priſcis ciuibus & familiis vetuſtis, Magiſtratus adhibuerunt. Diod. l. 11. Lib. 5. c. 6. Verum .n. eſt quod Ariſt. dicit, ſingularẽ maieſtatem & ſplendorem Reipublicæ accedere, cum ad gubernacula nobiles ſedent, in quibus ſingularis virtus ac generis ſplendor lucet. Et li. 2. c. 11. ſatius eſſe Reges nõ ex quouis & fortè fortunâ oblato genere eſſe, ſed ex aliquo præſtanti ſumi, id quod latius ibidẽ probat. Lipſii

durior ſententia. *Vt*, inquit, *in quam domum veſpillones veniunt, ſignum eſt funeris: ſic Reipublicæ labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini.* In votis ad 3. Pol cap. 5. Bodinus non contemnenda pro indigenis ac nobilibus argumenta adfert, Lib 6. cap 5. quibus hoc addiderim, plebeium Principem & Magiſtratum obtrectationibus & conuitijs hominum magis eſſe obnoxium, quod patet ex hoc Heracl. exemplo de Lydiis, qui cum graui cuiusdam dominatu adfligerentur, moniti ab Oraculo Cumis eſſe qui eos liberaret, miſerunt legatos, per quos eum ad regnum capeſſendum vocarent. Is autem in officina cuiuſdam fabri plauſtrarii ſeruiebat. Dato igitur fabro pretio pro eius redemptione, receperunt eum. Quidam verò ex Cumæis qui currum faciendum locauerat, detinuit eum. Quem tametſi multi rogarunt ne honori eius officeret, non dimiſit tamen, quin probrum adiecit, dicens: *Permagni ſe æſtimare quod ab Rege Lydorum factũ currum habere poſſet.* Huc igitur pertinent iſtæ duæ controuerſiæ non inutiles: *Vtrum ciui peregrino, aut etiam ignobili loco nato gubernacula Reipublicæ ſint tradenda*; quæ vtraque ſic In Syſtem. determinatur, vt ſtatuatur peregrinum & plebeium Magiſtratum vocandum non eſſe, niſi fortè circumſtantiæ quædam ſingulares & incomparabilis Principis virtus aut conditio & neceſſitas regni id requirat; tum enim non gentem, ſed mentem reſpiciendam ipſi Syracuſani ſuo exemplo docēt, apud quos Agathocles Lib. 12. regnaſſe Iuſtino & Valer. Maximo ſcribitur, Lib 12. Lib. 13. cuius pater figulinam exercuit. Tacitus lib. 2. Annal. Armenios non niſi Regē peregrinum ferre poſſe aſſerit. Quas cautelas tamen in Democratia non poſſunt obſeruare illi, quibus ciuitatem augere propoſitum eſt. Nam cum in ea omnes ciues honorum æquabilitate fruantur, ideo qui ciues fiunt, etiam ſummi Magiſtratus capaces eſſe volunt. Vnde (vt opinor) eſt quod Lacedæmonii omnibus viribus & legibus contenderunt, ne peregrini in vrbem admitterentur, atque ita ad rerum gubernacula ſederent. Memorabile eſt quod refert Li 6. c. 4. Bodinus de Argentinenſibus, qui cæſâ & proſtratâ Nobilitate cum imperiũ populare inuaſiſſent, legem communibus ſuffragiis tulerunt, *ne quis ſummos in ciuitate Magiſtratus adipiſceretur, niſi à cerdonibus aut coriariis, aut id genus ſordidis opificibus ſtirpem traxerit.*

IV.

Apud Chalcidenſes Lex erat, ne Magiſtratus munere fungeretur, qui annis quinquaginta minor eſſet.

Verba ſunt Heracl. Pontici: Νόμος δὲ ἦν Χαλκιδεῦσι μὴ ἄρξαι, μηδὲ πρεσβεῦσαι νεώτερον ἐτῶν πεντήκοντα. Bodinus in genere Græcos omnes è ſenioribus Senatum legere conſueuiſſe argumenti L. 3. c. 2. ſatis id eſſe dicit, quod Senatũ γερουσίαν appellant. Quo loco etiam hoc pro ſenibus argumentum adfert; quod vulgus opinetur, &, vt ipſe inquit, rectè opinetur, aut nunquam aut raro admodũ iuuenes ſapientiâ præſtare. Sed pace tanti Politici dixerim, non rarò, ſed frequentiſſimè reperiri adoleſcentes graues ſenili (vt Cicero alicubi dicit) iudicio, quicquid etiam vulgus opinetur. Apud Romanos quidem nemini niſi 43 ætatis anno exacto, capere magiſtratum licuit, veruntamen non raro apud eos ciuibus ſuffragantibus meritis, honores demandatos, nullo reſpectu ætatis habito, Alex. ab Alex. & Plutarch. in Q. Genial. dier. l. 3. c. 3. Flam. teſtantur. *Non enim*, vt inquit Philoſophus, l. 2. c. 11. *ſatius eſt eos eligi, qui ætate, ſed qui virtute antecellant.* Notatu digna ſunt Machiauelli verba, lib. 1. diſc. cap. vlt. *Conceſſo eo*, inquit, *quod iuuenis cum ſit ſingulari tamen virtute excellat, perniciosũm eſſet inſtitutum, ſi ob ætatem non liceret ei virtutem ſuam in Reipub. vſus conferre, ſed expectandum foret, donec animi vigor ille conſeneſceret cum ipſo corpore, nec Reipublicæ in ea ætate prodeſſe poſſet, qua Val. Coruinum, Scipionem, Cn. Pompeium, addo Flaminium patriæ tãtopere profuiſſe nouimus.* Sub finem hoc quod ſentio, ſubiicio, nimirum hanc legem apud Chalcidenſes tum locum obtinuiſſe, cum, vt eſt apud Ariſt. lib. 4. c. 3. potentiam paucorum ſibi vendicarunt. Antea enim in ea Inſula Tiranas (quos è cœlo natos aſſerunt) regnaſſe, Solinus c. 17. refert.

V.

Nonnullæ Reſpublicæ priſcæ, vt Corinthiorum, Tenedorum, Lucanorum, etiam deformes & claudos ad Rempublicam admiſere.

Ad aptitudinem imperãdi naturalem pertinet quoq; auguſtum regentis corpus, membrorũque conformitas & pulchritudo, quam Æthiopes in eligendo Rege præter virtutem bellicam ſpectaſſe Damaſc. refert, apud quã & hoc de Alitemiis habetur, quod eos elegerint Reges qui pedum pernicitate maximè præſtaret; ſic enim inquit: Ἀλιτέμιοι Λίβυες τοὺς ταχυτάτους αὐτῶν αἱροῦνται βασιλέας, τῶν δ' ἄλλων τιμῶσι τὸν δικαιότατον. Sed hæc ſecundaria & externa vſque adeo ſollicitè nec Corinthios nec alios obſeruaſſe reperio: Illorum enim regnũ Bacchæus tertius claudus & deformis iuſtè & moderate adminiſtrauit. Tenedi Amaurum regem habuerunt pedibus claudum, vt & Luca-

ni La-

ni Lamiſcum quendam, cui tertium pedis digitum à maximo non diſſimilem lupi fuiſſe, Heraclides narrat. Nimirum ſi virtus adſit, facilis eſt iactura formæ, Iudicioſe caſus: Etſi optandum eſt, inquit, vt reges in compoſitione corporis alios (vt Saul ille ſuos fratres) ſuperent, ſi tamen non ſuperent, cauſa iuſta non eſt, vt à poſſeſſione ſcepteri pellantur. Lacedæmones olim ſtatuerunt, vt claudus in regnum non admitteretur: at tâdem hoc verum eſſe ſenſerunt, quod *melius ſit Regem, quàm regnum claudicare*. Impium igitur & plane Ethnicum hoc eſt, quod Romuli & Lycurgi legibus monſtroſos partus ſine fraude cædere liceret, cum omnia à Deo tàm formoſa quàm deformia, & lex quoque diuina nulla corporis deformitate primogenito paſſa eſt adimi prærogatiuam, multò minus vult ob eam illum interfici, vt grauiter argumentatur Bodinus de Repub. Huc referre libet iudiciũ P. Iouii Hiſtorici, quod extat de factione inter familiã Lãcaſtriam & Eboracenſem, cuius initiũ eiuſmodi fuiſſe ſtatuit, quod Edoardus natu minor formâ præſtanti & indole egregiâ acceptior popularibus Edmundo fratri maiori quidẽ natu, ſed corpore deformi regno præpoſitus eſſet.

3. Polit. c.12. — Deut. 21. — In fine deſcript. Angliæ.

VI.

Pleræque Græcorum ciuitates vt & Carthaginenſes in Magiſtratu etiam cenſum & diuitias reſpexerunt.

Vt facilis ſit gubernatio publica, tria requiri docet Simanca lib. 5. de Rep. cap. 3. *Sapientiam, ne erretur, potentiam, vt quæ decernuntur in actum producantur, & familiam, vt contemptus tollatur, adſit autoritas.* De vltimo requiſito iam vidimus: Reſtant duo priora; quorum alterum, potentia nimirum, ad fundamentum Principis, quamuis minus principale pertinet, & ſub ſe comprehendit diuitias & opes. Vbi à Politicis moueri hæc quæſtio ſolet, *An diues paupeti præponendus*; quæ communiter ita ſoluitur; Nec nimis pauperem, nec nimis diuitem ad Magiſtratum gerendum aſſumi debere. Sed aptior eſt iſta determinatio quæ ſuppeditatur Syſt. Pol. pag. 55. per diſtinctionem, nimirum Monarchiæ & Ariſtocratiæ. In Monarchia pura, nempe non ita ad priuatas opes reſpicere poſſumus, quemadmodum in Monarchia mixta & regno electiuo, vt & Ariſtocratia. Hinc Thebanorum lex illa, quâ Mercenarii annos decem à foro abſtinere; ſulſque bonis acquiſitis honeſtè viuere iubentur antequam ad Magiſtratũ admittantur. Ariſt. l. 3. Pol. c. 3. Chalcidenſis vrbis Præſules viros fuiſſe Principes ex magnis cenſibus optimates habitos, Strabo lib. 10. autor eſt. Carthaginenſes non optimos ſolum, ſed & ditiſſimos cenſuerunt Magiſtratibus admouendos, quod arbitrarentur fieri non poſſe, eum qui egeſtate premeretur, rectè ſinceteque Magiſtratum gerere aut quietem optare, Cœlius lib. 20. cap. 24. Vnde eſt quod hac in parte magis ad paucorum potentiam, quàm ad regimen Ariſtocraticum eorum Rempublicam accedere Ariſtot. l. 2. c. 11. dicat. Cur autem in hoc ſtatu Reipublicæ etiam ad diuitias quoque & cenſum reſpiciendum ſit, vide Caium l. 2. c. 7. quatuor rationibus idipſum docentem.

Bodin. l. 5. c. 1. — Val. Max. lib. 4.

VII.

Priſcæ Reſpublicæ Græcæ in eo felices fuerunt, quod præ aliis eius temporis gentibus habuerint Principes & gubernatores ſapientiâ ac virtute præſtantes.

Accedimus ad fundamentum regni principale & aptitudinem imperandi acquiſitam, quæ eſt virtus tàm intellectualis, quã moralis; quam vtramque Principi neceſſariam nemo facilè, niſi virtute mentis inops negabit. Quẽnam enim plura ac meliora ſcire oportet quã Principem & Magiſtratum, cuius doctrina omnibus ſubiectis profutura eſt? Cuius magnũ ac difficile munus, cura ingens & quæ magnis autoribus eget. Plato lib. 2. de Rep. Omnium memoria digniſſima ſunt verba Dionis in Orat. 3. de regno, vbi ſic inquit: Bonus Rex aliis « quidem exiſtimat virtutem eſſe honeſtã poſ- « ſeſſionem, ſibi ipſi autem neceſſariam: Cui « enim maiore opus eſt prudentia, quam qui de « rebus maximis conſultat; & cui exactiore iu- « ſtitia, quàm ei qui maior eſt legibus? Cui forti- « tudine validiore, quàm ei ſub quo omnia ſer- « uantur? Cui modeſtiâ contentiore, quàm cui « omnia licent? Quem autem magis delectant « virtutis facta quàm eum, qui omnes homines « ſuiipſius animi ſpectatores & teſtes habet, vt « quicquid faciat latere non poſſit, non magis « quàm ſol ingredi per tenebras; omnia enim « cætera illuſtrans primum ſemetipſum oſten- « dit. Idem: Quando Homerus dicit, Reges eſ- « ſe à Ioue nutritos, & Ioui amicos, nihil aliud « dicit, quàm cibũ eorum eſſe doctrinã & diſci- « plinam: ſic nimirũ Minos Cretenſium Dux ab « Homero Iouis *congerro* dicitur, quod ab eo iu- « ſta & regalia didicerit, vnde omniũ iuſtiſſimus « Minos fuiſſe dicitur. Epaminõdas Thebanorũ « Dux, nõ ſolũ prudẽtiſſimus, iuſtiſſimus, ſed & eloquentiſſ. Iuſtino, Diod. & Probo celebratur. Neque opus eſt colligere hoc loco infinita

Veget. de re milit. proœm. lib. 2.

eorũ exempla, qui virtutum laude clari apud Græcos fuere, de quibus hoc reſponſum fuiſſe reſtatur Herodot. lib. 1. inde à priſcis temporibus Græcã gentem eſſe dexteriorem Barbarâ, (Barbaram autem, vt ex Ariſt. conſtat, Græci vocarunt, omnem aliam gentem) Et ſtatim à primo initio colligimus Græcas vrbes & regiones prudentes & iuſtos viros habuiſſe, à quibus ad finem Politicum aſſequendum aliquouſque perductæ fuerunt, donec tandem artes ac diſciplinæ vnà cum prudentia & aliis virtutibus in iis ita creuère, vt nullibi vnquam magis. Et diſciplinas & artes, vt & primas literas in Græciam Phœnices introduxerunt, ſi quid Herodoto credimus; Lib. 5. Quamuis ſolos tantũm Proceres exercuiſſe & philoſophatos eſſe ex tanta rerum antiquarum obſcuritate nonnulli præſtantes viri eruunt, qui vellus illud aureum Iaſonis nihil aliud fuiſſe ſtatuunt, quam membranam, cui inſcripta fuerint ſecretiora Philoſophiæ præcepta; Poſtea tamen Socrates ex familiis Procerum vindicatã Philoſophiam etiam aliis hominibus communicauit; vnde eſt quod Philoſophiã de cœlo tuliſſe dicitur. Nec eſt, quod quis nobis hoc loco Oſtraciſmũ & Petaliſmum obiicere velit, cum illa exilii genera in Democratico ſtatu non ob virtutem ſimpliciter, ſed ob viros virtute ſuâ ſe nimium efferentes, eiiciendos præcipuè & per ſe inuenta videantur, vt hoc inſtitutum Syracuſanorum fuiſſe expreſsè Alex. ab Alex. refert lib. 3. cap. 20.

VIII.

Moſyni Aſiæ populi Regem ſuum turri incluſum educant.

Ad cauſam boni Principis, pertinet *Cura educationis*, quæ cum non tantum per præcepta, ſed etiam per exercitationem tam domeſticam quàm extraneam fieri debet; imprudenter ſanè facere videntur hi populi, qui, vt Damaſcen. inquit, τὸν ἑαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πυργῷ κατακλείσαντες. Pomp. l. 1. de his populis ſic inquit: *Moſyni vel Molynaci turres ligneas ſubeunt, palàm Reges deligunt, vinculiſque arctiſſimâ cuſtodiâ tenent.*

IX.

Sicyonii, Corinthii, Thebani, Epirótæ quamplurimis ſæculis Reges non aliter quàm à ſanguine Regum adepti ſunt.

Sequitur iam poteſtas imperandi, videlicet commiſſio regni nuda, quæ eſt vel extraordinaria vel ordinaria; quam ordinariam commiſſionem nõ per electionem, ſed per ſucceſſionem in Græcia eo tempore factam cum à Regibus regeretur, his verbis in axiomate poſitis Bodinus lib. 6. c. 5. aſſerit, quo loco redarguit Ariſtotelem, quod Barbaros vocet eos, apud quos iure ſucceſſorio regna deferuntur, quod etiam propterea Carthaginenſes Spartanis prætuliſſe dicit, quod hi Reges ab Herculis ſtirpe ducerent, illi ſuffragio populi ſibi crearent. Et addit Bodinus: Nullum Græcorũ Principum ſuffragio factum legimus, præter Pittacum & Timondam. Sed hæc quæſtio de ſucceſſione & electione plenè in Syſt. Pol. diſceptatur & determinatur; vbi videri poteſt. Apud Cretenſes ſublatis Regibus Coſmi fuerunt electi ex certis quibuſdam familiis, ex iis poſteà ſenatores creati, vt videmus apud Ariſtot. l. 2. c. 10. Modus autem electionis pro cuiuſque gẽtis conſuetudine variat. Optimus, in Ariſtocratia is dicitur, cum præſtantiſſimus virtute habet ius ſui ſimilem eligendi, & hic electus tertium eligit, tertius quartum, & ſic deinceps; quem modum à quinque viris Carthaginenſibus obſeruatum fuiſſe ex Ariſt. lib. 2. c. 11. colligimus.

X.

Regibus Æthiopum non filii proprii, ſed ſororum filii in regno ſuccedunt.

Circa perſonas ſucceſſionis hoc conſiderãdum eſt, quod ab omnibus ferè gentibus æquiſſimo more receptum legimus, vt filius, & quidẽ primogenitus patri in regno ſuccedat; Æthiopum verò Reges tantum abeſt vt primogenitis, vt etiam non filiis, ſed his neglectis, ex ſorore nepotibus ſucceſſionem traderent, idque propterea, quod vt eſt apud Damaſc. ſororibus potiſſimum honorem exhiberent. Quod ſi igitur ex iis nullus ſuperſit cui ſuccedere ius ſit, pulcerrimum omnium & bellicoſiſſimum regem deligunt. Græca Damaſc. verba ſic habent: Αἰθίοπες τὰς ἀδελφὰς μάλιστα τιμῶσι, καὶ τὰς διαδοχὰς μάλιστα καταλείπουσιν οἱ βασιλεῖς, οὐ τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἀδελφῶν υἱοῖς. quæ propterea addidi, quia Alex. ab Alex. cum interpretat. Latina non conuenire videtur, cum lib. 6. cap. 10. ad regni ſucceſſionem non regis, ſed fratrũ filios apud Æthiopes vocatos ſcribit.

XI.

Minos victis Barbaris vrbi Minoæ nomen impoſuit, legeſque Creticas ſeruare iuſſit.

Extraordinariam acquiſitionem, armatam nimirum, valdè in Græcia fuiſſe frequentem, primo axiomate ex Thucyd. lib. 1. diximus. Ad eam acquiſitionem extraordinariam etiam hoc factum Minois referimus, qui, vt habetur

apud

apud Heracl. cum intellexiſſet Dædalum fugientem Minoam Siliciæ vrbem, (quæ prius *Macara*, quaſi beata nuncupata eſt) claſſe appuliſſe, aſcendens per Lycum fluuium, vrbe potitus eſt, & victis Barbaris ab ſe vrbi nomen impoſuit, legesque Creticas ſeruare iuſſit. Quod factum, & quæ acquiſitio vtrum iuſta & legitima fuerit, ex canonibus & regulis Syſt. Pol. pag. 124. traditis, diiudicari poteſt: Nec ſtatim Barbari iudicandi ſunt, qui tales à Græcis faſtuosè magis quàm verè appellãtur. Quâ occaſione moueri illa quæſtio poteſt: *Vtrum Princeps aliquis Christianus, iustè poſſit inferre bellum Barbaris nationibus, à quibus nunquam eſt ipſe læſus, &c, an illud Imperium ſit legitimum.* Nec poſſum quin aſſcribam reſpõſionem legatis, quos Cambyſes ad explorandam regionem miſerat, à Rege Æthiopum datam: *Non*, inquit, *iuſtus ille vir eſt* (Cambyſes) *alioqui non affectaret regionem alienam, ſed ſua contentus, non redigeret in ſeruitutem homines, à quibus nihil laceſſitus eſt.*

XII.

Reges Tyrrhenorum vſi ſunt coronâ aureâ, ſellâ eburneâ, & ſceptro in ſummitate aquilam habente, item tunica auro diſtincta, & purpura togaque picta purpureâ.

Commiſſio regni certis ſymbolis inſignita, dicitur *inauguratio*; cuius adiuncta & inſignia ſunt corona, ſceptrum, amictus purpureus, faſces, de quibus vide Halicarnaſſ. qui hoc de inſtitutis Regum Tyrrhenorum referens, ſingulas ciuitates lictorem vnum Regi addidiſſe dicit; qui cum faſce ſecurim illi præferret, & cum totius gentis eſſet expeditio, duodecim ei ſecures, cuius imperium erat in exercitum, traditas.

XIII.

Apud Cretenſes Coſmi Rempublicam, non ex præſcripto legis, ſed ex arbitrio adminiſtrabant.

Accedimus ad officium & regimen Magiſtratus, cuius cauſa dirigens & norma eſt lex, quam Coſmos Cretenſium in regẽda ſua Repub. neglexiſſe, axioma noſtrum ex Ariſtotelis 2. lib. cap. 10. deſumptum refert. Ex cuius lib. 3. quoque Bodinus hoc de veteribus Græcis affirmat, quod ſe ex legibus iudicaturos iurarunt, ſin quæſtio propoſita nullâ lege comprehensâ videretur, æquiſſimam tamen ſententiam laturos: vt verbis eorum vtar, δικαιοτάτῃ γνώμῃ. Nec ſatis probatur Charondas Carthaginenſium Legislator, qui teſte Diodoro Siculo, lib. 12. Magiſtratus à verbis legum diſcedere vetuit. Cretenſes anteà præclaras & vtiles leges habuiſſe, paulò poſt conſtabit; quomodo igitur factum ſit, vt Coſmi non ex illarum præſcripto, ſed ex arbitrio Rempublicam adminiſtrarint, id quidem Ariſtoteles non explicat, etiamſi hoc tanquam periculoſum in Republica Cretenſi repræhendat. Vbi tamen ſciendum, arbitrium & ſentẽtiam iuſti & prudentis viri, nonniſi quodam reſpectu externo, differre à lege, quæ vſitatè ſumitur pro recta ratione certis formulis concepta & ſcripta, atque adeo pro ſententia prudentis & iuſti Principis magis euidenti & firma, vt dicitur Probl. 1. diſt. 2. Ord. Polit. quod huc transferri poteſt.

Lib. 6. c. vlt. Pollux l. vlt.

XIV.

Minos Rempub. Cretenſium certis legibus conſtituit; Erat is non ſolum rebus geſtis clarus, ſed etiam Legislator imprimis æquus ac bonus, & accuratus; vtpote qui in nonum vſque annum leges ſuas preſſit & exaſciauit, antequam eas publicè ferret.

Bodinus lib. 6. dicit primam legum ferendarum occaſionem à popularibus & optimatum imperiis, cum à regali ſtatu diſcederetur, originem accepiſſe. Id quod fortaſſe non æque de omnibus Græciæ vrbibus, quam de Lacedæmoniis & Athenienſibus dici poteſt, quibus libidinem Regum pro legibus antea fuiſſe Hiſtorici produnt. Cum enim ad Regiã dignitatem, vt habet Philoſophus 3. Pol. c. 1. Legum latio pertineat, ideo inuenti ſunt nonnulli etiam inter Reges & Principes Graecorum, qui legibus Rempubl. inſtruxerunt: Inter quos Minos ſoli ſibi ius ferendarum legum, in Creta vſurpaſſe Heraclidi dicitur, qui incultũ genus hominũ, quod ab initio in Creta habitauit & Rhadamanthi cuiuſdam inſtitutis ad manſuetiores vitæ ritus perductum fuit, iuſtitiã & æquitate magis adhuc excoluit; eique eas leges præſcripſit, quas multæ aliæ regiones & vrbes imitarentur, vt apud Ariſt. & alios videre eſt. Quo loco moueri quæſtio illa poteſt, quam habet Machiauellus lib. 1. c. 9. *An nimirum in præclarè inſtituenda Republica forma neceſſe ſit ferendarum legum vim & autoritatem penes vnum hominem exiſtere.* Et in pura quidem Monarchia res manifeſta eſt, in qua cum penes Principem ſit ius Maieſtatis, potentiam quoque legum ferendarum penes eundem eſſe neceſſe eſt, quæ etſi non communicari debeat aut poſſit, conſultum tamen eſt Principem

Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.

Plat. Strab. 10.

habere viros ſapientes, peritos rerum, & iuſtos, quorum opera in ferendis legibus vtatur. In cæteris quoque formis affirmatiuam Machiauel. tuetur, ductus præſtantium virorum & legumlatorum exemplis, vt Moſis, Lycurgi, Solonis, &c. quos boni publici cauſa ſolis ſibi potentiam ferendarum legũ vſurpaſſe ſcribit. Alteram etiam quæſtionem Machiauel. l. 1. c. 11. tractat: *An feliciores Reſpublicæ quibus ſtatim ab initio, aut non multo poſt leges ſimul omnes ab vno quopiam conditæ fuerunt.* Vbi affirmat, quod vt legum mutatio & abrogatio, ita ad eaſdem frequens additio periculoſa, & non rarò pernicioſa eſt: ab initio enim ſuos quiſque mores ad leges accommodat, atque ita firmiores illæ Reſpublicæ exiſtunt. Et ſane vltrò hanc rationem admittimus, dummodo talis aliqua Reſpublica dari poſſit, cui in tanta hominum & rerum inconſtantia & varietate omnes ſimul leges præſcribi poſſint. De hac quidem noſtra Cretenſi aliàs præclariſſime
2. c. 10. inſtituta, videtur affirmare Ariſtoteles, plurimas in ea res antiquas minus ſuis partibus abſolutas & perfectas fuiſſe. Cæterum hoc quoque Machiauel. addit: In legumlatione à viris ſapientibus obſeruandum eſſe, vt diuino id inſtinctu facere videantur, quemadmodum præter Lycurgum & Solonem, Minoem hoc feciſſe apud Nicolaum Damaſc. legimus, qui
De morib. gent. ſe ab ipſo Ioue leges didiciſſe finxit, quod per annos nouem ad montem quẽdam commeatet, vbi antrum Ioui ſacrum erat, à quo reuerſus ſemper leges aliquas Cretenſibus attulit. Eſt enim, vt quidam monet, vnica inuidiæ placandæ ratio, ſi quod accidit boni, ad autorem Deum referatur; ſed plurimum intereſt, ſuperſtitioſè ne, an religioſè aliquid fiat, &, an verè & commentitiè: quod non ſatis vel intellexerunt vel obſeruarunt Minos, Numa & alii.

X V.

Locrenſes mutationes legum impenſè oderunt, ita vt ſi quis legem ferre nouam vellet,
Bodin. l. 4. c. 3. & 6. *iuberetur illud facere collo in laqueum inſerto; vt ſi lex videretur bona, eius autor incolumis abiret: ſin diſpliceret, laqueo ei gula frangeretur.*

Habet hoc axioma Demoſthenes in Timocrat. De Thuriis idem quoq; Diod. Siculus l. 12. refert. Apud Cretẽſes etiã non in minori dignitate & reuerentia leges fuiſſe habitas illud argumento eſſe poteſt, quod pueris more cantilenarum fuerunt propoſitæ, vt ſæpius eas canendo ediſcerent, ne obliuioni traderentur; quas leges non fuiſſet facilè mutare, niſi mutatâ ætate & conditione hominum. Hinc Ariſtot. in Probl. ſect. 19. quæſt. 28. dicit leges pleraſque *cantilenas* appellatas, quod homines prius quam literas ſcirent, leges cantarent, ne eas obliuioni traderent. Sic Cicero 2. De legibus; *Diſcebamus*, inquit, *olim pueri leges 12. tabularum*; quem morem Ethnicos ex lege Diuina traxiſſe credibile eſt. Sic enim Sabell. Enn. 1. l. 4. legem Moſis citat: *Pueri*, inquit, *ab initio leges diſcant, diſciplinam enim continent optimam*: quo in loco multas leges Moſis collegit, ex quibus recentiores legumlatores multa deſumpſiſſe arguit.

X V I.

Nonnullæ Græciæ ciuitates Regiam poteſtatem ita conſtrinxerunt, vt ipſa inter ſe de publicis rebus ſacris ac ciuilibus, commune quoddam conſiliũ & velut comitia haberent.

Ad cauſſas & partes eſſentiales conſtituentes regimen, pertinet eorũ, quæ ambigua ſunt præuio conſilio determinatio, quale Conſilium publicum apud Græcos fuiſſe præter Pli- L. 35. c. 11.
nium Strabo lib. 9. teſtatur, cum inquit: Primò duodecim conueniſſe dicuntur ciuitates, quæ ſingulæ bis in anno ad Concilium miſerunt Pythagoram (ſic enim legatum illum vocabant) Veris initio & Autumni, poſteà verò plures conuenêre ciuitates, conuentum autem illum vel *ſynodum* nuncuparunt *Pylæam*, quoniam ἐν πύλαις congregabantur, id eſt, ad portas, quas etiam *Thermopylas* dicunt. Lib. verò 8. conuentum hunc ex ſeptem ciuitatibus conſtare ſcribit, nimirum Hermione, Epidauro, Ægena, Athenis, Praſio, Naupliis, Orchomeno. Eraſmus in Chiliad. *Populi*, inquit, *qui in id conſilium conuenire ſolent, numerantur duodecim: Iones, Dores, Perrhæbi, Bœoti, Magnetes, Achæ, Phthii, Molienſes, Dolopes, Ænianes, Delphi, Phocenſes.* Qui idem ex Theopompo ac Pauſania dictum hoc conſilium in Phocicis.
putat ab Amphictyone Deucalionis filio, qui cum rerum potiretur, gentes Græcanicas conuocaſſe dicitur, vel etiam ex Anaximene & Androcione inde appellatum exiſtimat, quod vndecunque ad hoc conſilium ex communi Græcia conueniretur. Primus huius cõ-
ſilii autor ſtatuitur quidam Acriſius. Bodinus Strabo lib. 9.
lib. 1. cap. 7. inquit, ſeptem Amphyctyonum ciuitates percuſſis fœderibus cæteras ferè Græcorum ciuitates in ſocietatem pertraxerunt, & cum ſingulis annis conuentus haberent, Legati omnium ferè ciuitatum eò conueniebant,

bant, vt de rebus rationibus inter ipſos communibus decerneretur ab iis, quos ipſi *Myrios* appellabant; quo loco etiam nonnulla habet de conuentu & comitiis Achæorum. Lycios quoq; commune habuiſſe Concilium, Strabo autor eſt l. 14. ad quod 23. vrbes conuenêre, id decernentes quod maxima pars comprobaret, in quo primus Lyciæ præfectus, poſt alii vrbium Magiſtratus electi fuere.

Pauſ. in Eliacis & Achaicis. Dio. Sic. lib. 10.

XVII.

Apud Moſſynos, ſi quis iudicatus ſit minus benè in publicum conſuluiſſe, eum fame enecant.

Ita Damaſc. Ἐὰν δέ τις δόξῃ κακῶς τῇ βουλεῦσαι, τῷ λιμῷ αὐτὸν ἀποκλείουσι. Sed hic tamen videndum, ne malum conſilium non tam ex euentu, quam ex intentione & animi malitia eius, qui conſilium ſubminiſtrat, iudicemus; ſiquidem multæ ſunt hallucinationes in deliberationibus, ac ſæpiſſimè ſapienter cogitata infeliciſſimè eueniunt. Sicut enim ars nauium gubernandarum nonnunquam vi tempeſtatũ vincitur: ita bona conſilia interdum à fortuna ſuperantur, inquit Artabanus ad Xerxen. Et vt maximè Conſiliarius fidem, non tamen euentum & ſucceſſum rerum præſtare tenetur, qui à Deo ſolo & petendus & expectandus eſt, vt præclarè monet Demoſth. in Orat. περὶ στεφάνου.

XVIII.

Cretenſium lex erat ne quis vxorem duceret niſi ætate æqualem: nec vero ſtatim ſponſas ſponſo tradebant, ſed tum demùm, cùm ad domum regendam ſatis idoneæ viderentur.

Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8. Val. lib. 7. cap. 7.

Ad ipſum viuere ſubditorum pertinet cura Natiuitatis, ſanitatis & victus. Cura autem natiuitatis in ſe comprehẽdit curã matrimonii, quod dicitur eſſe liberorum procreandorum cauſſa, vnde ſenile quoddam coniugium Auguſtus iniuſtum pronunciauit. Hunc verò Cretenſium morẽ habet Strabo l. 10. & Sabel. Enn. 1. lib. 4. vbi inquit: *Inter æquales connubia conciliari ius erat.*

XIX.

Thebanorum lex erat, ne ciui Thebano liceret infantem exponere, neque in ſolitudinem abiicere ſub capitis ſupplicio: verum ſi in extrema mendicitate eſſet conſtitutus pater, cogebatur ſtatim ipſum infantem ad Magiſtratum cum ipſis faſciis adſerre, qui acceptum alicui tradebat leui pretio, cum quo pactum inibatur, vt bona fide infantem aleret & adultum ſerui vel ſeruæ loco haberet, ſic vt alimentum & educatio ſeruitute compenſaretur.

Scimus, inquit alicubi Lipſius, *Græcis Latinisque in promiſcuo vſu fuiſſe abiectiones infantum & expoſitiones*; contra quem vſum hanc Thebanorum legem, quam habet Ælianus, ſanctiſſime latam fuiſſe veriſimile eſt. Nec ſatis liquet quam ob cauſſam Græci hanc tam impiam, & plusquam Ethnicam impietatem admiſerint; ſi ob nimiam ſubditorum multitudinem; ſane alia iis fuiſſent meliora longe remedia ad auertendum ſubditorum numerum, qualia duo præſcribuntur in Polit. Syſt. pag. 176. Cui rei etiam inſeruire potuiſſet coloniarũ deductio, quam iam in Græcia vſu receptam fuiſſe Hiſtorici hinc inde teſtantur. De Cretenſibus Ariſtoteles hoc ſcribit, quòd ne nimis multos filios procrearent, maſculorum conſuetudinem introduxerunt, quam prolixius Heracl. in Polit. Cretenſ. deſcribit, vbi addit, nihil in ea re apud illos turpitudinis fuiſſe, cum tamen ab eius vel cogitatione animus caſtus meritò abhoreat.

lib. 2. Var. hiſt.

Strabo lib. 10.

XX.

Græcæ Reſpub. in id vnicè incubuerunt, vt non niſi peritos & excellentes haberent Medicos.

Sequitur ſanitas, cuius cauſſæ inſtrumentales ſunt Medici, quorum, vt ipſorum medicamentorum magnam apud Græcos habitam fuiſſe rationem, Langius Epiſtola 2. ex hiſtoricis probat, vbi Græcos, inquit, medicamenta in Æſculapii templo tanquã donaria eidem conſecrata recondidiſſe, quæ vulgò contrectare nefas erat. Et citat hæc Pauſaniæ verba ex libro Corinthiac. 2. Fuit in Epidauro olim lucus Æſculapio Apollinis in arte medendi ſacer, in quo ædificium rotundum, marmore candido incruſtatum erat, quòd *Tholum* vocabant, hoc (inquit Langius) olim pluribus, viuente verò Pauſania Græcorum Hiſtoriographo, ſex tantum columnis ſuffultum fuit, quibus tum virorum tum mulierum nomina, qui Æſculapii opera conualuiſſent inſculpta erant; inſertum quoque quo quis morbo laboraſſet, quâque curationis methodo ſanatus eſſet. Et paulò pòſt, idem Langius Græcos à perito quodam Medico Ægyptiaco, cui nomen erat *Iochen*, peſtiferam aeris luem igne expiare ac prædicere didiciſſe aſſerit, quos Cicero prodit quotannis caniculæ ortum deditã operã obſeruaſſe, & ex eo quoque Hera-

Epiſtol. 2.

clides Pontic. aſſerit, an ſalutaris aut peſtifer annus futurus ſit, coniecturam feciſſe, ea ratione; ſi namque canicula vnà cum Sirio ſuo aſſecla in ortum caliginoſa effulſerat, tum cœlum illud pingue & concretum, illiusque inſpirationem peſtis contagione fore virulentam, ſin verò illuſtris & ſole coruſca emicuerat, tum cœlum aut tenue purumque fore & eo nomine ſalubre diuinabant.

XXI.

Cretenſes ſuos habuerunt Periœcos, *qui agros coluerunt; ſicut & Theſſali ſuos* Peneſtas.

Reſtat cura victus ſiue annonæ; ad quam parandam opus eſt, vt agri laborioſè excolantur, & quam fertiliſſimi reddantur, quod per *Periœcos* ſuos Cretenſes, & per *Peneſtas* Theſſalos feciſſe, nullum dubium eſt. Ariſtot. lib. 2. cap. 10. Ex vectigalibus, inquit, quæ Periœci penſitant, pars certa præfinita eſt, altera ad res diuinas faciendas, & publicorum munerum functiones, altera ad conuiuia publica. Ex quo Ariſtotelis capite etiam hoc apparet, ipſos Periœcos quaſi ſeruorum loco apud Cretenſes fuiſſe habitos. Galactophagos terram non coluiſſe, ſed victum ſibi ex equarum lacte confeciſſe, Damaſc. refert. Melius Phryges, qui tantam ſuſceperunt agrorum curam, vt etiam morte eum afficerent, qui bouem aratorem interfeciſſet, aut agriculturæ inſtrumentum ſurripuiſſet. De Carthaginenſibus Polybius lib. 1. teſtatur, quod agriculturâ duntaxat rem familiarem ſuſtentare conſueuiſſent.

XXII.

In Eubœa inſula Eretrienſes & Chalcidenſes ſuas habuêre ſcholas & loca ſtudiis artium deſtinata.

Veniendum nunc nobis eſt ad curam virtutis, quæ eſt vel prima, vel orta: Prima eſt, circa ætatis primæ Educationem, quam reſpectu videlicet mentis conſiderarã, publice in ſcholis fieri debere, in Syſt. Pol. pag. 194. docetur; quo loco nõnulla de eius rei neceſſitate & vtilitate adferuntur, quibus hæc vrbium præſtantiſſimarum exempla adiicere verbis Strabonis libet: Lib. 10. Ciuitates iſtæ, inquit, ad pacem bellumq; gerendum ingenti, dignitate antea pollebant; adeò vt etiam philoſophãtibus amœnum tranquillumque ſuppeditent diuerſorium: teſtis ſane eſt Eretricorum Philoſophorum ſchola, quæ Menedemi ductu & authoritate Eretriæ conſtiterat, & prius etiam Ariſtotelis ſecta, qui ad Chalcidem verſatus eſt, quoad vita functus eſt. In Rhodo quoque ſtudia liberalium artium floruiſſe dicuntur, in quarum inſcitia & ignorantia vitam transfigere ſuppliciorum grauiſſimum, Mitylenenſes apud Ælian. lib. 7. cap. 17. iudicarunt, qui ſociis perfidiâ notatis, hanc impoſuêre pœnam, vt liberos ſuos non docerent literas neque artes liberales, ſiue, vt in Græco, Muſicam; quâ potiſſimũ Græcos delectatos fuiſſe, nouimus.

XXIII.

Pueri Cretenſium ſimul degebant, vnicâ veſte æſtate & hyeme contenti: congregabantur autem per turmas, ac cuilibet turmarum præerat Magiſtratus, quem Agelaten *ſeu* Turmæ ducem *dicunt. Is eos cogebat in vnum vbi volebat, atque ad venationem educebat, vt plurimum etiam vnâ ſomnum capiebant, pugnabant inter ſeſe ex legis inſtituto calcibus & fuſtibus, quumque congrediebantur, erant qui ipſis tibias accinebant & citharam pulſabant.*

Educationem eam quæ magis ad corpus refertur ſummæ Cretenſibus curæ fuiſſe, ex hiſce Heracli. Pont. verbis apparet. Damaſcenus paulò aliter. Cic. 1. Tuſc. Cretenſium pueri, inquit, in vnum publice congreguntur; ibique vnâ duriter educantur, & venationibus dediti per accliuia nudis pedibus diſcurrunt, armati ad *ſaltationem, Pyrrhichicam* dictam magno labore Lucian. ſaltat. aſſuefiunt: cuius inuentor fertur fuiſſe Pyrrhichus Cydoniates, genere Cretenſis, qui vt notat quidam in 16. Solini caput, docuit in armis flexu corporis ſaltare, quo plagæ telaque euitarentur. Hæc verò bellica præparatio, & non modo ad corporis patientiam, ſed & ad animi continentiam aſſuefactio, etſi quidem omni laude & æmulatione digniſſima eſt, tamen hoc non caret reprehenſione, quod literas eatenus tantum didicerunt, vt mediocriter ſaltem eas attingerent. Vide Strab. lib. 10. vbi pueros iſtos publicis alimentis educatos aſſerit.

XXIV.

Cum ſalubri cœlo frueretur Coorum inſula, & extremam ſenectutem attingere ibi hominibus daretur, præſertim fœminis, non expectabant tamen, prouectæ ætatis qui erant, fatum ſuum, ſed illud anteuertebant priuſquam vel imbecillitas accederet, vel parte aliqua manci fierent, ita vt hi quidem papauere; illi vero cicuta ſibi ipſis vitam eriperent.

Vitæ

Vitæ cura ſequitur, quæ eſt ipſarum virtutum tam Ethicarum quam Oecon. & Politicarum; circa ætatem quidem maturiorem. Et Ethicarum virtutes dirigentes vel analogicè vel proprie dicuntur. Ad virtutes dirigentes analogicè dictas, pertinet quoque ſui ipſius amor, cuius curam à Magiſtratu Inſulæ huius non ſine ſcelere neglectam fuiſſe ex Heracl. Pontico, ex quo noſtrum hoc axioma deſumptum eſt, apparet.

XXV.

Ad victus parſimoniam, cibique paucitatem multa ſapienter & acute apud Cretenſes à Legumlatore excogitata ſunt.

De Virtutibus dirigentibus proprie dictis, nempe de Iuſtitia vniuerſali & prudentia, etſi nihil quidē expreſſum apud Autores Græcos inuenio, tamē dubium nullum eſt, quin prout nimirum Magiſtratus iuſti ac prudentes fuêre, ſubditos tales etiam efficere voluêre: veriſſimum enim illud Dionis, *Robur ciuitatis & populi in prudentia & iuſtis factis conſiſtit.* Orat 40. De particularibus vero & gubernatis virtutibus hoc moneo, non eſſe propoſiti noſtri de omnibus iſtarum regionum priſcarum & populorum; præſertim Græcorum moribus, virtutibus, vitiis, agere; ſiquidem ea apud Plutarchum, Athenæum, Eraſmum & alios paſſim obuia ſunt, atque ita obuia, vt eorum intemperantia, ebrietas, libido, perfidia, &c. locum prouerbiis dederint: ſingularia tamen nonnulla, quæ ad procurandas virtutes Ethicas particulares pertinent, ex Damaſc. Heraclide & aliis proferemus. Ac temperantiam quidem & frugalitatem in Cretenſibus Ariſtoteles libr. 2. cap. 10. in genere commendat. In ſpecie, hanc à Minoe contra ebrietatem latam fuiſſe legem, ne videlicet inuicem compotarent ad ebrietatē, Plutarchus in Theſeo, & Plato in Minne approbat: vnde compotationibus & ebrietate Cretenſes eidem abſtinuiſſe dicuntur. Alex. ab Alex. Cretenſes militibus in omni militia vini potum interdixiſſe ſcribit, (Lib 3. c.11.) qui idem cum Solino, vtrumque ſexum apud Thraces focos ambire ſolere, & herbarum ſemine ignibus iniecto, nidore percelli ac ebrietatem imitari tradit, id quod & Scythas factitare proditum eſt, à quib. *Scythiſſare*, vt à Græcis *Græcari* hodie in vſu eſt. Huc pertinet id quod de Coorum inſula Heraclid. habet, in qua antiquitus aquam bibiſſe pueros itemque puellas, vſque dum nuberent dicit. Quamuis etiamnum ita potandos pueros nonnulli monét, vt illis magis aqua temperetur, quā lymphetur vinum, & tam ſobrie quidem ac raro, vt magis ad molliendum cibum, quam ad minuendam ſitim datus potus videatur. Impium tamen eſt quod Theophraſtus apud Bodinum lib. 1. cap. 3. de Maſſilienſibus ac Mileſiis ſcriptum reliquit: nimirum eis vſitatum fuiſſe, *vxores occidere ſi vinum bibiſſent*, quas hydropotas tantū fuiſſe Alex. ab Alex. aſſerit. Et vt contra Ebrietatem ab Indis & aliis populis leges optimè latas in Syſtemate Politico dicitur, ita ea ſancienda quoque demonſtratur, quæ ad frugalitatem & abſtinentiam in cibis conducere poſſint; Si quidem victus frugalitas à multis vitiis Rempublicam liberat. Polyb. lib. 6. Sarmatæ tribus diebus cibo ſe ita ingurgitāt vt repleantur, ſed Nomades lacte contenti ſunt. Et Ga- (Alex. ab Alex.) lactophagis victus ſaltem equarum lacte conſtat, vnde caſeos conficiunt, vt ita eo tum potu tum cibo vtantur, vnde non facile eos bello ſuperari, Damaſc. inquit, quod commeatus vbique ipſis præſto ſit.

XXVI.

Tennes legem tulit Tenediis, de adultero deprehenſo ſecuri necando.

Νόμον δὲ ἔθετο (Heraclid.) φασὶ τὸν βασιλέα Τέννην διαβιβάσαι, εἴ τις λάβοι μοιχὸν, ἀποκτείνειν τῷ πελέκει. Neque immeritò; nam ſi confuſiones libidinum maximarum in genere humano calamitatum cauſæ ſunt; propter quas ſæpenumero totæ gētes deletæ ſunt, vt Richt. axiom. Polit. 26. probat, mirum certe non eſt, quod prudentes & Reipub. amantes viri tales leges ſanciant, quæ non ſolum adulteria, verum etiā omnis generis libidines ſeueriſſimis pœnis ac ſuppliciis punire iubent. Sic Periander apud Corinthios odio habens flagitia, quæ ſe proſtituiſſent, omnes mari demergi iuſſit. Fuiſſe (Orat 37.) enim Corinthiorum ciuitatem maximè veneream, ex Dione, Solino & Eraſmi Chiliad. apparet, vtpote in qua etiam templum Veneri ſacrum adeo locupletatum teſtatur Pomp. Mela libr. 2. cap. 3. vt ſupra mille puellas caperet, vnde κορινθιάζειν, pro, *ſcortari* dicimus. Memoriā digniſſimum eſt quod de Tenne ipſo Heraclides narrat, qui cum filius eius captus eſſet, interrogatus quid ei faciendum, Lege vtendum reſpondit, quapropter & nummo eius ab vna parte ſecuris excuſa, ab altera facies viri & mulieris vno collo iuncta. Inde prouerb. de auſteris & rigidis, vt dicantur *Tenedia ſecuri ſecta.* Lepreatæ adulteros comprehenſos triduo per vrbem circumducūt vinctos, & per totam vitam infames habent, mulierē autem adulteram indutam perlucidā veſte ſine cin-

gulo in foro per vndecim dies ſtatuunt, atque ita ignominiâ notant. Apud Piſidas, vt Damaſcenus autor eſt, ſi quis in adulterio comprehenſus fuerit, is cum adultera aſino inſidens per vrbem circumducitur; quæ & ipſa pœna, etſi non ſat grauis, tamen nec omnino leuis eſt. Siquidē vita & fama pari paſſu ambulant, & in iure quoque infamia aliqua notati pro mortuis habentur. Bodinus lib. 1. cap. 3. Græcis omnibus vxoris necādæ ius ob adulterii cauſſam commune fuiſſe, ex Lyſia probat. Lipſius etiam quodam in loco ex Saluiani lib. 8. adducit leges Wandalicas, quæ non modo in adulteros, ſed omnes impudicos ſtupratoreſque gladio animaduerterunt; Quæ leges rigidiſſimæ, & tantum non impiæ videbuntur iis, qui lenones eorumque ſtudia approbare, ac eiuſmodi flagitia ſecuritatis & abſtinentiæ cauſſa reperta aſſerere ſolent. quibus quid ad hoc reſpondēdum ſit, apud Dionem, Orat. 7. habemus, in qua Cretenſes oblique notat, qui, vt ſupra quoque attigimus, à maſculorū contumelia & corruptione non abſtinuerunt.

XXVII.

Apud Corinthios lex erat conſtituta in eos, qui ſumptuoſius quam pro rei familiaris modo viuebant.

Extat lex illa apud Athen. quam è Græco Latine ab Eraſmo redditam, vide probl. 1. diſput. Polit. 2. Ord. quæ vt maxime facit ad fouendum & retinendam ſedulitatem, ita maxime Magiſtratui commendata eſſe debet, non obſtante eo, quod Herod. de Thracibus refert, apud quos otioſum eſſe pro honeſtiſſimo fuit habitum. Rectius Lucani, qui tanquam criminis alicuius etiam luxuriæ ignauiæque iudicia agitant. Damaſc. apud eoſdem quoque ſi quis conuictus luxurioſo mutuum dediſſe, mutuo iſto multatur. Apud Arabes, ſi Sabellico credimus; qui rem domeſticam minuit, publicè mulctatur, contra, honore afficitur, qui patrimonium auxit. Simile quid de Argis habet Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 12. apud quos, ſi quis in re quærēda negligens foret & remiſſus, rationem vnde victum quæreret apud magiſtrum, qui loco Cenſoris erat, reddere cogebatur. Idem Maſſilienſes ſacrificulos, qui quæſtus cauſſa ſacra circumferebant, ſuis oppidis exegiſſe, ne religionis prætextu otium & luxū ſectarentur, teſtatum facit. Vtinam verò in omnes hodie idem ſtatueretur, qui cum laborare vel poſſint, vel etiam debeant, dulcedine tamen ocii illecti, pondera terræ inutilia ſeipſos reddunt, ac aliena potius quadra viuere ſtudent. Vide Syſt. Politic.

Lib. 5.

Lib. 1. lib. 3.

Lib. 1. fol. 209.

XXVIII.

Tarteſſii aduerſus natu maiores, minorum teſtimonium non admiſere.

Παρὰ Ταρτησσίοις νεωτέρῳ πρεσβυτέρου καταμαρτυρεῖν, οὐκ ἔξεστι, inquit Nicolaus Damaſcenus. *Apud Tarteſſios minori natu aduerſus maiorem, teſtimonium ferre non licet.* id quod videbatur facere ad conſeruandam iuuenum erga ſenes obſeruantiam; Interim in iure Ciuili omnia rectius definita ſunt, qui nam & qua ætate & aduerſus quos teſtari poſſint.

XXIX.

Galactophagi, Aphytæi, Celtæ, Æthiopes, & c. populi erant iuſtiſſimi, qui aliena non attingebant, etiamſi ædium ianuæ nunquam occludebantur.

Iuſtitiæ diſtributiuæ proprium eſt ſuum cuique tribuere, non tantū quoad vitam & honorem, ſed etiam quoad fortunam; quā ſicut & commutatiuā, vt ſubditi ſinguli præditi ſint, magna Magiſtratui danda eſt opera, quemadmodum quidem apud Alitemios, prout quiſque maxime iuſtus eſt, ita & dignitate eminere dicitur, Damaſc. Apud Scythas Iuſtitia ingeniis culta, non legibus; apud quos nullum ſcelus furto grauius eſſe, Iuſt. lib. 2. aſſerit. Pædalios nihil à diis aliud petere quam iuſtitiam, Damaſc. memoriæ prodidit; apud quē & hoc notatu dignum, quod Æthiopes nullas plane ædium ianuas habeant, & cùm in viis publicis multa ſita iaceant, nemo eorum aliquid furetur. Singulare eſt, quod de Aphytæis habet Heraclides, apud quos quidam aliquando peregrinus emptum vinum non auexerat, quod nauigatio accelerãda ipſi inſtaret, relicto igitur in abitu vino, cum id nemini commendaſſet, alteris reuerſus nundinis, reperit illud intactum. Quomodo autem nonnulli furta punierint, infra indicabitur. Huc referri poteſt Cumæorum mos, apud quos vicini omnes conferre cogebantur ad reſarciendum, quæ furto ablata erant, vnde factum eſt, quod pauca furto amittebantur; quia vniuerſi pariter ſua aliorumque diligenter cuſtodirent, qui apud nos quoque vigorem legis obtineret. Atque hinc videtur petitum illud Heſiodi: οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. *Bos tuus non facile perierit, ni vicinum malum habueris*; ingens enim bonum eſt, bonum habere vicinum, id quod nec Themiſtoclem fugit; qui

cum

Digitized by Google

cum prædium venditurus erat, etiam hoc per præconem addendum cenſuit, *quod haberet bonum vicinum.*

XXX.

Grauiſſimum apud Piſidas iudicium depoſiti agebatur; quod, qui fraude inuertere conuictus fuerat, morte afficiebatur.

Damaſc. ſingularem hanc iuſtitiæ curam hiſce verbis Græcis deſcribit: *ἡ δὲ μεγίστη κρίσις ἐστὶ παρακαταθήκης, τὸν δὲ ἀποστερήσαντα θανατοῦσι*: Contrarium Indi obſeruarunt; apud quos ſi quis fraudabatur mutuo aut depoſito, actionem non habebat, ſed ſibi culpam imputare debebat, quod crediſſet; de actione verò depoſiti, vide Inſtit. Iuris ciuilis, *lib. 3. tit. 15. de mutuo*; hanc Iureconſulti magis ſpecialiter perſequuntur.

XXXI.

Cretenſes, Tyrrheni, Lucani, Thyni, Phaſiani, & alii, humani fuerunt & hoſpitales.

Commendant hanc gentium iſtarum humanitatem & hoſpitalitatē Damaſc. Heracl. Pont. Alex. ab Alex. & alii, tum Hiſtorici, tum Politici. Cretenſes magnam humanitatem peregrinis exhibuiſſe, & ſupremū iis accubitum detuliſſe Heracl. ſcribit, qui Tyrrhenorum etiam, Phaſianorum, ac Lucanorum, hoſpitalitatem teſtatam facit; quorum poſteriorum, Lucanorum nempe, pulcram de hoſpitalitate legem his verbis Alex. ab Alexan. profert: *Lucanis, inquit, lege cauebatur, vt ſi quis ſole* Lib. 4. c.10.
occaſuro diuertentes hoſpites, notos ignotoſque domo exigeret, κακοξενίας teneretur, mulctamque eo nomine pendere cogeretur. Maximi enim olim hoſpitale ius fiebat, inquit alicubi Philip. Melanchthon: nec hominis vocabulo digni ſunt, qui hoſpitalitatem non animo præſtant peregrino & egenti: Vnde apud veteres Iupiter ξένιος dictus eſt, quod in eius tutela fuerint hoſpites. Virgilius; *Iupiter, (hoſpitibus nam te dare iura loquuntur)* quos lædere idem eſt flagitium, ac ſi ſupplicem læderemus, vt grauiter monet He-
Oper. & dierum. ſiodus, lib. 1. *ἶσον*, inquit, *δ' ὅς θ' ἱκέτην, ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξῃ*. Inde eſt, quod Celtæ grauiorem pœnam irrogarunt ei, qui peregrinum, quam qui ciuem interemiſſet: nam huic exilium tantum indictum, illi vero ſupplicium mor-
Exod. 22. tis, intentatum fuiſſe Damaſcenus refert. Ius enim hoſpitii ſanctum & inuiolabile ipſe etiam Deus opt. max. in populo ſuo eſſe voluit: quod execrandâ ſuâ impietate Tauri & Scythotauri fœdè contaminarunt, qui pro hoſtiis aduenas immolarunt. Magis piè Calabri, hoſpites comi hoſpitio benigne inuitarunt, pyra illis affatim apponendo, vt notat Alex. ab Alexan. d. lib. vbi Germanis etiam ius hoſpitii ſanctiſſimum fuiſſe affirmat. Phaſiani adeo fuerunt hoſpitales, vt naufragis viaticum præberent, treſque minas abnauigantibus præſtarent. Sic Thyni naufragos humaniter excipere, & amicitia ſibi eos deuincire, ex Damaſceno liquet. At hodie nonnulli, etiam inter Chriſtianos, naufragorum relictas tabulas ſibi proprias vendicant, tantumque abeſt, ve eis viaticum præbeant, vt etiam afflictis afflictionem addant, & totum bona in littus eiecta in fiſcum publicum pertrahāt: Quod quidem contra ius naturæ & gentium fieri in Syſtemate Politico oſtenditur.

Herodot. lib. 4.

Heracl.

XXXII.

Lycii teſtimonii falſi conuictos diuendebant, bonaque eorum in publicum redigebant.

Diuina virtus veritas; vtpote quâ maximè ad ſimilitudinem Dei accedimus, qui ipſiſſima eſt & dicitur veritas, ac proinde nos quo- 13. Exod.
que à verbo mendaci longiſſimè abeſſe iubet; cuius virtutis præſtantiam, etiam Ethnici homines agnouere; id quod ex hac quoque Lyciorum conſuetudine apparet, quam in Græco ſic habet Heracl. *πωλοῦσι δὲ τοὺς ψευδομάρτυρας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν δημεύουσι*. Damaſcen. *Teſtimonia eos non ſtatim tuliſſe, ſed poſt menſem demum*, ſcribit: *Τὰς μαρτυρίας ἐν ταῖς δίκαις, οὐκ εὐθὺ παρέχονται, ἀλλὰ μετὰ μῆνα*. Teſtimonia Lycii in cauſis, non protinus ferunt, ſed poſt menſem. Quod propterea factum à Lyciis credendum eſt, vt ſpatium deliberandi haberent, quo tam ſanctam rem animo probe perpenderent, ne quid per imprudentiam & temeritatem peccarent, ac periuri fierent, à cuius vitii turpitudine ita abhorruerunt Phryges; vt planè omni abſtinerent iuramento, etiam bono & legitimo: ſic enim de iis Damaſc. *Φρύγες ὅρκοις οὐ χρῶνται, οὔτ' ὀμνύοντες, οὔτ' ἄλλους ἐξορκοῦντες*. *Phryges*, inquit, *omni abſtinent iureiurando, ita, vt nec ipſi iurent, nec alios ad iurandum adigant*; ſed nos ex S. literis ſcimus legitimum iuramentum inuocationis diuinæ eſſe ſpeciem, atque adeo verum eius vſum, non improbari. Apud Indos de periurio conuictus, manuum, pedumque digitis & extremis membris decurtabantur, vt eſt apud Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.

XXXIII.

Apud Galactophagos gentem Scythicam

Digitized by Google

nemo facile deprehēdebatur inuidiâ laborans, aut odio etiam flagrans.

Virtus imperfectè dicta, eſt immunitas ab inuidia & odio, cuius in Galactophagis cauſſam ad vitæ quam habent communionem & iuſtitiam, videtur referre Damaſcenus; quæ vitæ communio tamen, vt ipſa per ſe approbanda, ita minime propter hunc effectum, recipienda eſt: Telchines, quos antea Cretenſes fuiſſe & Cyprum poſtea ac Rhodum inhabitaſſe Damaſc. ſcribit; maligni admodum, & inuidi extitetunt: ſed fortaſſis abuſiue Inuidia hæc accipitur, pro honeſta videlicet æmulatione, quæ inter artifices oriri ſolet. Eos enim artes mechanicas exercuiſſe & maiorum opera imitatos fuiſſe, ac æris & ferri fabricam inueniſſe, præter Damaſc. nonnulli alii aſſerunt.

XXXIV.

Galactophagi & Limyrnii vxores communes habebant, hi etiam liberos communiter vſque ad annum ætatis 5. alebant, anno autem 6. in vnum conuocabant omnes pueros, atque tū ex ſimilitudine ad quemlibet virorum coniecturam facientes, cuilibet ſimilem patri filium aſſignarunt, quem itaque puerū ſuum quis agnouit, eundem vt filium educauit: Illi verò inter ſeſe ſeniores, quoſuis patres ſuos appellarūt, iuniores filios, æquales autem fratres.

Poſt curam virtutum Ethicarum, ſequitur cura virtutis Oeconom. quæ partim ad ſocietatem, partim ad poſſeſſionem pertinet; Ad ſocietatis perfectæ primam ſpeciem requiritur vnius mariti & vxoris vnio, quæ fit per honeſtum ac legitimum coniugium, quale apud Galactophagos, Limyrnios & alios quoque non viguiſſe ex Autoribus cognoſcimus: Aut enim plures vxores aut communes eaſdē promiſcue aliqui habuerunt, vt præter dictos populos etiam Arabes in vna cognatione omnes vnicam vxorem, ſeu potius pellicem habuiſſe, Sabel. teſtatur. de Thracibus hoc Heraclides: Enn. 1. lib. 3.
Quilibet Thracum, inquit, tres quatuorve vxores ducunt, ac quidem etiam 30. quibus tanquam ancillis vtuntur: ſicut autem vxores multæ ſunt, ita & ordine quodam quaſi per circulum cum iis cōgrediuntur; Ea quæ marito potitur, lauat ei veſtes & miniſtrat: Plurimæ earum, poſtquam eis mariti vſi, humi dormire coguntur; quod ſi quæ indignè id ferat; poterant parētes refundere precium numeratum, ac domum reducere filiam; precio enim accepto, iungunt eas matrimonio, mortuoq; viro, ſicut res aliæ, vxores defuncti hæreditate acquiruntur: ſic etiam Solinus non moribus, ſed præmiis nubere virgines Thracum dicit: Plures item vxores Indos habuiſſe Damaſc. non obſcure innuit. Ex quo nonnullarum gentiū circa matrimonium contrahendum morem, adducere non abs re videtur: Dapſolibyes ſimulatque in vnum conuenêre, vniuerſi ſimul nuptias contrahunt eodem die poſt occaſum Pleiadum. Etenim vt conuiuati ſunt, ad mulieres ſcorſim accumbentes extinctis luminibus adeunt; quam quæ earum forte quiſpiam nactus fuerit, eam & vxorem ducit. Ialchleuei, gens Libyca, cum multi ſimul eandem ſponſam ambiant, apud ſocerum, ſeu ſponſæ patrem cœnāt; dum verò multis dicteriis ſibi inuicem illudunt, cui eorum ſponſa arriſerit, is eam ducit. Apud Samnites verò de adoleſcentibus & virginibus quotannis publicum habetur iudicium: quem igitur eorum optimum eſſe ſententia iudicum pronunciarit, is ſibi ex virginibus eligit vxorem quam vult, deinde ſecundus ab eo alteram, & ſic de cæteris fit deinceps; Sauromatæ non prius virgini nuptias concedunt, quam hoſtē aliquem interfecerit.

XXXV.

Lex erat Iaſenſibus, quâ non licebat ad nuptias inuitare plures, quam decem viros, & totidem fœminas; neque nuptiarum ſolennitatem vltra biduum extrahere.

Memorabile hoc curæ illius circa nouos coniuges exemplum, habet Heraclid. quod ſi omnes aliæ hodiernæ præſertim Reſpublicæ ſequerentur, longè feliciores Oeconomias & Politias haberemus. Carthaginenſes quoque ſumptus immodicos nuptiarum latâ lege prohibuerunt; cuius occaſionem Machiauel. lib. 3. c. 6. recitat; *Homo*, inquit, *potentiſſimus Carthagin. Reipub. ciuis adſpirabat ad Tyrannidem, cuius aſſequendi cauſſa decreuerat in nuptiis filiæ ſenatū vniuerſum veneno tollere; ea re cognitâ, ſenatus non aliter proſpexit huic malo, quam quod latâ lege nuptiarum ſumptibus modum poſuit talem, ex quo eius conatus impediretur*. Tanti hunc ſuum ciuem faciebant. Inſt. 11.

XXXVI.

Ariſtides in Cuorum Inſula fœminarum mores diligenti curâ ordinauit.

Verba ſunt Heraclidis ex Græco: Α'ριστείδης ἐπιμελεῖτο γυναικῶν εὐκοσμίας. Et ſanè haud immeritò; ſiquidem totum Reipub. corpus, vt ex Platone Cicero inquit, curandum eſt; ex

mulieribus

mulieribus verò, tanquam parte media, ciuitatem conſtare docet Philoſophus lib. 2. Polit. c. 9. inquiens: *Quemadmodum domus partes ſunt vir & mulier, ita ſcilicet & ciuitatem exiſtimare oportet in duas partes æquales eſſe diuiſam, in virorum & mulierum multitudinem.* Quibuſcunque igitur in Reip. adminiſtrandæ formis, quod ad mulieres pertinet, malè habet, in eis dimidium ciuitatis exiſtimandum eſt, legibus non eſſe temperatum. Quibus verbis ſimul monet fœminarum quoque mores, certis legibus regendos eſſe; id quod Iberi optimè intelligunt, quorum mulieres quotannis in publicum exhibere tenentur, quot tela confecerunt; viri autē ſuffragiis lecti de ipſis iudicant, & quam earum plurimū laboraſſe inueniunt, eam primis honoribus ornant. Damaſc.

XXXVII.

Iaſenſes aduertebant diligenter, vt orphani honeſtè educarentur: quibus patrimonium integrum in manus tradebant, ſimulatque 20. ætatis annum attigiſſent.

Cura ſocietatis Oecon. imperfectæ ſequitur, quæ eſt circa orphanos & pupillos; cuius exemplū præter hoc noſtrum neſcio an nullū antiquius & maius reperire liceat: qd' Græcis Heracl. Pontici verbis allegare libet, ἐπισκοποῦσι ἢ (τάσσοι) καὶ τοὺς ὀρφανοὺς ὅπως παιδεύωνται, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀποδιδόασιν εἴκοσι ἐτῶν γινομένοις. Cæterum de vigeſimo ætatis anno controuerti poſſit, an eo finit emancipandi pupilli. Sed pendet res tota à circumſtantiis locorum, in quibus diuerſa educatio temporum, item & perſonarum.

XXXVIII.

Galactophagi, vt vxores, ita poſſeſſiones, communes habuêre.

Circa curam poſſeſſionis Oeconom. notatur à Politicis illa communio & exæquatio bonorum, quam nonnulli volunt eſſe in Repub. & quam Damaſc. non tantum apud Galactophagos, ſed etiam aliquatenus apud Mosynos fuiſſe & viguiſſe aſſerit, quos frumētum, quod ipſis ex agris prouenit, æqualiter diſtribuiſſe, partē inde aliquam in commune conferentes, pro peregrinis aduenientibus dicit: Apud Arabes, ea quæ poſſidentur, vniuerſæ cognationi ſunt communia, vt autor eſt Sabel. Enn. 1. lib. 3. Sed rectè Ariſtot. 2. Polit. & alii Politici contra illam bonorum communionem diſputant, de quo videri poteſt Syſtema Politicum.

XXXIX.

Sardolybies nullam ſupellectilem ſibi parabant præter calicem & gladium.

Οὐδὲν κέκτηνται σκεῦος ἔξω κύλικος καὶ μαχαίρας, de gladio & armis ſuo loco. Hîc de modò in paranda ſupellectile domeſtica agimus, contra quem in defectu Sardolybies peccaſſe, ex Damaſc. liquet. Videri poſſunt Problemata Oeconomica in Diſputationibus Practicis.

XL.

Priſcæ illæ gentes regiones ſuas magna parte, non tantum ad fertilitatem, ſed etiam ad commoditatem & iucunditatem excolebant.

Poſt curam virtutum Ethic. & Oeconom. (nam de cura Politicarum nihil magnoperè notatum de priſcis illis Politiis apud Autores reperio) ſequitur cura circa vitam, non ſimpliciter, ſed cum honeſtate, iucunditate & commoditate peragendam; ad quā ſane Græcos ferè omnes, vt & Amorgeos, Peparethios, Cytherios, Tyrrhenos, Phryges, magnis adminiculis polluiſſe, Heraclides, Strabo, & alii teſtantur. Agrorum fertilitatem inter Sicyonem & Corinthum, prouerbialis iſta voti formula demonſtrat, quā nobis optare ſolemus ea, quæ interiacent inter Sicyonem & Corinthum: Artificum copiam & præſtantiam, Corinthiorum primæ nobilitatis opera; Phrygum, textura; Rhodiorum, fabrica; Samiorum, figulina; Tyrrhenorum artes plurimæ & variæ, probant, amœnitatem locorum, portuum excellentiam, emporiorum frequentiam, Strabo & alii Coſmographi, ſatis copioſè deſcribunt, & perſequuntur: de balneis verò & aquæductibus Corinthior. tractat Pauſan. lib. 2. Cicero & Varr. Plin. Horat.

XLI.

Quin & varia in iis luſuum genera ac conuiuia inſtituta fuêre; quibus tamen ad iucunditatem homines ita vſi ſunt, vt interim honeſtatis ratio quoque haberetur.

De variis luſibus & certaminibus Græcorum, & quomodo eo non ad delectationem, ſed etiam ad honeſtatis finem à priſcis inſtituta fuerunt, præclare monſtrat Natal. Comes Mytholog. lib. 5. vbi per luſus iſtos vitæ moderationem cum voluptate percepiſſe, iiſque abſolutis, de maximis Reipub. negotiis Græcos conſultaſſe aſſerit. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Idem omnes luſuum ſpecies & cauſſas latiſſime perſequitur: quas hîc ſuperuacaneum duxi repetere: Illud tamen de ludis Olympicis ex Pauſania & Solino In Eliac.

adiungo; Eos poſt Oxylum intermiſſos, per Iphitum quendā in Græcia ſeditionibus tum pæne conuulſa Oraculi Delphici, quod Iphitus conſuluerat, iuſſu reſtauraſſe, anno poſt conditum mundum 4400. poſt excidium vero Troianum 406. quo tempore Olympiades certiſſimam Græcorum temporum regulam initiū ſumpſiſſe, Funccius in Com. ad Chron. lib. 1. demonſtrat. ſicut autem in ſpecie de Corinthiis legimus, quod ludos Iſthmicos, nimirum Peloponneſi celebrare ſoliti fuerunt; Ita de Cretenſibus potiſſimum autores referunt, quod non ſolum ad iucunditatem, ſed etiam mutuam ciuium beneuolentiam conuiuia inſtituerunt, quæ *Syſſitia* & *Andreia* appellata, Ariſtot. præ Lacedæmoniorum comeſſatione commendat. Morem verò in iſtis conuiuiis, quæ ex publicis vectigalibus inſtituta fuerunt à Cretenſibus obſeruatum, depingere videtur Heraclides, hiſce verbis: *Cretenſes omnes thronis aut ſellis inſidentes cibum capiunt: auſpicantur autem à peregrinis epulas appoſitas diſtribuendo, poſt eos deinde ad Archontem, ſeu Principem veniunt, cui quatuor portiones largiuntur; vnam quam aliis communicet, alteram quæ ipſius Archontis ſit, tertiam quam domeſticorum eſſe volunt, quartam, vnde ſupellectilem paret.*

Strabo ibid.

Lib. 2. cap. 10. & 11.

Dopſad. lib. 4. hiſtor. Cre. teuſ. Athen. 4

XLI.

Lycii bonorum hæredes filias, non filios relinquebant.

Curam ſubditorum circa vitam excipit cura eorundem circa mortem, quæ hoc quoque ſpectare debet, vt bona defunctorum legitimis hæredibus ex æquo obueniant, ſecus quàm apud Lycios accidere videmus; qui, vt Damaſc. verbis Græcis vtar, Τὰς κληρονομίας ταῖς θυγατράσι λείπουσιν, οὐ τοῖς υἱοῖς.

XLII.

In inſula Coorum viris fas non erat lugere fato functos, vel veſtibus vel raſurâ; Matri autem adoleſcentis mortui annuus luctus non erat interdictus.

Ouid. *Quis matrem niſi mentis inops in funere nati Flere vetet?*

Conſequentia mortem ſunt luctus, ſepultura, & eius ritus. In luctu Ethnicos omnes modum nullum obſeruaſſe præter alios, D. Paulus locuples teſtis eſt, qui ad Theſſ. 1. c. 4. ſcribens, non prohibet omnem luctum, quem & in natura, & in S. literis fundamentum ſuum habere certum eſt, ſed in eo vel exceſſum, vel defectum; quo vtroque Ethnici maximè deliquerunt. In exceſſu peccarunt omnes ii, qui in honorem propinquorum mortuorum capillos raſos, cum lacrymis & luctu in tumulum coniecerunt: quique ſeipſos vel alias res cariores vnà in pyram imponentes, cremare & humare ſoliti fuerunt; de quibus videri poteſt Nat. Comes, lib. 1. cap. 13. Exemplum Damaſc. ſuppeditat in Indis, de quibus ſequenti Aphoriſmo dicemus. In Tauris populis Scythicis, qui vnà cum Regibus mortuis gratiſſimos quosque eorum amicos humarunt. In defectu, præter Stoicos peccarunt Hircani, Bactriani, qui canibus deuorandos mortuos obiecerunt: Locrenſes, item Cauſiani, Thraces & alii, qui efferentes mortuos læti conuiuia agitarunt; quamuis Thraces poſt conuiuia cadauera deflere quoque Herodot. l. 5. dicit. Cauſiani, inquit Damaſc. τοὺς μὲν γινομένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσι, *eos qui in lucem eduntur, deplorant, qui autem e vita excedunt, eos beatos iudicant.* Quæ Cauſianorum conſuetudo, etiamſi ita ſimpliciter laudanda non eſt, reſpectu tamen miſeriæ & calamitatum humani generis, veniam aliquam mereri poteſt. Eo enim reſpectu vere dici queat: *Meliorem eſſe diem mortis die natiuitatis.* Quam ſententiam illuſtris Martyr *Iohanna Graia*, pridie ſupplicii ſui cuiuſdam aulici libro inſcripſit.

Alex. ab Alex. lib. 3. c. 7.

Herod. Solinus.

XLIII.

Carthagin. Indi, Chii, Phryges, & alii igni impoſita corpora cremare; Colchi verò etiam ab arboribus ea ſuſpendere ſolebant.

Trogus.

Damaſc. Ἰνδοὶ συγκατακαίουσιν, ἐὰν τελευτήσωσι τῶν γυναικῶν τὴν προσφιλεστάτην, αὐτῶν δὲ ἐκείνων ἀγὼν μέγιστος γίνεται σπουδαζόντων νικῆσαι ἑκάστην τῶν φίλων. *Indis mortuis iungitur in rogum vxor ex omnibus dilectiſſima vnà cremanda; inter ipſas autem acerrimum certamē oritur, adiuuantibus quamlibet ſuis amicis, vti vincat.* Aliud tamen de Indis refert Alex. ab Alexan. eos nimirum ſenio confectos in fruſta cædere, illorumque carnibus pecudibus immiſtis veſci. Chii poſtquam mortuos cremarunt, oſſa eorum colligunt, quæ in mortario contundunt, & in nauigium exponentes, in altū nauigant, vbi per cribrum ea ad ventos diſpergunt, donec omnia difflantur & euaneſcunt, vt autor eſt Damaſcen. qui Phryges, quos Alex. ab Alexan. corpora mortuorum igni imponere aſſerit, mortuos ſacerdotes tantum in terram non defodere, ſed ſuper columnas lapideas decem cubitorum erectos ſtatuere commemorat, ducti proculdubio Ethnicę religionis ſuperſtitione Phryges, ſicut & Panebi, qui regis mortui corpus terrâ

Lib. 3. c.

quidem

quidē condunt, ſed caput trunco amputatum
Li.3.c.2. inaurantes in ſacris ſtatuunt. Alex. ab Alex. omnem ferè Græciam corpora non cremaſſe, ſed terræ condidiſſe & ſepeliuiſſe cum funebri veſte ſcribit: quam imitati Sindi. fato quidem functos ſepeliunt; ſed in hoc tamen ridendi, quod ſepulcro mortui tot piſces iniiciant, quot hoſtes ipſe in vita occiderit, Damaſc. A-
Alex. ab Alexan. li.6.c.14. pud Ægyptios ſi quem prauis moribus vixiſſe contingeret, eiectum cadauer in vaſtis ſolitudinibus exponunt.

XLIV.

Corinthi maximorum virorum monumenta extra vrbem fuerunt.

Facit hoc Corinthiorum inſtitutum con-
Alex. ab Alexan. lib. 6. cap.2. tra eam, quæ inualuit in vrbe & templis mortuos ſepeliendi conſuetudinem, quam ante annos circiter 400. à Franciſcanis & Dominicanis quæſtus cauſa introductam eſſe, in Syſt. Pol. monetur.

XLV.

Apud Cretenſes Coſmi nullo iudicio ad rationem officii ſui reddendam tenebantur, quod vel per totam vitam gerere vel deponere, & ſe eo abdicare pro lubitu poterant.

Fuit cura ſubditorum in genere: ſequitur eorundem cura in ſpecie: quæ vel ſeparatim eos ſpectat vel collectim; ſeparatim conſiderati ſubditi vel ſunt ſtatus dignioris, vel inferioris. Dignioris ſunt præfecti, officiarii, ſiue ii, qui aliquod officium reale in Repub. gerunt: qui, vt in Monarchia à Principe, ita in reliquis Reipub. formis, ab iis qui ius Maieſtatis habent, ac Principis vnius imaginem repræſentant regi ac curari debent; Imperfectum enim menſuram ſuam & rationem à perfecto acci-
Lib. 2. c.10. pit. Itaque non immeritò Cretenſes Ariſtot. vituperat, quod curam Coſmorum ita neglexerunt, vt nullam ab iis rationē repoſcerent. Neq; enim ſinguli per ſe conſilio (quod βουλὴν dixere) & plebe ſuperiores extiterunt. etiamſi vniuerſi ex pacto quodam ſpeciali, ceſſante regio imperio Cretenſium Remp. vice Regum adminiſtraſſe traduntur. Quæ autem in hac repræhenſione Ariſtotelis poſſunt alicui eſſe dubia, ea à Caſo l. 2. c. 8. & 9. mouentur. Hic propter Thebanorum legem (quâ morte puniebatur, qui vltra tempus à legibus præſcriptum Magiſtratum retinuiſſet) notandum: In Democratiis ambulatorios Magiſtratus & officia eſſe oportere, vtpote in quibus populare eſt, vt omnes ex æquo officiorum & Magiſtratus ſint participes. In Monarchia v. vt & in Ariſtocratia digniores Magiſtratus perpetui eſſe & poſſunt & debent, propter vtilitatem Reipublicæ. Legem Carthagin. Annibal. pertulit, vt in ſingulos annos Iudices legerentur, ne quis biennium continuum Iudex eſſet, Liuius lib. 38. Apud eos reges etiam quotannis binos creatos fuiſſe conſtat. Sic apud Cretenſes multi Magiſtratus annui fuerunt, Polyb. lib. 6.

XLVI.

Apud Carthaginenſes quinque viri pluribus ſimul Magiſtratibus defungi potuerunt.

Caſus ex Ariſt. lib. 2. Pol. c. 11. in quo ex tribus ferè formis mixtam Carthaginenſium Remp. arguit.

XLVII.

Vt apud Priſcos nonnullos alios; ita maximè apud Corinthios commercia fuerunt liberrima, portuſque omnibus patentes.

Inferioris ſtatus ſunt agricolæ, opifices, milites, & ii qui ex Mercatura victum quærunt; cuius curæ vnum ex plurimis maximè euidens exemplum in Corinthiis proponimus, quorum ciuitas tanquā in triuio Græciæ ſita, per mercaturam commodiſſimam & liberrimam ad ſummum opulentiæ & dignitatis faſtigium peruenit: quam Corinthiorum ciuitatem reſpiciens Dion, in Orat. 35. *Non modicum*, inquit, *momentum eſt ad felicitatem conuentuum frequentia: vbi enim quamplurima conueniūt turba, ibi plurimum & argentum neceſſe eſt confici & locum illum veriſimile eſt omnibus abundare; quemadmodum aiunt terram eam vbi oues ſtabulantur, optimam eſſe agricolis propter ſtercus paſtoreſque rogantur à multis vt oues apud ipſos ſtabulētur.* Hanc itaque felicitatem non reſpexerunt Locrenſes, dum nullos in Rep. mercatus concedere voluerunt, quibus res commutare licuiſſet, id quod Heracl. innuit: καπηλεῖον οὐκ ἔστι μεταβολικὸν ἐν αὐτοῖς, ἀλλ' ὁ γεωργὸς πωλεῖ τὰ ἴδια. Nuſquam apud Locrenſes mercatus ſunt, vbi res commutare licet, ſed quiuis agricola ſua vendit.

XLVIII.

Lex erat apud Indos, quâ is qui artificem manu vel oculo priuaſſet, morte mulctabatur.

Extat hæc Lex apud Damaſc. hiſce verbis: Ὁ δὲ τεχνίτου πηρώσας χεῖρα ἢ ὀφθαλμὸν, θανάτῳ ζημιοῦται. In qua lege ferenda, Indos ad ſummam artium vtilitatem, eorundemque neceſſitatem ineuitabilem reſpexiſſe, nemo facile dubitabit: Theſpienſes quidem agriculturam & artes, tanquā quę nobilitatē polluerent, cō-

tempſerunt; ſed quanto ipſorum malo ac incommodo Heraclides indicat, dum pleroſque eorum egenos fuiſſe & Thebanis degentibus multa debuiſſe ſcribit. De Artificum verò & agricolarum priuilegiis & immunitatibus, vide Probl.10. diſp.3. Pol. Ordin.

XLIX.

Lyciis nomina à matribus imponebantur.

Circa ſubditorum communionem magis naturalem, ſiue familiam notatur in Syſt. Pol. Locus communis de nominum impoſitione, cuius occaſione hoc ſingulare Lyciorum ex Damaſc. deſumptum inſtitutum proferre volui, qui Apharantes Libyos nomine planè carere memoriâ quoque prodidit.

L.

Apud Cumæos Lex erat à Phidone lata, vt quilibet neceſſariò equum aleret.

Poſt curam perſonarum, ſequitur cura rerum, tam inanimatarum quàm animatarum: Ad hanc refertur quoq; cura equorum, quæ neutiquam in Rebuſpub. negligenda eſt, ſicut Caſus pulcherrimis id rationibus docet, lib. 4. cap. 3. quo loco quatuor circa equorum curā conſideranda monet; 1, Perſonā, quam dicit debere eſſe nobilem, nō virtute tantum, ſed etiam opibus, quales nobiles olim Eretrienſes, Chalcidenſes, Magnetes, aliosque Aſiaticos equis alendis deditos fuiſſe, Ariſtoteles lib. 4. cap. 3. ſcribit; 2, Conſiderari debet modus, qui eſt rerum copia; 3, Præmium, quod eſt potentia, ſeu ordo equeſtris; 4, Vſus, qui eſt vt bellum expeditius fiat, fortiusque ciuitas conſeruetur; quod poſterius tantum reſpexiſſe videtur Phidon; qui, vt eſt apud Heraclidem, quemlibet Cumæorum equum alere voluit: Magnetum etiam in nutriendis equis, curam, idem Heracl. in genere notat, ſed Ariſtoteles magis ſpecialiter potentibus & diuitibus eandem tribuit; Lucanus lib. 6.

Et Magnetes equis Minya gens cognita remis.

Idem lib. 4. de Maſſyliis populis Libycis:

Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo
Ora leui flectit frænorum neſcia virga.

Martialis quoque:

Et Maſſylæum virga gubernet equum.

LI.

Monetæ curam & rationem non exiguam habuerunt Elei, Peloponneſii, Corinthiaci, Cumæi, Tenedii, Lydi & alii.

Ad curam rerum inanimatarum pertinet cura Monetæ, cuius longo tempore apud priſcos vſum nullum fuiſſe, ſed eos merces ſuas non pecuniæ interuentu, neque ære ſignato; ſed rebus commutate conſueuiſſe ex antiquioribus Alex. ab Alex. diſertè affirmat. Primi igitur Lydi aureum & argenteum nummum introduxiſſe traduntur. Cumæis monetæ cudendæ auctor primum extitiſſe Hermodice Midæ Regis Phrygum vxor dicitur. Diuerſam vero apud diuerſos ſignandi rationē monſtrat Alex. ab Alex. l. 4. c. 15. vbi Tenedios nummis ſuis ſecurim & facies duas eadem ceruice prominentes imprimere dicit; cuius figuræ occaſionē ex Heracl. Aphor. 26. indicauimus. Pauſan. in Lac.

LII.

Nomades in temporum dinumeratione non diebus, ſed noctibus vtebantur.

Damaſc. de moribus Gent. οἱ Νομάδες τῶν Λιβύων, οὐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξὶν αὐτῶν ἀριθμοῦσι τὸν χρόνον. Quæ ſane admodum præpoſtera fuit temporis deſignatio.

LIII.

Pleræque Reſp. in Græcia, vt & Celtarum res bene geſtas & præclara in patriam merita præmiis tam honorum, quam fortunarum ampliſſimis compenſabant.

Fuit cura directionis, ſeu prudentiæ: ſequitur cura diſtributionis, ſeu iuſtitiæ, quæ in duabus partibus conſiſtit, in præmio & pœna. Præmium vel eſt honoris, vel fortunæ; quo vtroque ſane veteres illos Græcos, Cretenſes nimirum, Corinthios, Rhodios, Eretrienſes præclara in patriam merita remuneraſſe apud Hiſtoricos legere eſt: quamuis honorem faciliꝰ quam dona bene meritis tribuebant; quē potiſſimum in ſtatuis collocabant, in quibus erigendis ita fuere faciles, vt leuitatis notam apud Bodinum non effugiant. Celtas Damaſ. ait eos ante omnes honore affeciſſe, qui victoriâ potiti agrum aliquem in publicum acquiſiuiſſent, vnde Bodinus lib. 5. c. 4. *In ſtatu popularis* inquit, *præmia plus habent honoris quam vtilitatis; plebs enim vtilitates & commoda conſectatur. In Monarchia v. Princeps dona facilius quàm honores & imperia largitur, ac potiſſimum Tyrannus, cui nihil grauius eſt quam ſubditos honoribus cumulari.* Sed in Syſt. Pol. certæ cautelæ traduntur, quæ Principi tam in contribuendo honore, quàm donis obſeruandæ ſunt. Machiau. etiam l. 1. c. 29. diſputat, *An populus aut Princeps erga benè meritos magis ingratus eſſe ſoleat.* Et ingratitudinē oriri dicit vel ex auaritia vel ex ſuſpicione. Populum propter auaritiam in hoc crimen incidere nunquam, propter ſuſpitionem etiam longè rarius quam Principes.

LIV. *Apud*

LIV.

Apud Indos, qui grauiſſimo obnoxius delicto eſt, iubente Rege, tondetur, tanquam hoc extremæ ſit ignominiæ. Cercetæ verò reos cuiuſcunque admiſſi criminis ita puniunt, vt ſacris interdicant.

Altera pars eſt pœna, quæ quomodo apud Indos & Cercetas exerceatur, ex Damaſc. in Aphoriſmo diximus. De Indorum etiam pœna Al. ab Al. videri poteſt. Non congruunt autem talia cum iure vel diuino, vel humano.

LV.

Apud Lycios ſi liber furti condemnatus fuerat; pœna ſeruitutis ei irrogabatur. Apud Locrenſes verò ſi quis furti conuictus erat, ei oculi effodiebantur.

Circa doctrinam de exaſperandis pœnis, mouetur iſta quæſtio à Theologis ſimul & Iureconſultis ſerio ſemper agitata: *An, quia furta valde creuerunt, ita ſit exaſperanda pœna furtorum, vt capitali ſupplicio fures affici debeant*: quæ in diſput. Pol. 4. Probl. 2. videri poteſt: Nos hoc loco duarum gentium circa furti pœnam obſeruatas conſuetudines, ſeu leges ex Dam. & Heracl. adducimus; apud quem hoc de Zaleuco ſingulare eſt: qui, etſi filio in crimine furti deprehenſo, Locrenſes pœnam remitterent, ſibi tamen vnum, alterum filio erui oculum voluerit.

LVI.

Cyrenæis lex erat, vt multas controuerſias mouentes & malas cauſas agentes ab Ephoris ad iudicium adducerentur, multaque iis irrogaretur ac infames fierent.

Quàm hæc neceſſaria & laudatiſſima fuerit cura ſi non aliunde, certè ex doctrina de iudicio forenſi in ſpecie tradita cognoſcere licet; ſententia Chilonis digna eſſet quæ literis aureis non tantum Delphis, ſed omnibus Rebuſpub. conſecrata ſeruaretur: *Comes æris alieni* Syſt. Pol. c. 17. l. 1. *ac litis, eſt miſeria*. Quam vel non intelligentes, Plin l. 7. c. 12. vel non ſatis perpendentes naturæ contentioſæ, quibus cibus eſt & voluptas turpibus iudiciis conflictari, non ſibi ſolum, ſed Reip. quoque nocent: idcirco pœnis coërcendæ ſunt; de quibus leges nonnullas ex Iure Rom. citatas à Tholoſ. vide l. 2. c. 6. ſect. 16. Pœna vſitata eſt talium hominū, infamia; quam etiam malarum cauſarum actoribus & tabulis lex Cyrenenſium infert. Huc pertinet id quod de Indis Autores nonnulli ſcribunt: Eos nimirū rarò litem mouere. De Vmbricis Damaſc. commemorat, quod cum controuerſias inter ſe habent, pugnent armati ac ſi bello congrediendum eſſet; & qui aduerſariū interemerit, videtur iuſtiorem habuiſſe cauſam. Quæ conſuetudo etſi ſpeciem aliquam boni habeat, tamen in benè conſtitutis Rebuſp. neutiquàm ferenda eſt.

LVII.

Thebani vt incorruptam iuſtitiam ſignarent, nec variari gratia, Iudicum imagines ſine manibus, Principis verò ſine oculis in foro propoſuêre, vt ſignis oſtenderent Iudices affectibus capi non oportere; cauſaque definita damnatos vndecim viris pœnis afficiendos tradebant, quibus publica pœna frequens cicuta erat & venenum.

Digna mihi Alex. ab Alex. verba viſa ſunt, quæ de cauſis conſtituentibus iudicium Thebanorum & executione eiuſdem ſeu pœna ex cap. 4. lib. 3 tranſcriberem: de qua tamen quæri poteſt: an apud nos illa in vſum reuocanda ſit. Vide Syſtemat. Polit. pag. 300.

LVIII.

Apud Epheſos, Samios, Coos & omnes ferè Græcos, antiquum aſylorum ius fuit. Et Cadmus, dum Thebas conderet, aſylum aperuit, ad quod fugientes ſine diſcrimine ſerui aut liberi ab omni pœna tuti fuerunt.

Circa doctrinam Politicam de iudicii criminalis parte prima, nempe de deprehenſione facinoroſorum, conſtituitur arduus & grauis iſte Polit. locus de Aſylis, quorum vetuſtū admodum ius non ſolum apud prædictas gentes, ſed etiam Moloſſos, Samothraces, Crotoniatas, & Meſſenios fuiſſe ex Cornel. Tacito, 3. Ann. Alex. ab Alex. optime liquet: apud eos enim l. 3. c. 20. omnes ad templa ac aras deorum confugiſſe pro Aſylo habitum fuit; quas tamen aras, vt notat Alex. delictis non voluntariis refugium eſſe putauêre. In Peloponneſo Hermoniæ fanum ſacrum Cereri & Proſerpinæ; in Græcia Calydonii Palladis templum tantæ dignationis fuêre, vt capitalem fraudem auſi aut pecuniâ iudicati, qui ad illa confugiſſent, noxâ pecuniâque exoluerentur. Nec ſanè mirum, homines eô confugientes ſupplices abigere non licuiſſe, cum etiam aues, quæ ibidem nidum haberent, eiicere piaculum olim fuerit. Meminit enim cuiuſdam Oraculi Herodotus, quod cum Pactyas quidam profugus Cumæ Lib. templū ſupplex ingreſſus fuiſſet, & Ariſtodicus Cumæorū nobilis templum circumiens,

paſſeres allaſq; aues è nidis exemiſſet, ex adyto ad Ariſtodicum ſic factum: *Hominum ſceleſtiſſime, quanam te libido inceſſit, vt auderes meos ſupplices diripere?* De Aſylo Dianæ Epheſiorum ſic Strabo lib. 14. *Templum & nunc & olim Aſylũ erat, quod cum Auguſtus Cæſar damnoſum exiſtimaret, & nihil aliud eſſe, quam multis malefaciendi cauſſa exhibere, id irritum fecit: cuius Imperatoris factum ſequentes Principes & Magiſtratus nonniſi in caſu homicidii improuiſi, minimeque voluntarii aſyla conſtituta iam conſeruare, non temerè autem aliqua conſtituere debent; extra quem caſum ab altaribus etiam homicidam auelli lex diuina iubet.* Tholoſ. lib. 13. cap. 22. De veterum autem aſylis & tribus iſtis hominum generibus, ſeruis, obæratis, & maleficis iure aſylorum ſeruatis, vide Lipſium ad lib. 3. ann. Taciti.

Exod. 21. verſ. 14.

LIX.

Carthaginenſes habebant Cenſores ſuos & morum præfectos.

Cenſores Carthaginenſibus fuiſſe ex Æmilio Probo, indicat Tholoſ. lib. 4. cap. 11. ſect. 5. Et ſanè fuit ea laudatiſſima conſuetudo, ſicut latius in Syſtemate Politico oſtenditur.

LX.

Celtæ Oceani accolæ, cum inundatio ex mari exteriori accedit, armis induti ei obuiam eunt, ſubſiſtuntque donec mergantur.

Hactenus de cura prima: nunc de orta, quæ eſt tum circa defenſionem, tum circa amplificationem: defenſio vel eſt contra res animatas, vel inanimatas; ad has refertur aqua atque adeo mare; circa cuius inundationem auertendam ridicula eſt & ſtulta Celtarum fortitudo, aut, vt verius dicam, impia temeritas; quâ ſane ita infatuatos eos Damaſc. ſcribit, vt pro dedecore etiam habeant, muro aut domui ruenti ſe ſubducere: nam nullo modo mortem formidare videri volunt.

LXI.

Priſcæ nonnullæ Reſpub. arces & ciuitates habuerunt munitiſſimas.

Defenſio à rebus animatis eſt vel à beſtiis, vel ab hominibus in genere, iiſque vel latronibus piratis, quos in Græcia partim Minos, partim Rhodii etiam ſuſtulerunt: vel ab hoſtibus regnum inuadentibus, ad quorum incurſiones auertendas non tantum Græci ferè omnes, ſed aliæ quoq; gentes, muros & propugnacula excogitarunt: ſic nullam aliam ob cauſſam Amphion & Zethus, Thebas muris ac turribus muniuerunt, quam quod vires Phlegiarum ſuſpectas haberent, vt recte iudicat Tholoſ. lib. 2. c. 3. ſect. 5. Et, vt reliqua quæ apud Strabonẽ & alios obuia ſunt, taceamus, tres tantum illas vrbes munitiſſimas, nempe Demetriadem, Corinthum, & Chalcidem adducemus, quas Philippus Macedo *Græciæ compedes* appellauit, non ſolum propterea, quod intra has Græcia tota comprehenderetur, vt ad oculum pulcerrime demonſtrat Nicolaus Gerbelius, deſcriptio. Græciæ Sophiani lib. 1. Sed quod etiam intra eaſdem, tanquam munitiſſimas tutiſſimè conſeruaretur. Memoriâ dignũ eſt, quod de Meſſeniis Pauſan. prodidit, qui in Ithome monte fortiſſimam & oprimè munitam arcem, in qua poſt bellũ primum cum Lacedæmoniis cruento Marte geſtum ſe recipientes, ſtrenue per annos 20. ſeſe defenderunt. Hinc iam cum Bodino concludimus, munitiones Græcis non tam obfuiſſe, quam profuiſſe; vtpote quorum, ſicut & Celtarum, muniendarum vrbium conſuetudo, ad hoſtium auerſionem ac ſalutem ciuium rem maximè neceſſariam eſſe comprobauit. Cap. 5. l. 5.

LXII.

Bœotorum quidam decoctores, qui non ſunt ſoluendo, in forum adducunt, & conſidere iuſſis, cophinum ſuperiniiciunt. Ac qui hac cophini pœnâ affectus fuerit, inde infamis fit. Apud Tyrrhenos autem, qui debito obnoxii ſoluendo non ſunt, eos pueri inſequuntur, vacuum marſupium in eorum contumeliam geſtantes.

Cuſtodia bonorum fortunæ requirit vt decoctores & conturbatores ſeueris legibus coërceantur & puniantur, cuius curæ præclarũ exemplum habemus in Bœotiis ac Tyrrhenis. de prioribus Dam. cuius verba Græca propter Alex. ab Alex. adiicere volui: Βοιωτῶν ἐάν τις χρέος ἀποδιδόναι μὴ δύνηται, εἰς ἀγορὰν ἄγοντες καθίζαι κελεύουσιν, εἶτα κόφινον ἐπιβάλλουσιν αὐτῷ. Alex. li. 6. c. 10. *Apud Bœotios,* inquit, *qui æs alienum nõ diſſoluit, in foro ſedere cogitur, & circumſtante plebe, ore & ora corbem accipere;* quâ nulla fuit ignominia maior. De Tyrrhenis verò quod in Aphoriſm. diximus, Heracl. cõmemorat. Non poſſum quin propter eos, qui tam frequenter hodie etiam ſponte foro cedunt, adiiciam grauem ſanè magni cuiuſdam in Theologia viri vocem: *Negabat* (inquit) *Cato ſaluam eſſe poſſe ciuitatem, in qua piſcis pluris quam bos venderetur; Quis ergo ſaluam fore dixerit, in qua pluris fiunt ſcurræ concoctores, quam virtute & prudentia præditi?* Quomodo autẽ prudẽter inter decoctores diſtinguendũ ſit, vide Syſt. Polit. & Probl. 11. diſp. 4. Homil. in Epiſt. [illegible] 16.

LXIII. *Non-*

LXIII.

Nonnullæ ex priſcis hiſce Rebuspub. in Europa, Aſia, Africa, magnam amplitudinem & conſequentiam ſunt conſequutæ.

Amplificationis & Exornationis cura ſequitur, cui, quam nonnulli populi ſtuduerint ex Diod. Siculo, Strab. & aliis cognoſcere licet; nec opus eſt vt hîc multa de ſingulis dicamus: ſiquidem de amplitud. & magnificentia Carthaginenſ. Agrigentinorum, Eretrienſium, Chalcidenſium; & aliorum plurima apud Autores ſunt obuia; Creta centum vrbibus & maris imperio clariſſima, Corinthus opum & populi potentiâ, quâ adeò fuit aucta; vt Corcyram Inſulam coloniam duceret, quæ tamen ipſa Corinthiorum potentiam præ ſuâ aliquanto poſt contempſiſſe N. Gerbelio dicitur, qui omnium fere Græcorum ex ducendis coloniis potentiam, amplitudinē & magnificentiam demonſtrat. Rhodus non diuitiis ſolum potens; ſed portibus, viis, mœnibus ac reliquis ornamentis tam celebris fuit, vt nulla putaretur illi æqualis, quæ & ipſa maris imperiū annos multos tenuit, de quibus omnibus; vt de Coloſſo etiam Rhodio Strabo lib. 14. quem à Carete Lindio ſeptuaginta cubitorū̄ factum fuiſſe ſcribit, eumq; inter ſeptem mundi miracula refert; inter quæ eminens quoque eſt templum Dianæ Epheſi in Aſia, de quo Plinius cap. 14. lib. 36. *Græca*, inquit, *magnificentiæ vera admiratio extat templum Epheſiæ Dianæ, ducentis viginti annis factum à tota Aſia.*

Cicer. 6. Verr. Strab. 10 lib. Solinus c. 16. Mela lib. 2. Cicero in Pompeiana. Diod. Sicul. li. 6. Dion Orat. 31.

LXIV.

Thebani ius ciuitatis & vrbis vſum peregrinis interdixere, quos Scythæ omni etiam vitæ commercio prohibuerunt.

Cura externa ſequitur, quæ eſt vel eorum qui ſunt extra regnum, vel eorum qui ſunt in regno: In regno ſunt peregrini, quos ab omni vrbis & commerciorum ſocietate Thebanos & Scythas arcere Alex. ab Alex. prodidit. Idem Carthaginenſes adeò peregrinos oſos habuiſſe, aſſerit, vt qui in Sardiniam aut Herculis columnas adnauigaſſent, mari demergerent, cui populorum iſtorum erga peregrinos odio videtur ſuffragari illud Philoſophi lib. 5. cap. 3. vbi ſic ait: *Qui inquilinos aut aduenas in ciuitatem receperunt, ii ferè omnes aut certè plurimi ſeditionibus cōflictati ſunt*; Quod inductione exemplorum in Amphipolitis, Byzantiis, Zanclæis, Trœzeniis & aliis demonſtrat. Quæ tamen ciuitates omnes non cum iſta prudentiæ diſcretione peregrinos admiſerunt, quam in eorum receptione adhibendam eſſe Politici nonnulli monent; de qua in Syſtem. Polit. lib. 1. pag. 377. plene agitur.

Lib. 4. c. 10. Strabo 17.

LXV.

Indi quartam fructuum partem Regibus pendebant.

Sequuntur inſtrumentales regiminis cauſæ, operæ nimirum ſubditorum & reditus, qui ſunt vel indirecti, vel directi. Ad directos pertinent penſiones; quæ ex frumentis & frugibus dantur, quarum quartā partem Regi Indorum cedere Alex. ab Alex. tradit, nullam mentionē faciens vectigalium; quæ ſunt circa merces, quib. venalium vectigalibus & portoriis contentus Periander Corinthiorum, ſiue Rex; ſiue, vt alii volunt, Tyrannus; à nemine tributum exegiſſe dicitur. Intellexit fortaſſis illud, quod nimiæ tributorū exactiones Principem & magiſtratum ſubditis odioſum; atq; inuiſum reddere ſoleant, vndē plurimi ab exigendis exactionibus plane abſtinuerunt; de quib. conſule Thol. c. 9. l. 3. & l. 5. c. 6. Sub finem notanda eſt Rhodiorū conſuetudo, quâ pauperes à diuitib. enutriti miniſteria ciuitati neceſſaria peragere coguntur, ea præſertim, quæ ad rem naualem pertinent, de qua Strab. l. 4. diſſerit.

Lib. 4. c. 10. Heracl.

LXVI.

Æthiopes Regem velut numen eſſet, vulgo adorabant. In quem is animaduerſum volebat, ad hunc lictorem ſignum mortis habentem mittebat, quo conſpecto, confeſtim quisquis ille erat, domum reuerſus, ſibi mortem conſciſcebat.

Ad officium ſubditorum erga principem placuit referre, præpoſterum hunc & pluſquā ſeruilem Æthiopum erga Regem honorem ac timorem nimium, qui non tam hominibus quam ſoli Deo tribuendus eſt: ſiquidem is ab hominib. omnibus adorari debet: quam vero impia erga Reges reuerentia Æthiopum fuerit, ex hoc exemplo apparere poteſt, quod vnā cum aphoriſmo noſtro habet Sabel. l. 2. Enn. 1. *Ferunt*, inquit, *quendam per hac morti deſtinatum, cum de fuga agitare cœpiſſet, priuſquam ſe periculo ſubtraxerit, zonâ à matre ſtrangulatum.* Huc videtur pertinere quod de Tauris ſcribit Damaſc. qui vnā cum Regibus mortuis gratiſſimos quoſque eorum amicos humare ſolent.

DE STATV PRISCARVM RERVMPVB. TVRBATO.

APHORISMVS PRIMVS.

PRISCÆ Reſpub. ferè omnes non modò quaſdam leuiores mutationes & [illegible], ſed etiam graues conuerſiones expertæ ſunt.

Nimirum [illegible] *Euiuſmodi mortalium res ſunt, vt nihil in eodem ſtatu maneat*; id quod omnes ex Reſp. quarum ſtatum pacatum & florentem iam vidimus, ſuo exemplo ſatis manifeſto comprobát. Quicquid etiam Sabel. de Æthiopum gente ſcribat, eam incolumem ſemper retinuiſſe libertatem: Cauſſæ autem talium mutationum in Rebuspub. quæ in Syſt. Politico fuſius deducuntur, ad noſtras quoque in genere applicari poſſunt; vtpote quas *Luxuries vitiis, odiisque ſuperbia vertit*. Inſolentia enim rerum proſperarum in nonnullis varias accendit voluptates, libidines, omniumque rerum inexplebiles cupiditates, quas primi Phœnices mercaturis & mercibus ſuis in Græciam importaſſe Cicero in 3. de Repub. dicuntur. Illud extra omne dubium eſt, nulla re magis, quam einſmodi vitiis euerti Reſpublicas, vt de Tyrrhenis indicat Phil. Melanchth. quos ob tetras libidinum confuſiones à Celtis oppreſſos aſſerit: ſic ob voluptates & delicias non tantum Rhodiorum regnum in paucorum dominatum mutatum eſt, ſed Sybaritarum quoque Reſpublica Crotoniatis ceſſit: Ex his cauſſis aliæ ortæ, nempe imperádi libido, quæ ſingulæ in Græciá ciuitates, vt Curt. lib. 1. inquit, imperare cogitauerunt, vnde tot ſeditiones bellaque ciuilia extitêre, in quibus aliæ ciuitates ab aliis ſæpe victæ fuerunt; tandem externa mutationis cauſſa accedens, id quod propriis motibus conuulſum fuit, vel planè extinxit, vel ſibi ſubiectum reddidit, qualis externa cauſſa poſt Cyrum & Perſas fuit Alexander M. fuerût item Romani, quorum tempore quicquid tota Græcia ceu debilitatum omnibus membris corpus ſucci atque ſanguinis reliquum habuit, ſola Achæorum Reſpub. ſuſtinuit, atque aliquantiſper conſeruauit, donec & ipſa à Romanis euerſa in prouinciæ formam redacta fuerit, Strab. lib 17.

Euripid. 2. lib. Chron. Tholoſ. l. 1. 2. Athen. 10. Herod.

II.

Gentes priſcæ ſedibus ſuis relictis frequentiſſimè alias quæſiuerunt.

Ad mutationem totius Reipub. refertur gentium migratio, quando ex vel ſterilitatis tædio, vel alia cauſſa compulſi, ſedem priorem mutare & ſolum vertere, atque aliô migrare coguntur; quales migrationes cum antiquis iſtis temporibus frequentes fuerint, non abſque ratione ab Autoribus quæritur. Heraclides in Polit. dicit Chalcidenſes ab Euripo fame compulſos migraſſe & alio in loco ſibi Rhegium condidiſſe; Samios item patriâ extorres Samothraciam habitaſſe; quæ antea dicta fuit *Leucania*; poſtea verò cum Thraces eam occuparunt *Thracia*. Thucyd. ab initio lib 1. ſic inquit: *Adeò quæque tellus præcipuè patiebatur aſſiduas incolarum migrationes, veluti ea, quæ nunc* Theſſalia *vocatur &* Bœotia, *& pleraque Peloponneſus præter Arcadiam, quæque alia terrarum vberrima erat*; quibus verbis ſterilitatem migrationis cauſſam adſtruit. Non deſunt etiam qui Græcos in Ægyptum, cum cataclyſmi & alluuionis temporibus, tum aliarum cladium cauſſa transmigraſſe dicant, quorum opinionem refert Gregor. Gyrald. Syntag. 1. hiſtor. Deo. Sabell. Enn. 1. lib. 2 narrat, quod ſub id tempus, quod Moſes ex Amarome patre natus eſt, ingens vis mortalium Indiæ fines egreſſa, in ea terra conſederit, quæ ſupra Ægyptum *Æthiopia* eſt nuncupata, cauſſam verò illius profectionis à nullo traditam ſe reperiſſe dicit.

Vell. Pater. li. 2.

III.

Sicyoniis, Cretenſibus, Eleis, Corinthiis, & aliis pleriſque populis accidit hoc, vt deſiſtente regno, Reſpub. tyrannis cederet; quos nonnulli eiicientes, aliam Reipub. formam conſtituêre.

Specialis cauſſa morborum Reipub. grauiorum ex parte Magiſtratus eſt tyrannis, quam priſcæ Reſp. pene omnes expertæ leguntur, Reiner. Reineccius præcipuorum in Græcia regnorum tyrannos recenſet, quos ex Strabone & Ariſtotele fermè omnes manſuetos & clementes fuiſſe cenſet; verum non deſunt de crudelitate eorum tyrannorum autorum teſtimonia. Nam quod Sicyoniorum tyrannos, 1. attinet, maximam eorum immanitatem fuiſſe Plutarch. in Arato exponit. Heracl. Pantaleonis cuiuſdam apud Eleos mentionem faciens, dicit, eum per cótumeliam ac proteruiam multa patraſſe, ac legatos ad ſe miſſos omni iniuriâ affeciſſe, ita quidem, vt eos caſtratos ad neſcio quæ deuorâda coegerit. Apud Tyrrhenos magnam quoque tyrannorum crudelitatem fuiſſe hinc videre licet, quod tyrannos de *Tyrrhenis* dictos, Suidas & Sextus Pomp. exiſtiment. Apud Agrigentinos Phalaris immanitate omnes ſuperauit, qui non ſolum ſubditorum alios in lebetes feruentes, alios in crateras ignis iniecit, alios in taurum æneum incluſos necauit; ſed etiam matrem cum amicis quibusdam cremauit; in quem tandem vniuerſa Agrigentinorum multitudo irruens, pœnas crudelitatis iuſtas (vt eſt apud Heracl.) ab ipſo ſumſit. De Diomede Thraciæ Tyranno horrenda ab Hiſtoricis traduntur; equos enim habuit, quorum præſepia ærea fuerint, ii catenis ferreis vincti alebantur carnibus hoſpitum illuc diuertentium: Quem Tyrannorum Hercules peremiſſe, eumque ſuis equis vorandum appoſuiſſe dicitur, quorum genus vſque ad Macedonem Alexandrum permanſiſſe, fabuloſè fortaſſis magis, quam verè nonnulli prodiderunt. Apud Cephalenios filius Promneſi inter alia aſperitatis facinora etiam vt Heracl. refert, [illegible], vnde Antenor quidam ſumpto gladio veſtem muliebrem induit, atque ita in lecto eum necauit; quam ob rem id honoris conſecutus, vt principem eum crearent, quoque & puella, cuius ille ſumptâ veſte ad tyrannum ingreſſus, ſuis honoribus affecta eſt. Tanto nimirum libertatis ſtudio veteres flagrarunt, vt etiam præmia tyrannicidis conſtituerent, eiſque vel diuinos honores tribuerent.

Heracl. Diod. 5. Alex. ab Alex. lib. 5. 4. Alex. ab Alex. lib. 2. 32. Cic. pro Milon.

tribuerent. Hinc non modo prædicti populi omnes, ſed & Corinthii, Chalcidenſes, aliique in Græcia tyrannides in ciuitatibus deſtruxerunt, & vel optimatum vel popularem, vel etiam mixtam gubernationem conſtituerunt. Quæ ſanè omnia harum Rerump. exDion. Orat.37. empla ſic quidem pro reſiſtentia & abdicatione Principis facere poſſunt, ſi nimirum cautelæ iſtæ in Syſt. Polit. perſcriptæ, quam diligentiſſime obſeruentur; aliâs periculum eſt ne dum à præſente tyrannide liberare & vindicare nos volumus, in maiorem nos inconſideratè iniiciamus. Quod de Theſſalis ex Diod. Sicul. apud Tholoſ. l.12. c.8. legimus. Cæterum in reliquis quoque formis, quas hæ Reſpublicæ exactis tyrannis Ariſtot. 5. Polit. cap.6. aſſumsère, tam ex parte ſubditorum, quã imperantiũ, graues ſæpe mutationes ortæ ſunt: nam & ſubditi ſeditiones excitantes, & ii qui poteſtatem fiduciariam datam habuerunt, in propriam eam conuertentes, ciuitates non rarò ſubuerterunt: ſic qui ex optimatibus maiores fieri & ſoli dominari voluerunt, ſtatum Reipub. non leuiter immutarunt; id quod apud Rheginos ab Anaxila Meſſenio aliisque plurimis factum Heraclid. apud Carthaginenſes ab Hannone Tholoſ. aſſerit, apud quem alia nonnulla exempla in promptu ſunt.

IV.

Cretenſes cum frequenter bellis inteſtinis inter ſe pugnarent, inuadentibus extrinſecus hoſtibus, rem componebant ac ſociabantur. Et hæc compoſitio ab iis vocabatur Syncretiſmus.

Celebre admodum apud autores eſt hoc Græcarum ciuitatũ inſtitutum, quæ famâ imminẽtis à Xerxe belli auditâ, priuatas ſimultates omnes facto Syncretiſmo, obliuione deleuerunt: Cuius inſtituti primos Amor. frat. Autores Plutarch. facit Cretenſes, de quorum frequenti ſeditione ac interno à potentioribus orto diſſidio, vide Ariſt. lib.2. cap.10.

V.

Apud Cretenſes magna fuit æſtimatio bellicæ virtutis & armorum.

Status turbatus tam reſpectu Magiſtratus, quam ſubditorum, eſt bellum, ad cuius præparationem, tempore pacis etiam arma ſubditis neceſſariò permittenda ſunt; quamuis de Eleis dicat Strabo lib.8. quod quamdiu altam & ſecuram pacem traxerunt, ſtudium armorum planè omiſerint: Verum ita tamen arma ſubditis permittenda Politici monent, ne ſeditio aliqua inde oriri poſſit; ſicut quidem de Scytharum ſeruis apud Lib 5. Iuſtinum legimus, quod armati imperium ad tempus Damaſc. vi tenuerunt. Vnde optimum iudicari poteſt Creten-Plut. in Lycurgo. ſium inſtitutum, apud quos, maximè quidẽ ab omnibus arma æſtimata, ſed non ab omnibus tractata fuerunt. Qualia autem Cretenſium arma fuerint, Pauſan. lib.1. indicat, vbi ſolis ex omnibus Græcis Cretenſibus gentilitium telum ſagittas fuiſſe ſcribit, quibus exactiſſima cura milites inſtructos eſſe Alex. ab Alex. l.1. c.20. addit, Sardolibyes gladium ſibi loco ſupellectilis paraſſe ex Damaſc. antea diximus, qui Celtas Reipub. negotia omnia gladiis cinctos tractare his verbis refert, Κελτοὶ σιδηροφοροῦντες τὰ κοινὰ πολιτεύονται. Ac Priſcos Græcos omnes σιδηροφορεῖσθαι ſolitos fuiſſe ex Thucyd. l.1. colligere eſt, qui eos propterea vitam ſub armis aſſiduè egiſſe notat, quod videlicet nec Penates munitionibus cincti, nec difficiles mutuo incurſiones eſſent: ſic Corcyræis, quoniam crebris ſeditionibus agitabantur, mos erat geſtare flagra ingentia, anſis eburneis exornata, vt ex interpret. Ariſtophanis citat Tholoſ. lib.4. c.1. Caſus l.4. c.13. ex Ariſt. dicit olim omnes Græcos hoc inſtitutum ratum eſſe voluiſſe, vt vnuſquiſque ciuium domi haberet arma; quod ſic probat, vt ab eo ſacerdotes Academicos, pauperes, peregrinos ac ſeruos exemtos cupiat.

VI.

Corinthii & pleræque gentes aliæ per caduceatorem bellum indicebant, qui in pacis argumentum caduceum circundatâ effigie anguium inuicem connexorum deferebat; quem tamen non admiſiſſe aut finibus excedere iuſſiſſe nulli fraudi fuit. Thucyd.

Vſque adeo belli vindicatorii denunciatio neceſſaria eſt, vt ex ea Cicero iuſtum bellum definire auſus ſit; ſic enim 1. Off. inquit: *Nullum bellum eſt iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante ſit & indictum.* Hinc Alex. ab Al. (ex cuius l.5. c.3. aphoriſm. noſtrum deſumſimus) Græcis in vſu fuiſſe ſcribit, vt feciales poſt res repetitas, ſi ad conſtitutam diem non darentur, arietem in hoſtium agros immitterent, eo modo bellum indictum & armis vti licere arbitrati. Apud Carthaginenſes haſtam mittere vel caduceum, ſicut apud Iudos anchoram, belli pacisque ſignum fuiſſe traditur.

VII.

Carthaginienſes in bello vnum elegerunt ducem ſummum; à quo poſtea è bello reuerſo, iudices certè rationem rerum geſtarum exegerunt.

Cauſſa belli ſubſtantialis eſt vel princeps vel adminiſter; Princeps, vt in bello vnus ſit, ipſa neceſſitas flagitat: vnde inter alios etiam Carthaginenſes regio ſimpliciter imperio in bellis parebant, vt maxime paucorum poteſtate domi regebantur. Iſocrat ad Nicoclem, Trogus 19.

VIII.

Apud Æthiopes bello etiam mulieres aſſueſiebant, quarum pleræque oris labium æneo habebant traiectum circulo.

Adminiſter in bello inferior eſt miles, in quo ſumendo & eligendo ordinariè ſemper ſpectari debet ſexus maſculinus, vtpote fœminino perfectior, fortior & à natura ad munia eiuſmodi bellica aptior, ad quæ mulieres communiter ineptiores & inhabiliores redditæ ſunt; quamuis fatendum quoque ſit reperiri interdum fortes ac militares fœminas, quæ extraordinariâ ſuâ fortitudine ſæpe multorum virorum virtutem ſuperant, qualium nomina quædam collecta vide apud *Iunium parte 2. quæſt.69.* His dixerim ſanè à Platone exercitia bellica ea quæ viris competunt, lib.5. de Repub. & lib.7. de legibus fuiſſe præſcripta. De mulieribus Galactophagorum hoc annotat Damaſc. quod viris in fortitudine bellica neutiquam inferiores exiſtant: Ita enim inquit; Μάχιμοι δ' εἰσὶν οὐχ ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες, ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς ὅταν δέῃ, καὶ διὰ τοῦτο Ἀμαζόνας γενναιοτάτας εἶναι, ὥστε ποτὲ ἐλάσαι μέχρις Ἀθηνῶν καὶ Κιλικίας, ὅτι τὴν παρά[illegible] ἐγγὺς τῆς Μαιώτιδος λίμνης, id eſt, *Bellicoſæ ipſorũ non minus mulieres ſunt, quam viri, quæ & vnà prælium ineunt, quum ita facto opus. Itaque & Amazonas fœminas generoſiſſimas eſſe, adeò vt progreſſæ ſint cum exercitu olim Athenas, & in Ciliciam vſque, quando videlicet iuxta Mæotim paludem habitarunt.* De Amazonib. plura vide apud Iuſtin. lib.2. Diod. Sic. lib.4. c.3. Curtium lib.5. &c.

IX.

Scytharum legibus cauebatur, ne homo ſexagenarius militiæ adſcriberetur.

Habet hanc circa militum qualitatem obſeruatam à Scythis curam, Alex ab Alex. lib.1.cap.20.

X.

Carthaginenſes militiam pedeſtrem prorſus contemſerunt.

Circa diuiſionẽ Militis iſta à Politicis quæſtio mouetur, *plus ne poſſint in bello equites an pedites*, & Machiau.l.2. diſc.c.18 probat magis in bello pedites præſtare, quam equites, ſed in Syſt. Pol. adhibetur iſta diſtinct. locorum, quam Plato 1.Leg. reſpexit, vbi inæqualitatem locorum ad pedeſtrem exercitationem & curſum aptiorem eſſe docet: vnde Cretenſes, qui regionem habuerunt maximè inæqualem, curſibus magis vſi & exercitati ſunt; Theſſali verò planam incolentes terram, equis potius ſtuduerunt.

X I.

Triballi quatuor phalanges ſeu ordines in acie inſtruunt, primam phalangem faciunt imbecillium, alteram ab eo fortiſſimorum quorumque; 3. Equitum, vltimam, mulierum, quæ reliquos in fugam verſos conuiciis ſiſtunt.

Ita Damaſc. [illegible]

X I I.

Lex erat apud Carthaginenſes, ne quis vnquam vinum in exercitu guſtaret.

Specialem iſtam circa diſciplinam militarem legem refert Plato. Cretenſes quoque militibus vini potum interdixiſſe, ſupra Problem.25. ex Alexandro diximus.

X I I I.

Autariatæ milites per viam ægros imbecilleſque factos, in viis nunquam relinquunt.

Verba Damaſc. Græca dabo: [illegible] Qui mos ab omni humanitatis iure alienus fuit.

X I V.

Thraces pullas induti tunicas in acies prodibant, Æthiopes contra, candido amictu. Samnites vero diſcolori veſte præliabantur, nonnunquam candidâ.

Alex.ab Alex.l.1.cap.20. Quo in loco Æthiopes etiam dimidiatum corpus minio, dimidiatum gypſo ſolere illinire dicit.

X V.

Cretenſes citharâ, fidibus & tibiis vtebantur in præliis, quibus inſtructas acies accendebant: Indi vero cum cymbalorum & tympanorum pulſu in hoſtes ducebant.

Alex.ab Alex.l 4.c x. Athen.12.& Gellius Cretenſes cum lyra ſub ſignis fuiſſe, & in hoſtes impetum feciſſe, ſcribunt Polyb.l.4. veteres Cretenſes, inquit, tibiam & rhythmos pro tuba in bellum induxerunt.

XVI.

Baſulici non de die, ſed de nocte prælium committere ſolebant.

Damaſc. [illegible] id eſt, *Baſulites Libyæ gens, cum bellum gerunt, noctu quidem prælium committunt, interdiu vero pacem ſeruant.*

X V I I.

Thebanis patrium fuit inſtitutum, vt quoscunque ex aliis captiuos populis haberent, pretio dimitterent, Bœotici vero nominis exules capitis damnatos occiderent.

Pauſan.l.9. Huc facit locus ex Plutarchi quæſt. Græcis quem habet Tholoſ. apud Ethnicos, inquit Megarenſes & Corinthios, inter quos bellum continuum erat, captiuis certum precium, quo ſe redimerent, conſtitutum erat, id verò accipiebãt poſtquam eos dimiſiſſent, ante non exigebant, ſed quem quisque ceperat, eum abducebat domum, participatoque ſale & menſa, ad ſuos eum remittebat. Et ita qui precium tulerat commendabatur, atque amicus eſſe perpetuo perſeuerabat eius, qui precium acceperat, [illegible], id eſt, *Ex bello captiuo, belli hoſpes dictus*: qui fidem in ferendo precio fefellerat, hic non ſolum apud hoſtes, verum etiam apud ciues, vt iniuſtus & perfidus notabatur: Alex. tamen ab Alexandro captiuos in bello iſto ita leniter habuiſſe refert, vt ſine precio dimiſſos *doryxenas* appellarent; additque, ideò milites cum hoſtibus extra aciem familiaria ſeruabant iura, in acie verò pugnabant vehementiſſime.

Lib. 11. c. 13. poſt. 14.

Lib. 4. c. 10.

X V I I I.

Cretenſes, Rhodii, Corinthii, Corcyrenſes, Carthaginenſes, &c. ad naualem militiam erant inſtructiſſimi.

De Cretenſib. Strabo lib.10.& Alex.ab Alex.lib.10. cap.10. de Corinthiis & Corcyrenſibus Thucyd. lib.1. ex quo de aliorum quoque populorum in bello nauali potentia iudicare poſſumus. Nam vt idem inquit, nauticæ rei incumbebat, ac tantum mari Græcia operam dabat: Corinthii tamen primi feruntur excogitaſſe naues, quæ ad eam, quæ nunc in vſu eſt, formam proximè accederent, Alex. ab Alex. lib.4.cap.2. Græcis nauibus ex inſularum nominibus nomina plerumque fuiſſe probat: quippe *Gnidurgis*, ex Gnido nauis dicta, *Samirna*, quod ex Samo rotundæ figuræ; *Parona*, quod ex Paro, & *Corcyrion*, ex Corcyra. Polyb. lib. 6. de Carthagin. hoc enunciat, quod rerum maritimarum quaſi hæreditaria peritiâ & vſu maris cunctos mortales ſuperent, & nauali bello ac apparatu præſtent, terreſtri verò militiâ minus valeant, ad quam peregrinis & mercenariis militibus vtuntur.

XIX.

Priſca iſta Reſpub. vt mutationibus & morbis, ita morti tandem & extremæ conuerſioni fuerunt obnoxia.

Xenophon. lib.2. rerum Græcarum; *omnium*, inquit, *Rerumpublicarum mutationes morti ſunt vicinæ*. Cum ergò mutationes & morbos noſtrarum etiam Rerumpublicarum, quantum quidem per antiquarum rerum obſcuritatem & incertitudinem licuit, demonſtrauimus; non abs re erit etiam earundem, ſi non omnium, ſaltem quarundam mortem & interitum ex Autoribus referre. Cuius interitus cauſſas in ſpecie omnes enarrare non ſolum, vt Bodinus putat, difficile, ſed tantum non etiam impoſſibile eſt, cum & plurima ab Hiſtoricis ob antiquitatem omiſſa, & non pauca etiam

Thucyd lib.

tanquam

tanquam fabuloſa ac incerta ab iiſdem tradita ſint. Itaque piam iſtam ſimul & veram ſtatuamus cauſſam: Deum nimirum vrbes quamplurimas à celſo culmine vertere; quam Pauſanias quoque, homo Ethnicus, enim nullam aliã idoneam repetiſſet Sicyoniorum euerſioni ac vaſtitati aſſignat: Terræ enim motu, Sicyoniorum Reſpublica vnà cum vrbe euerſa eſt, poſtquam ſub Regibus annos 972. (vt Reineccius computat) floruiſſet, & poſtea varias mutationes ex tyrannide ſeditionibus aliisque cauſſis ortas, experta eſſet. Eo terræmotu & Rhodus ac Lyciæ vrbes magnis calamitatibus affectæ & vehementer concuſſæ traduntur. Sabell. Enn. 1. lib. 6. dicit, Coloſſum ſolis in Rhodo ſecundi belli Punici tempore, 56. anno quam fuerat conſtructus, terræmotu corruiſſe: à quo (vt hic obiter non indocti cuiuſdam viri opinionem inſeram) Rhodii *Coloſſenſes* dicti fuêre, ad quos Apoſtolus Epiſtolam ſcripſit: Phocenſium vrbes Theſſalis hortantibus à Macedon. direptæ & incenſæ fuerunt. ita vt ne ſacris quidem ædibus ſit temperatum: Eretria Euphabi & Philagri Eretrienſium proditione vrbs capta, direpta & incenſa eſt. Ac multæ ſane ciuitates Græciæ in eo bello perierunt, quod Cyrus contra Ionas mouit; Sami euerſionis cauſſa ſingularis planè & accidentalis eſt: nam cum Syloſon Samius patriam ſuam liberari, ſibique donari à Dario peteret, Darius petitioni aſſentiens, exercitum eò miſit duce Otane, qui incolarum proteruiâ irritatus, Samum omnium vrbium (vt quidam ait) tam Græcarum quam Barbararum primam euertit, tradiditque Syloſonti, vnde Heracl. [illegible] *Samiorum Rempub. Syloſon euertit.* hinc natum Adag. *Syloſontis cauſſa lata regio*; Thebanos Alex. Magn. internecione ac vrbem ipſam flammâ & ferro deleuit præter Pindari Poetæ domum, in cuius limine ſcriptum erat, [illegible] Idem Indorum & Scytharum Reges ſubegiſſe legitur. Cretenſes poſt Tyrannos Cilices deuaſtarunt latrones nimirum, quos Cretenſes communis prædæ gratia receperunt, de quibus Strabo lib. 10. & 14. Poſt Romani Cretam debellantes & piratarum Cilicum caſtella euertentes, inſulam totam ſibi ſubiectam reddidêre. Corinthum à Romanis quoque cladem accepiſſe, Mela lib. 2. cap. 3. ſcribit, quam Strabo ſic explicat: Quum Legati Pop. Romani forte recta quædam magnifica præteriiſſent, Corinthii effuſis ſordibus eos commaculare auſi fuerunt, cuius gratia, cum & alia ſuperbiæ atque inſolentiæ eorum haud obſcura extarent argumenta, ingenti comparato exercitu L. Mummius Imperator vrbẽ præclariſſimam ſolo æquauit: ſic Carthago, quæ 700. annis ſtetiſſe traditur, propter vnius Legati contemptum deleta eſt: Verè itaque exclamat Tholoſ. lib. 21. cap. 12. *Corinthus, Carthago aliaque pene infinita præſtantiſſima, populoſiſſima ciuitates, quæ olim floruerunt, nunc nec veſtigia poſt ſe reliqua habent, vel ſunt ferarum, ceruorum, aprorum & beſtiarum luſtra, aliquando honore, nunc horrore & abominatione conſpicua; delicta, peccata, ſuperbiam non tantum Deus pauperum & perſonarum ſingularium, ſed etiam Regum, Imperatorum, Rerumpubl. ciuitatum, vniuerſitatum, vindicat.*

Homer. lib. 2.

Pauſan.

Sabellic. En. 3. l. 1.

Iuſtin. li. 11.

Cic. 6. Ver.

Pateru. lib. 1.

XX.

Apud priſcas nonnullas gentes vel Reges ipſi, vel Sacerdotes ad eam rem conſtituti ſacra peragebant.

Coronidis vice ſit hic Aphoriſmus, qui pertinet ad ſtatum Reip. in gradu eminenti ſpectatum. Cæterum Bodinus in genere; Vetuſtiſſimi, inquit, Reges, vt auguſtiorem ac ſanctiorem regiam poteſtatem efficerent, pontificiam dignitatem exercuerunt; quod vſque ad Cretenſes quoque extenderim, apud quos Meliſſea regem colendorum Deorum auctorem fuiſſe, iiſque ſacrificaſſe Didymus tradit. Vnde ſacra Myſteria & Ceremoniæ, ab illis ad alios transmiſſæ traduntur. Diod. 5. Alij Ionem primùm ſacra peregiſſe ſtatuunt, vnde Cretenſes habuerunt Iouis Prophetas, qui rem diuinam faciebant. Sicyonij ſacerdotibus vſi, quos *carneos* appellatos, etiam regimini politico ad tempus præfecerant. In Argis primus ſacerdotio functus eſt Calipeias Pyrantis primi filius, circa annum mundi 2325. Celtarum quoque antiquiſſimi populi Druides ſacrorum ac iudiciorum principes erant. Indi diuerſa officia diuerſis perſonis tribuentes, Magos conſtituere myſticæ rei addictos, quos, vt opinor, nonnulli *Brachmannos* vocant. Hinc apud Pædalios gentem Indicam [illegible] *non ſacrificus, ſed prudentiſſimus omnium qui præſto ſunt ſacra auſpicatur*, vt habet Damaſcenus. Æthiopes, quem ex ſacerdotibus fanatico curſu circumferri viderunt, omnium ſanctiſſimum iudicarunt. Cæterum de Ethnica ſuperſtitione ac variis ſacrificiis videri poteſt *Iohan. Guilhel. Stuckius*, & qui ante eũ ſcripſit, *Lylius Gregorius Gyraldus* in tract. De deis gentium, vbi euſque vanam Ethnicorum religionẽ proceſſiſſe ſcribit, vt ad 30000. *deos*, & inter hos 300. *Ioues* ſibi finxerunt. Et notat Carthaginenſium impiam in ſacrificiis ſuperſtitionem, qui filios proprios Saturno ſacrificarunt. Diod. 20. Cuius Ethnicæ crudelitatis cauſſas inquirere non eſt animus; Quem ſub finem horum aphoriſmorum Politicorum ad Deum maluimus conuertere, eumque obteſtari, vt noſtras Politias & eorum magiſtratus ſuo Spiritu regat, faciatque, vt quæ in his, de quibus diſputamus priſcis Rebuspub. bona & ſalutaria ſunt, ea ſequantur, imitentur, fœda autem & noxia arceant quam longiſſimè.

Lib. Theogr. Pandectarũ.

Bod. lib. 5. cap. 2.

Finis II. Diſput. Polit. Extraordinariæ.

Digitized by Google

by Google

INDEX ALPHABETARIVS
MATERIARVM ETHICARVM.

Abhorrere ab omni conuerſatione
Abhorrere ab omni amœnitate
Abhorrere ab omni Muſicâ vel cantu
Abhorrere ab omni luſu
Abhorrere ab ædificiis commodis, ædificiorum ornatu
Abſtinentia
Abſtinentia naturalis à certis cibis
Abſtinentia nimia à cibis per vitioſam conſuetudinem
Abſtinere à potu & ſitire valetudinis cauſâ
Abſtinentia nimia potus
Abſtemii, Abſtinentia naturalis à cereuiſia
Abſtinentia nimia à Venere
Acquirere pecunias ad victum & amictum neceſſarias
ad decus
Acretio & iuſtitia circa hanc
Actio, actionem aggredi
Agendi conatus
Actionis auctor
adminiſter
Actionis euentus, bonus
malus
Actionis dilatio & ceſſatio ab actione
Actionis remiſſio, intenſio
Actio tarda, feſtinata, breuis, longa, facilis
Actio difficilis, neceſſaria, parerga
Actio interna quæ fit cogitatione
externa
manſuetior, occultior
cum propoſito pleno
cum deliberatione
Actio inconſulta
inuita
affectuoſa
orta ex odio inueterato.
Actio præter voluntatem
ex ignorantiâ iuris generalis
ex ignorantiâ iuris ſpecialis
ex facti ignorantiâ totali, partiali
Actio coacta
Actio bona abſolutè dicta
bona propter circumſtantias
Actio adiaphora
publica
priuata
virtuoſa.
Actionis virtuoſæ partes, alacriter incipere, ſedulò continuare, & decenter finire
Actio libera & ſine luctâ
Actio virtutis cum luctâ
Actio aperta, occulta, directa, reflexa.
Actio caſualis
Admiratio
Admirationem parere, deponere
Admonitiones ad virtutem
Admonitionibus parêre
Admonitionibus nolle parêre
Adulatorem ferre non poſſe, qui plus nobis tribuit
Adulteria exercere
Ædificare moderate & conuenienter ſuo ſtatui
Æmulatrix virtus, Æmulatio
Æmulatio vitioſa
Æmuli, Æmulationis neglectus
Æmulatio nimia includens inuidiam
Æmulatio quæ eſt cauſa virtutis
Æmulatio inter pueros, adoleſcentes, iuuenes, puellas, virgines
Æmulatio inter matronas, inter vetulas
Æquabilitas animi in rebus ſecundis
Æquabilitas particularis in lætitiâ temporariâ
Æqualitatis ſtudioſum eſſe
Æquitas in iudicando de aliorum dictis & factis
Æquitas in iudicando & æſtimando alios
Æquitas interpretationis
Æquitas in iudicando de alterius perſonâ, factis
Ætati inferiori ſuccurrere, ignoſcere
Ætati inferiori nihil velle indulgere
Affectus
Affectuoſus, ſiue, affectibus valde obnoxius
Affectus vehemens, ſiue, mal[illegible]
Affectus lenis
Affectus ſuos non ſentire nec deſiderare deſideranda
Affectatio & affectate de ſe loqui
Affectatio famæ & laudis quam non mereris
Affectare dignitates quibus plane non ſis dignus
Affectatio magnorum honorum quibus non ſis dignus

¶

Digitized by Google

Affinitas, Affinis, Affinitatis gradus
Affinis remotior, propior
Affirmate affirmanda
Affirmare neganda
Afflictis addere afflictionem
Alacritas in ſuſcipiendis laboribus
Alchymiam exercere ex deſiderio opum
Ambitio
Ambiguè dicta in meliorem partem vertere
Amœnitas & homines amœnitate delectantes
Amicitia ſimplex
Amicitia perfecta, Amicus perfectè dictus
Amicitiæ cauſæ efficientes
Amicitiæ propria accidentia
Amicitiam inire & contrahere
Amicitiam cautè contrahere
Amicitiam fouere & colere
Amico vti
Amicitiæ officia exhibere
Amicitiæ officia reddere in rebus ſecundis, in rebus aduerſis
Amicum deſerere
Amicitia integra
violata
reconciliata
recens
vetus
Amicitia inter paucos, ſiue, duos
inter multos
Amicitia aperta, occulta
inter æquales
inter impares
Amicitia neceſſaria quæ colitur cum ſanguine iunctis
Amicitia fratrum & ſororum
Amicitia cum expreſſo fœdere, ſiuè iuramento
Amicitia fraternitatis titulo decorata
Amicitia inter præſentes, abſentes
Amicitia inter abſentes diſſoluta
Amicitiam ſancire literis
Amicitia iucunda, Amicitiam iucundam cōtrahere
Amicitia vtilis
Amicitias vtiles contrahere, fouere
Amicitia inter mercatores
inter peregrinantes
inter collegas
inter milites
inter ſtudioſos
Amicitia puerorum cum pueris
iuuenum cum iuuenibus
puellarum cum puellis
virginum cum virginibus
matronarum cum matronis
ſenum cum ſenibus
Amicitia inter pueros & puellas
inter virgines & iuuenes
inter virgines & matronas
inter iuuenes & ſenes
inter plebeios & illuſtres
inter nobiles & nobiles
Amicitia inter ſeculares & Eccleſiaſticos
Secularium cum ſecularibus
Amicitia hominum eiuſdem gentis
gentis diuerſæ
Amor
Amor boni publici
Amor gloriæ ex virtute promanans
Amor creaturarum Dei
bonorum geniorum
beſtiarum, &c.
Amor noſtri ipſius
Amor noſtri licitus & bonus
Amor noſtri quoad virtutem
Amor ſui ipſius
Amor cæcus ſui ipſius
Amor cæcus ob priuatum commodum
Amor proximi
Amor ſimulatus proximi
Amor quatenus analogicè virtus
Amor aliorum
Amoris officia declarare
Amare nimium alios
Amor Venereus
Angi nimis de futuris
Anxietas
Aniles fabulas tractare
Appetere ea quæ aſſequi non poſſis
Apoſtatæ qui à veritate defecerunt
Arbiter prudens quomodò debeat iudicare
Arrogantia
Arrha in pignore
Aſſuefactio ad virtutem
Auaritia
Auarus & eius propria
Auaritia in conſeruando & diſpenſando
Auaritia in gradu grauiori, ſiue ſordes
Auaritia in muneribus dandis
Audacia & temeritas
Audaces viri
Audacia in adeundis beſtiis & lædendis
Audacia & temeritas pugnandi
Audacia bellica
Audacia adoleſcentum & iuuenum
Audacia ſenum
puellarum
matronarum
vetularum

Digitized by Google

Audire patienter alium loquentem
Auerſatio & odium aliorum
Aurora & exempla eorum qui auroram amant
Αὐτάρκεια
Autoritas quatenus pars felicitatis
Autoritatem ſuam tueri
Auxilia aliorum repudiare in rebus aduerſis.

B

Balnea
Balnea nimia
Barbaries quatenus eſt turpitudo vitæ
Barbarus
Benefacere inimicis
Benefacere velle aliis
Benefacere nimis tardè
Benefacere indignis
 dignis
Benefacere ſponte
Beneficentia
Beneficium
Benefactor
Beneficii tarditatem grauitate compenſare
Beneficia precibus impetrata
Beneficentia paris erga parem
 ſuperioris erga ſuperiorem
Beneficentia intempeſtiua
Beneficium
Beneficium non agnoſcere
Beneficia diſſimulare
Beneficiorum obliuiſci
Beneficia prædicare quæ non acceperis
Benignitas
Beneficia ſua nimis multa repetere
Beneficia petenti recuſare
Beneficentia primariò dicta, quæ eſt de noſtro
Bene meritus ſiue præmiis dignus
Beneuolentiæ ſignificatio
Beneuolentiæ officium exhibere
Beneuolentia nimia
Bibere moderatè
 tempeſtiuè
Bibendi ritus
Bibere ad hilaritatem
Bibacitas cereuiſiæ
Bibere in conuiuio
Bibacitas adoleſcentum & iuuenum,
 puellarum & virginum
 matronarum
 vetularum
 Senum
Bona relicta à mortuis, & iuſtitia circa hæc bona
Bonum publicum
Bonum priuatum quatenus ad felicitatem pertinet
Bonum morale abſolutè ſpectatum, principale

C

Cadauera mortuorum
Cadaueribus humanis quid tribuendum ex iuſtitiâ
Cadaueribus mortuorum amicorum, cognatorum quid tribuendum
Cadauerum violatio
Cadauerum effoſſio ex ſepulcris
Calamitates humanæ quatenus ſunt ſpecies infelicitatis
Calamitoſi
Calliditas nimia & verſutia
Calumnia.
Calumniæ aduerſus alios, tum verbis tum geſtibus
Captare varia.
Captiuitas quatenus eſt infelicitatis pars
Capitui
Capillorum exornatiô
Candor,
Candidè agere, candidus homo
Candidum eſſe in verbis, in vultu
Caſtitas
Caſtitas in cœlibatu
 in coniugio
Caſtrati
Certa habere & incerta ſectari
Cedere ſuperiori
Chirographum quatenus promittit aliquid
Chirographum
Chirographum violare
Cibos ſalubres comedere
Cibos inſalubres comedere
Ciborum feſtinata deglutitio
Ciborum nimis exquiſita præparatio
Ciborum præparatio ad conuiuium
Ciuilitas morum
Ciuilitas inſita
Ciuilitas nimia corporis
Ciuilitas in ſtando, ſedendo
 in eundo, ſaltando
 in equitando
Ciuilitas in mundicie totius corporis
Ciuilitas circa mundiciem capitis capillorū
Ciuilitas circa reliquas partes corporis omnes
Ciuilitas in veſtitu
Ciuilitas circa vſum membrorum, vt circa ridendum, flendum, &c.

Ciuilitas in ſumendo cibo
in bibendo
Ciuilitas circa excretiones corporis
Ciuilitas reuerentialis
Ciuilitas erga conuentum & congreſſum multorum
Ciuilitas conuiualis
Ciuilitas puerorum in geſtibus, in veſtitu
Ciuilitas adoleſcentum, iuuenum in his
Ciuilitas matronarum, vetularum
Ciuilitas plebeiorum
plebeiarum virginum
plebeiorum adoleſcẽtum, iuuenum
plebeiarum matronarum & vetularũ
Ciuilitas illuſtrium puerorum
illuſtrium puellarum & virginum
illuſtrium matronarum
nobilium puerorum
nobilium puellarum
nobilium matronarum
nobilium vetularum
Ciuilitas ſenum nobilium
Ciuilitas ſecularium
perſonarum Eccleſiaſticarum
reſpectu integrarum gentium
Ciuilitas geſtuum, veſtium in Europæis
Ciuilitas Germanorum in geſtu, veſtitu
Ciuilitas Gallorum in his
Polonorum in hiſce
Aſiaticorum
Africanorum
Americanorum
Indorum Orientalium
Claritas nominis
Cliens
Cliens magnificus
Clientela ex benignitate
Cliens ex benignitate
Cæcis viam monſtrare ne labantur
Cæmeteria
Cogitatio practica
tranquilla
turbara
diurna
nocturna
Cognatio in linea rectâ
collaterali
Colere ſuperiorem officiis
Colloquia in plateis
Colloquia bona
praua
hilaria & ſuauia
Colloquia maſculorum cum fœmellis
Colloquium puerorum cum grandioribus
iuuenum cum ſenibus
Colloquium diſparium conditione
inferiorum cum ſuperioribus
Commendatio aliorum
Commẽdare nolle alios, ſed nocere illis quos commendare debebas
Commendatio nimia
Facilem nimis eſſe in commendando
Commendationibus moleſtum eſſe aliis
Commendare ſeipſum, & quatenus hoc faciendum
Comedere moderate
Comeſſationes
Comitas
Comis naturâ
Comitas nimia, intempeſtiua
Comitas ſimulata
Comitas in ſpecie conſiderata erga abſentes
erga præſentes,
erga eos qui peregre redeunt
Comitas ſpecialis puerorum
puellarum
Commodatum, & iuſtitia circa commodatũ
Commodato accipere
Commodatum ſaluum reddere
Commodato amiſſo æquiualens reddere
Commodatum corrumpere
Commodatum planè non reddere
Commoda alterius promouere
Communicare aliis libenter bona animi
Communicare libenter adminicula eruditionis
Commutatiua iuſtitia in genere conſiderata
Commutatiua in contractu lucroſo
Compotatio
Compotationis vſus
Compenſate beneficia
Compenſationem paruam libenter accipere
Compenſantis animum reſpicere
Compenſationem nullam accipere
Compellationes conuenientes,
inconuenientes
Compaſſio
Compaſſionem ſuam declarare
Compati nimium aliis
Compellare aliquem in plateа
Compellationes intempeſtiuè in publico
Concordiæ ſtudium
Concordia
Concordiæ ſtudioſus
Concordiæ causâ multa deuorare
Condonare priuatas offenſas Reipubl.
Conductio & iuſtitia circa eam
Confiteri culpam
Confeſſio peccatorum
Colludere cum alio

Conſcien-

Conſcientia bona quatenus eſt effectus felicitatis
Conſcientiæ cruciatus, quatenus eſt effectus infelicitatis
Conſcientiæ cruciatus in vitâ circa mortem
Conſcienta hominis monens de virtutis actione
Conſcientiæ interna obſeruatio, quæ eſt cauſa ſæpe nos dirigens ad virtutem
Conſultrix prudentia
Conſultrix prudentia, quæ eſt in inueniendo
Conſilii obiectum
Conſilium pro inquiſitione
Conſultatio
Conſilium ſimplex, comparatum
Conſilium complexum
Conſilium in quo fit ordinatio & diſpoſitio
Conſultor bonus, malus
Conſilii euentus
Conſilium pro determinatione
Conſilii requiſita
Conſilii executio
Conſulere alios
Conſilia aliorum probare & ſequi, improbare & repudiare
Conſolari aliquem
Conſolationem omnem repudiare in rebus aduerſis
Conſolatio viduorum, viduarum, orphanorum
Conſtantia
Conſtantia voluntatis
Conſtantia in bono propoſitò
Conſtans vir
Conſtantia in boni propoſiti executionè
Conſpiratio ad patranda ſcelerà
Conſtantia puerorum
Conſtantia adoleſcentum & iuuenum
Conſtantia ſenilis
Conſtantia puellarum & virginum
Conſtantia matronarum
vetularum
Conſuetudo publica, priuata quatenus eſt cauſa virtutis
Conſuetudo mala tam publica quam priuata, quatenus eſt cauſa vitii
Contentioſum eſſe, contentiones
Contendere cum ſuperioribus
Contemnere neminem
Contemnere alios
Contentum eſſe ſuâ ſorte conditione & loco
Contentum non eſſe
Contemtum & abiectum eſſe, quatenus eſt infelicitatis pars

Continentia
Contractus
Contractus iniuſtos reſcindere
Contractuum violatio
Contradicere temerè alteri
Controuerſias non mouere
Conuerſatio cum bonis, quatenus eſt cauſa virtutis
Conuerſatio cum malis, quatenus eſt cauſa vitii
Conuerſatrix virtus cum bonis
Conuerſatio nimia
Conuerſatio bona cum malis
mala cum malis
Conuerſatio nimia cum malis
Conuerſationem malorum planè fugere
Conuerſatio inferiorum cum ſuperioribus
Conuerſatio æqualium
Conuerſatio puerorum cum pueris
puellarum cum puellis
iuuenum cum iuuenibus
virginum cum virginibus
matronarum cum matronis
ſenum cum ſenibus
vetularum cum vetulis
Conuerſatio puerorum cum adoleſcentibus
puellarum cum virginibus
virginum cum matronis
virginum cum vetulis
Conuerſatio iuuenum cum virginibus
virorum cum matronis
cum vetulis
iuuenum cum ſenibus
ſenum cum ſenibus
Conuerſatio plebeiorum cum nobilibus
humilium cum potentibus
Conuerſatio ſecularium cum Eccleſiaſticis
Conuerſatio in plateis
Conuerſatio diuerſarum gentium inter ſeſe
Conuerſatio inter amicos
Conuiuia
Conuiuiorum celebratio
Conuiuia magnifica & luxus in his
Conuiuium primarium & perfectum
Conuiuator qui conuiuium parat
Conuiuii apparatus
Inuitatio ad Conuiuium, modus inuitandi
Conuiuialis ſupellex
Conuiuii locus, tempus: Conuiuarum exceptio
Cæremoniæ ante accubitum
Conuiuii actus ipſe
Conuiuatoris hilaritas
Conuiuatum exhilaratio
Conuiuatum detentio

Digitized by Google

Conuiuii adminiſtri & eorum officium
Conuiua primariò dictus qui inuitatus eſt
qui venit non inuitatus
qui adducitur
Conuiualis ſermo
Conuiuales ioci
Conuiuii conſequentia, vt ſurgere tempeſtiuè, &c.
Conuiuium ſymbolicum
Conuiuium imperfectum poſt cænam, poſt prandium
Conuiuia per vices celebrare
Conuiuium inſtitutum in gratiam inquilinorum, peregrinorum, &c.
Conuiuium inaugurale
Conuiuium amicitiæ contrahendæ cauſa
Conuiuium proprii commodi cauſa inſtitutum
Conuiuium valedictorium
Conuiuium in publico
Corporis moderatæ lotiones & exornationes
Crapula perpetuum exercitium intemperantiæ
Credulitas nimia quæ, opponitur prudentiæ
Crimina falſi
Culpam agnoſcere quatenus pœnitentia eſt
Culpam confiteri
Culpa, lata, leuis, leuiſſima
Cunctatiò, quando cunctandum eſt
Cupiditas humana, ſiue, cupido
Cupiditas alimenti,
Veneris
Cupiditas per temperantiam regenda
Curioſitas in alienis
Curioſum eſſe in alienis
Curuitas, falſchrit.

D

Damnum auertere ab alterius poſſeſſionibus
Damnum aliis inferre
Debita ſoluere
Debitum non ſoluere
Debita contrahere ex mutuò ſumta pecunia
Decentia
Decorum
Decorum quatenus conſideratur vt virtus
Decorum in habitu, in actu
Decorus homo
Decoctio & decoctor
Defendere alios ab iis qui vitæ periculum intentant
Deformitas quatenus eſt pars infelicitatis
Deformes
Dei notitia omnium mentibus impreſſa
Dei amor
Dei metus vt vindicis
Dei ignorantia, contemtus, odium
Delectus inter mala maiora & minora
Delectus inter certum & incertum
Delectus tempore libero
tempore neceſſario
Delictum commiſſum à ſciente
Delictum doli & mali
Delictum leuis, ſiue, culpa
Delictum caſuale
Depoſitum & iuſtitia circa depoſitum
Depoſitor
Depoſitarius
Deprecari culpam
Deprecanti culpam ignoſcere
Deprecanti nolle condonare
Deſiderii moderatio
Deſiderium explere
Deſiderare neceſſaria
Deſperatio
Deſperatus homo quatenus eſt infelix
Deſperatio in rebus aduerſis
Deſperati homines qui opponuntur
Heroibus
Deſpicere alios
Dexteritas in communicando conſilio
Dicere id quod eſt
Dicere contrarium
Dicere minus quam eſt
Dicere ſophiſticè
Dicere falſum metu tormentorum
Dicere contradictoria
Dicere planè abſurda
Dignitatum ſtudium moderatum
Dignitates mediocres appetere
Dignitatem mediocrem tueri
Dignitatum magnarum ſtudium
Diffidentia bona quæ oritur ex prudentia
Diffidentia nimia
Diligentia
Diligentia in laboribus mentis
in laboribus manuariis
Dimiſſio comis
Diſcretio quatenus eſt prudentiæ
Diſcordia
Diſſidentes reconciliare
Diſſimulatio diſſimulandorum quatenus eſt prudentiæ
Diſſimulare non poſſe
Diſſimulatio vulpina
Diſſimulare diſſimulanda, quatenus eſt veritatis
Diuitiæ quatenus ſunt pars felicitatis
Diuitiæ magnæ,
mediocres

Dolor ob admiſſa peccata
Dolus in contractibus
Dominiorum diſtinctio
Donum ad quod quis obligatur
Donatio ſimplex abſque conditione
Donatio conditionalis
Donatio vt aliquid iterum donetur
Donata nolle dare
Donare nimium
Donatio propter nuptias
Donatio mortis causâ
Duellum
Durities iuuenum, ſenum
puellarum, virginum
Durities matronarum, vetularum

E

Ebrietas, ebrius
Edere, edere immodicè
Educatio ad virtutem ducens
Eleemoſynaria hoſpitalitas
Eleemoſyna
Eleemoſyna ſeparatim ſpectata
Eleemoſynam contribuere
Eleemoſynaria magnificentia
Eleemoſynæ magnificæ
Eleemoſynarius luxus
Emere præſenti pecuniâ
in fidem
Emendatio vitæ quatenus eſt pœnitentia
Encomia debita aliis detrahere
Errantibus in bonis animi viam monſtrare
Errare in rei exploratione
Erudire eos quos iure debeas
Ethica
Ethica generalis
ſpecialis
Euentus conſilii
Eunuchi
εὐλάβεια
εὐλάβεια puerorum, adoleſcentum
iuuenum, ſenum
puellarum, virginum
matronarum, vetularum
Exceptio quatenus fluit ex comitate
& quæ ſereno vultu
Exceptio perſonæ, quæ mittitur; Rei, quæ mittitur
Excipere aliquem inhumaniter
Excipere inhumaniter eum qui mittitur;
Rem quæ mittitur
Executio conſiliorum
Executio in iuſtitiâ vniuerſali
Exercitium virtutum
Exemplo prælucere aliis
Exemplo malo
Exemplis prælucere ætati inferiori
